C. I C. 6.
BIBLIOTECA NAZ.
151
K
6
NAPOLI
151
K
6

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA SACRA

POST

CL. CL. V. V.

IACOBI LE LONG

ET

C. F. BOERNERI

ITERATAS CVRAS

ORDINE DISPOSITA, EMENDATA SVPPLETA, CONTINVATA

AB

ANDREA GOTTLIEB MASCH

SERENISS. DVCI REGN. MEGAPOL. A SACRIS ET CONSIL. ECCLES., ET ECCLESIAR. CIRCVLI STARGARD. ET DVCATVS RACEBVRG SVPERATTENDENTE.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

PARTIS SECVNDAE

DE

VERSIONIBVS

LIBRORVM SACRORVM

VOLVMEN TERTIVM

DE

VERSIONIBVS LATINIS.

HALAE,

SVMTIBVS IOANNIS IAC. GEBAVERI,

MDCCLXXXIII.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Superioribus Bibliothecae ſacrae Voluminibus, partis ſecundae de librorum ſacrorum verſionibus, quorum primum verſiones orientales, ſecundum graecas recenſet, jam tertium, de verſionibus librorum ſacrorum Latinis, earumque editionibus accedit.

Diſtinguitur hoc volumen ſecundum ipſam verſionum latinarum conditionem in quinque capita. Sunt enim verſiones antiquae ab hodierna Vulgata diſtinguendae, quae jure primum occupant locum. Accedit Vulgata latina in Eccleſia Romana tanquam authentica recepta, vario modo edita. Recentioribus temporibus novae ex authentico contextu ſive hebraeo ſive graeco confectae ſunt Verſiones. Alii vero interpretes verſiones inprimis orientales latine reddiderunt; et denique alii latino carmine libros ſacros interpretati ſunt. Singulas verſionum latinarum editiones, quantum fieri potuit, accurate recenſere nobis curae cordique fuit.

Secundum hujus tractationis Caput omnium eſt foecundiſſimum; recenſet enim Verſionis Vulgatae editiones tum a Catholicis tum a Proteſtantibus evulgatas; in quarum recenſione maxime nos preſſit illa de Bibliorum Latinorum editionibus antiquiſſimis, quae ſunt ſine die et conſule, incertitudo. Variae a viris doctis annotatae et deſcriptae ſunt editiones; ſed ita deſcriptae ſunt, ut ab aliis ejuſdem generis non accurate diſtingui, nec numerus earum, quot ſint editiones, quia nota loci et anni carent, ac-

Digitized by Google

curate determinari poſſit. Ope Amicorum, inprimis Cl. *Panzeri* Norimbergenſis, et Cl. *Alteri* Viennenſis aliorumque, ſingula quae indagari potuerunt exemplaria, ad certa et indubitata examinata ſunt criteria; ſingulaque ita expoſita ſunt, ut in poſterum quodvis exemplar, quod hoc vel alio adhuc latet loco, quale illud ſit, accurate determinari poſſit; quem in finem, ut cuivis lectori ſuccurramus, editiones hujus generis certis numeris diſtinximus.

Iungimus hiſce editionibus antiquiſſimis, illas, quae notam anni vel ſtanno expreſſam, vel a miniculatore adſcriptam oſtendunt, ſine nomine typographi. Dubia quidem aetas illarum eſt, quae calamo adſcriptam anni notam habent; attamen anno illo, quem miniculator indicat, editiones jam expreſſas fuiſſe, certo ex addita anni nota conſtat.

Sequuntur denique editiones, quae tum notam anni tum nomen loci vel typographi oſtendunt; in quarum recenſione duas nobis praeſcripſimus leges: primo, ut quae unius typographi ſunt, proxime ſibi invicem jungantur; ſecundo ut antiquiores recentioribus praecedant: ut itaque prima typographi editio locum ejus in ordine recenſionis determinet.

In ſuperioribus Voluminibus data occaſione ea, quae *Hagemannus* de variis librorum ſacrorum editionibus haud accurate ſcripſit, emendare ſtuduimus. Verum quae ille de Bibliis Latinis ſcripſit, omnia adeo ſunt perturbata, ut otium operamque perdat, qui illis medelam parare ſtudet.

Accedit huic Volumini Appendix ſupplendorum et emendandorum, ad ſuperiora Volumina, una cum Indice chronologico in omnia hucusque emiſſa Volumina; id quod lectoribus, quibus quovis anno omnes hucusque recenſitae editiones ſiſtuntur, non ingratum fore judicamus.

Haec omnia amico noſtro *Gebauero* Typographo et Bibliopolae Halenſi ita concredita ſunt, ut inſtantibus nundinis Lipſienſibus publice ſint exponenda. Verum ſi ille temporis anguſtia, quo minus integrum volumen praelo exſcribi poſſit, prohiberetur, adeoque volumen diſſecare ipſi neceſſe ſit, lectores hoc ipſi condonabunt, atque quod reliquum hujus voluminis eſt, futuris nundinis Lipſienſibus exſpectabunt.

Superiora volumina varia virorum doctorum judicia experta ſunt. Non omnia omnibus ſeſe probarunt; nec omnibus omnia diſplicuerunt. Liberum cuique permittimus judicium. Quae vero emendanda ſunt, in appendice indicavimus.

Duo adhuc ſunt, quae de ſuperioribus Bibliothecae voluminibus hic nobis monenda videntur. Primum concernit Biblia hebraica Niſſeliana*).

Multa

*) Part. I. p. 44.

Multa de hiſce Bibliis, ex quo tempore ſuſpicio de aliquo Codice MSto a *Niſſelio* adhibito invaluit, quin et nimia fortaſſis ſcripta ſunt. Nuper Cl. *Hufnagelius* Erlangenſis in eadem Biblia de novo inquiſivit, nosque publice excitavit [b]), ut ad quaeſita reſpondeamus. Officia noſtra Viro Doct. quam lubentiſſime praeſtitimus, et ut ad quaeſita reſponſiones in manus ejus tranſirent, curavimus. Ille vero, ſingulis probe examinatis, quaeſtionibus omni ex parte ſatis factum, nec amplius de aliquo Codice MSto ſingulari, neque de variantibus ex hiſce Bibliis colligendis lectionibus, cogitandum eſſe, publice profeſſus eſt [c]). Plurima enim ad vitia typographica redeunt, et alia aliis Bibliorum hebraicorum editionibus ſunt communia. Interim conjecturae Cl. *Hufnagelii* ex ipſis erratis ortae admodum ſunt ſpecioſae, et multo ingenio excogitatae, adeo ut lectorem facillime in ſuam abripere poſſint partem. Exemplo hoc eſſe poteſt Criticis, qui felici ingenio praediti conjecturis ſpecioſis textum ſacrum emendare volunt, et revera ex erroribus antiquioribus novos in textum ſacrum inducunt errores.

Alterum concernit hiſtoriam Verſionis ſeptuagintaviralis, quam in praefatione Voluminis ſecundi partis ſecundae Bibliothecae ſacrae expoſuimus. Duae de origine hujus verſionis invaluerunt hypotheſes: prior, illam tempore Philadelphi Alexandriae eſſe confectam; poſterior, illam incerto tempore incertisque auctoribus eſſe natam. Priori hypotheſi nos ſubſcribere, publice profeſſi ſumus, quia et ipſam verſionem non e codice Hebraeo hebraice ſcripto, ſed e codice Hebraeo graeco charactere ſcripto, confectam eſſe ſtatuimus. Oppoſuerunt Cenſores poſſibilitates ingenioſe excogitatas, quibus vero ut reſpondeamus, a nobis haud impetrare potuimus. Omnis diſputatio redit non ad quaeſtionem, quid nobis hodie olim factum videatur, ſed ad quaeſtionem, quid olim factum ſit? Pro ſtabilienda noſtra hypotheſi produximus teſtimonia, et teſtes tum ex Iudaeis tum e numero ſcriptorum eccleſiaſticorum; ſingula teſtimonia, diverſis quamvis temporibus et diverſis in regionibus prolata, optime inter ſeſe conſentiunt; conſpirat cum teſtimoniis ipſa verſionis conditio, et omnia Variantium lectionum a *Cappello* e graeca verſione prolata exempla, ad codicem Hebraeum graece ſcriptum redeunt: atque hoc modo, quid factum ſit, teſtimonia evincunt.

Producant itaque Viri Docti, qui hypotheſin noſtram oppugnantes poſteriorem defendunt, producant, velim, teſtimonia et teſtes, quibus verſionem iſtam non tempore Philadelphi, neque ex codice Hebraeo-

 graeco,

b) Theol. Krit. Betrachtungen vol. 3. part. 2. p. 176. &c.
c) Ibid. vol. 4. part. 1. p. 41. &c.

Digitized by Google

graeco, ſed alio tempore alioque ex codice, confectam eſſe probatur. Atque tunc teſtium et teſtimoniorum pondus aequa lance librabimus.

Haec dum ſcribimus, inter manus noſtras verſatur ſpecimen editionis novae textus ſacri Hebraei, quod Cl. *Ever. Scheidio* debetur, et inter ſupplenda ſuo loco indicavimus. Vir Doctus in eo eſt, ut novam puram Bibliorum Hebraicorum editionem, textum emendatiorem, reddat. In ſubſidium praeter collectiones Kennicottianas vocat inprimis verſiones antiquas, e quibus lectiones, quae ſibi optimae videntur, textui ſacro immittit. Verum verſiones orientales antiquas ad verſionem ſeptuagintaviralem redire, ſatis notum eſt. Quid itaque exſpectare poſſumus? Certe non illum textum, quo uſa eſt Eccleſia Iudaica in Palaeſtina, ſed textum ad lectiones Alexandrinas, e ſcriptione graeca ortas, reformatum, atque ſic textus emendationes ſatis incerto nituntur fundamento.

Quod reliquum eſt, Summi Numinis benevolentiae Lectores, nos, et conatus noſtros commendamus. Neoſtrelitzii in Ducatu Mecklenb. d. X. Septembr. A. MDCCLXXXIII.

A. G. Maſch.

CON-

CONSPECTVS
VOLVMINIS III. PARTIS II. BIBLIOTHECAE SACRAE.

Cap. I. De Verſionibus antiquis latinis.
- 1) Verſio Itala cujus
  - a) hiſtoria §. IV.
  - b) editiones
    - a) integrorum Bibliorum.
      - α) Nobilii §. V.
      - β) Sabatierii §. VII.
    - b) partium §. VIII.
- 2) Verſio Hieronymi §. XVII.
- 3) Verſiones antiquiores §. XXIII.

Cap. II. de Verſione Vulgata.
- 1) recenſio hiſtoriae
  - a) in genere §. II.
  - b) in ſpecie editionum §. VII.
    - α) ante inventam typographiam §. IX.
    - β) poſt inventam artem typographicam.
      - א) editionum ſimplicium §. XI.
      - ב) editionum locupletiorum §. XII.
      - ג) editionum correctarum §. XX.
- 2) partitio editionum.

Sect. I. De editionibus a Catholicis editis.
- a) Editiones ſolius Vulgatae.
  - A. Biblia integra
    - 1) Periodus prima.
      - a) editiones primi temporis
        - α) editiones ſine die et conſule §. II.
          - א) quae generaliter recenſentur § III-VII.
          - ב) diſtinctius enumerantur §. IX-XX.
        - β) editiones quae adſcriptam anni habent notam.
          - א) Diverſorum editorum §. XXI.
          - ב) Fontibus ex graecis &c. §. XXVII.
          - ג) editiones ſpuriae §. XXXII.
        - γ) editiones cum nota anni et typographi
          - (1) Moguntinae. Schoefferi §. XXXIII.
          - (2) Placentiae. Ferratis §. XXXIV.
          - (3) Romae. Schweinheim et Pannarz §. XXXV.
          - (4) Norimbergae. Friſner et Senſenſchmidt §. XXXVI.
          - (5) Norimbergae. Koberger §. XXXVII.
          - (6) Pariſiis. Ulricus Gering. Mart. Crantz, Michael Friburger §. XXXVIII.
          - (7) Venetiis. Franciſcus de Hailbrun et Nicol. de Franckfordia §. XXXIX.
          - (8) Venetiis Franc. de Hailbrun §. XL.
          - (9) Venetiis. Nicol. Ienſon §. XLI.

(10)

(10) Venetiis. Leonardi Baſilienſis §. XLII.
(11) Neapoli. Matth. Moravi §. XLIII.
(12) Baſileae. Bernard. Richel §. XLIV.
(13) Venetiis. Leonard. de Vuild pro Franc. de Hail br. §. XLV.
(14) Venetiis. Theod. de Reynsburch et Reynald. de Noviomag. §. XLVI.
(15) Coloniae. Conr. de Homborch §. XLVII.
(16) Lugduni. Perrinus Lathomi de Lotharing. §. XLVIII.
(17) Ulmis. Joh. Zainer. §. XLIX.
(18) Florentiae §. L.
(19) Venetiis. Octav. Scotus §. LI.
(20) Argentorati. Reinhardus de Argentina §. LII.
(21) Venetiis. Johan. dictus Magnus Herbort de Selgeoſtadt §. LIII.
(22) Venetiis §. LIV.
(23) Venetiis. Georg. de Rivabenis §. LV.
(24) Baſileae. Nic. Keſler §. LVI.
(25) Lugduni. Lazar. Dav. Graſhöfer §. LVII.
(26) Baſileae. Joh. Froben §. LVIII.
(27) Pariſiis. Stephan. Pariſetti §. LIX.
(28) Venetiis. Simon de Gara §. LX.
(29) Seviliae. Paulus Colon. Johan. Pegniczerus §. LXI.
(30) Coloniae. Brinckmann §. LXII.
(31) Venetiis. Simon Bevilaqua §. LXIII.
(32) Brixiae. Jacob et Angelus Britann. §. LXIV.
(33) Venetiis. De Paganinis §. LXV.
(34) Pariſiis. Franc. Fradin. et Joh. Pivard. §. LXVII.
(35) Matthiae Hus Alemanni §. LXVII.
(36) Pariſiis. Simon. Voſtre §. LXVIII.
b) Editiones locupletiores.
α) Familia editionum Pariſienſium.
(1) Johannis Parvi §. LXX.
(2) Johannis Prevel §. LXXI.
(3) Thielmanni Kerver. §. LXXII.
(4) Wolfgang. Hoppilii §. LXXIII.
(5) Johannes Clereret §. LXXIV.
β) Familia editionum Lugdunenſium.
(1) Iacobi Saconi.
ℵ) propriis expenſis §. LXXV.
ב) expenſis Kobergeri §. LXXVI.
(2) Joh. Marion expenſis Kobergeri §. LXXVII.
(3) Iacobi Marſchal §. LXXVIII.
γ) diverſorum typographorum.
(1) Baſileae Joh. Frobenii §. LXXIX.
(2) Cadomi §. LXXX.
(3) Coloniae Birckmanni §. LXXXI.
(4) Lugduni §. LXXXII.
(5) Venetiis §. XC.
2) Periodus ſecunda. Editiones interne emendatae,
a) privatis conatibus.
α) editiones a cenſura Indicis liberae.
(1) Auctoritate Cardinalis Ximenii §. XCII.
(2) Pariſiis Simonis Colinaei §. XCIV.
(3) Coloniae Johannis Rudelii §. XCV.

(4) Co-

(4) Coloniae Hittorpii §. XCVI.
β) Editiones in Indice notatae.
(1) Roberti Stephani.
א) Editiones ipſius Stephani §. XCIX.
ב) Editiones iteratae diverſorum typographorum.
(a) Antwerpiae §. CI.
(b) Lugduni §. CVII.
(c) Pariſiis §. CXXIV.
(d) Salmanticae §. CXXVI.
(e) Venetiis §. CXXVII.
(2) Lugduni Caſparis Trechſelii.
א) Editio prima Trechſelii § CXXX.
ב) Editiones iteratae diverſorum typographorum.
(a) Lugduni §. CXXXI.
(b) Salmanticae §. CXXXIX.
(c) Venetiis §. CXL.
(3) Pariſiis Johannis Benedicti §. CXLIII.
(4) Venetiis Iſidori Clarii § XLV.
(5) Franciſci Gryphii §. XLVI.
b) Publica auctoritate Eccleſiae Romanae.
α) Ex recognitione Johannis Hentenii, ſ. Theolog. Lovan. prima §. CXLVII.
(1) Editio prima Lovan. §. CXLVIII.
(2) Editiones iteratae diverſorum typographorum.
א) Antwerpiae §. CXLIX.
ב) Coloniae §. CLI.
ג) Lugduni § CLII.
ד) Venetiis §. CLIII.
β) Ex recognitione Theologorum Lovanienſium ſecunda §. CLIV.
(1) Antwerpiae §. CLV.
(2) Lugduni § CLVI.
3) Periodus tertia. Vulgata anthentica §. CLVIII.
a) Editiones Romanae.
α) Recognitio Sixti V. §. CLIX.
β) Recognitio Clementis VIII.
γ) Recognitio tertia.
b) Editiones iteratae diverſorum typographorum.
α) Antwerp. et Avenion §. CLX.
β) Bambergae §. CLXI.
γ) Coloniae Agrippinae §. CLXII.
δ) Lugduni §. CLXIII.
ε) Moguntiae § CLXIV.
ζ) Pariſiis §. CLXV.
η) Romae §. CLXVI.
ϑ) Rothomagii § CLXVII.
ι) Venetiis §. CLXVIII.
κ) Viennae Auſtriae §. CLXIX.
B. Partes Bibliorum ſacrorum.
1) Veteris Teſtamenti.
a) Pentateuchus § CLXX.
b) Pſalteria §. CLXXI.
c) Libri ſapientiales §. CXCII.

d) Proverbia Salomonis §. CXCIII.
e) Eccleſiaſtes Salomonis §. CXCIV.
f) Apocrypha §. CXCV.
2) Novi Teſtamenti §. CXCVI.
a) Novi Teſtamenti integri.
(1) Periodi primae et ſecundae.
α) Sine loco et anno §. CXCVII.
β) Antwerpiae § CXCVIII.
γ) Coloniae § CCII.
δ) Lovanii §. CCIII.
ε) Lugduni §. CCIV.
ζ) Moguntiae §. CCV.
η) Pariſiis §. CCVI.
θ) Venetiis § CCVII.
ι) Roberti Stephani §. CCVIII.
κ) Iſidori Clarii §. CCIX.
λ) Johannis Benedicti §. CCX.
(2) Vulgatae authenticae.
α) Antwerpiae § CCXI.
β) Bruxellis § CCXII.
γ) Coloniae §. CCXIII.
δ) Lovanii §. CCXIV.
ε) Lugduni §. CCXV.
ζ) Pariſiis §. CCXVI.
η) Romae §. CCXVII.
θ) Rothomagii §. CCXVIII.
ι) Samielii §. CCXIX.
b) Partium Novi Teſtamenti.
(1) Evangelia §. CCXX.
(2) Epiſtolae Apoſtolorum §. CCXXII.
(3) Apocalypſis § CCXXIII.
C. Editiones cum aliis textibus §. CCXXIV.
1) Editiones cum textu Hebraeo §. CCXXV.
2) Editiones cum textu Graeco N. T. § CCXXXI.
3) Editio cum Verſione Arabica §. CCXXXIII.
4) Editiones cum verſione Graeca §. CCXXXIV.
5) Editiones cum verſione latina ex Hebr. § CCXXXV.
6) Editio cum verſione latina ex Chald. §. CCXXXVI.
7) Editiones cum verſione latina ex Graeco N. T. §. CCXXXVII.
8) Editiones plurium verſionum latinarum §. CCXXXVIII.
9) Editiones cum verſione Germanica § CCXXXIX.
10) Editiones cum verſione Gallica §. CCXL.
11) Editiones cum verſione Italica § CCXLI.
12) Editio cum verſione Belgica §. CCXLII.
D. Appendices §. CCXLIII. CCXLIV.

Sect. II. De Editionibus a Proteſtantibus procuratis.
1) Editiones ſolius Vulgatae.
a) Biblia integra.
α). Editiones recognitae.
א) Andreae Oſiandri ſen. §. II.
ב) Joh. Petraei §. III.

ג) La-

Digitized by Google

ב) Lucae Oſiandri minores §. V.

β) Diverſorum typographorum.

א) Argentorati §. VII.

ב) Baſileae.

(1) Thomae Wolfii §. IX.

(2) Andr. Cratandri §. X.

(3) Frobenii §. XI.

(4) Brylingeri §. XII.

(5) Guarini §. XIII.

ג) Francofurti §. XIV.

ד) Lipſiae Wolrab. §. XV.

ה) Tiguri §. XVI.

ו) Tubingae §. XVII.

ז) Wittebergae §. XVIII.

b) Partes Bibliorum ſacrorum.

α) Veteris Teſtamenti.

א) Pentateuchus §. XIX.

ב) Deuteronomion §. XX.

ג) Pſalteria §. XXI.

(1) editiones typographorum §. XXII.

(2) editiones ad textum authent. revocatae

(a) Martini Lutheri §. XXXIII.

(b) Georgii Majoris §. XXXIV.

(c) Lucae Oſiandri §. XXXV.

ד) Prophetae §. XXXVI.

β) Novi Teſtamenti §. XXXVII.

א) Novi Teſtamenti integri

(1) editiones Typographorum §. XXXVII.

(2) editiones recognitae.

(a) Martini Lutheri §. XL.

(b) Zach. Matheſii §. XLI.

(c) Henrici Hammondi §. XLII.

(d) Johannis Criſpini §. XLIII.

ב) Partium N. T. §. XLIV.

2) Editiones cum aliis textibus §. XLV.

a) In Polyglottis §. XLVI.

b) Editiones cum textu Hebraeo §. XLVII.

c) In polyglottis N. T. §. XLVIII.

d) Editiones cum textu Graeco N. T. §. XLIX.

e) Editiones cum textu gr. et nova verſione §. L.

f) Editiones cum verſione graeca V. T. §. LI.

g) Editiones cum verſione nova Latina §. LII.

h) cum paraphraſi Latina Eraſmi §. LIII.

i) cum pluribus verſionibus Latinis §. LIV.

k) cum verſione germanica §. LV.

l) cum verſione gallica §. LVI.

m) cum verſione anglica §. LVII.

n) cum verſionibus antiquis occidental. §. LVIII.

3) Appendix §. LIX.

* * *

Sect. III. De Bibliis Gloſſatis Catholicorum.
1) Interpretes medii aevi.
a) Biblia cum gloſſa ordinaria et interlineari.
α) auctores gloſſae §. II. III.
β) Editio §. IV.
b) Biblia cum poſtillis Lyrae &c.
α) Recenſio ſcriptorum
א) Nicolai Lyrani §. VI.
ב) Pauli Burgenſis §. VIII.
ג) Matthiae Doringi §. IX.
ד) Guillelmi Britonis §. X.
β) Editiones cum Lyrae poſtillis.
א) Bibliorum integrorum.
(1) Claſſis prima.
(a) Coloniae §. XII.
(b) Norimbergae Kobergeri §. XIII.
(c) Venetiis Ienſon §. XIV.
(d) Venetiis. Renner de Hailbrun §. XV.
(e) Romae §. XVI.
(f) Argentinae §. XVII.
(g) Lugduni Syberi §. XVIII.
(2) Claſſis ſecunda.
(a) Venetiis Paganini de Paganinis §. XIX.
(b) Venetiis Octaviani Scoti §. XX.
(3) Claſſis tertia.
(a) Baſileae. Frobenii §. XXI.
(b) Lugduni §. XXII.
(c) Pariſiis §. XXIII.
(4) Claſſis quarta.
(a) Venetiis §. XXIV.
(b) Pariſiis §. XXV.
(c) Duaci §. XXVI.
(d) Antwerpiae §. XXVII.
ב) Partium Bibliorum.
(1) Pſalteria §. XXVIII.
(2) Novum Teſtamentum §. XXX.
c) Biblia cum poſtillis Hugonis §. XXXI.
2) Interpretes poſterioris aevi.
a) Biblia integra.
α) De la Haye Biblia magna et maxima §. XXXIII.
β) Venetiis plurium interpretum §. XXXIV.
γ) Biblia Menochii §. XXXV.
δ) Biblia Eman Sa. §. XXXVI.
ε) Biblia Haraei §. XXXVII.
ϛ) Biblia Tirini §. XXXVIII.
ζ) Biblia Gordoni § XXXIX.
ϑ) Biblia de Eſcobar. §. XL.
ι) Biblia du Hamel § XLI.
κ) Biblia Martianaei §. XLII.
b) Bibliorum partes.

α) Pen-

Digitized by Google

α) Pentateuchus §. XLIII.
β) Pſalteria.
א) Bellingeri §. XLV.
ב) Brunonis §. XLVI.
ג) Ferrandi §. XLVII.
ד) Genebrardi §. XLVIII.
ה) Lindani §. XLIX.
ו) Pelbarti §. L.
ז) Perezii §. LI.
ח) Ludolphi Saxonis §. LII.
ט) Snoyi §. LIII.
י) Thomaſii §. LIV.
כ) de Turre Cremata §. LV.
ל) Wirthii §. LVI.
γ) Eccleſiaſtes §. LVIII.
δ) Canticum Canticorum §. LIX.
ε) Novum Teſtamentum Zegeri §. LX.
ς) Evangelia Fabri §. LXI.
ζ) Evangelia et Epiſtolae Gagnaei §. LXII.
ϑ) Ad Romanos Sadoleti §. LXIII.

Sectio IV. De Bibliis gloſſatis Proteſtantium.
1) Biblia integra.
a) Biblia Lucae Oſiandri §. II.
b) Biblia Andreae Oſiandri §. III.
c) Biblia Strigelii §. IV.
d) Biblia Pellicani §. V.
2) Partes. Viccarſi decapla §. VI.

Caput III. De verſionibus e linguis authenticis
Sect. I. Verſiones ex Hebraeo.
1) Verſiones latentes §. II.
2) Verſiones typis expreſſae.
a) Totius Veteris Teſtamenti.
α) Lutheranorum. Sebaſt. Schmidii §. IV.
β) Reformatorum.
א) Verſio Tigurina. Leon. Iudae §. VI.
ב) Sebaſtiani Caſtalionis §. X.
ג) Sebaſtiani Munſteri §. XII.
ד) Imman. Tremellii §. XIII.
ה) Johannis Piſcatoris §. XXI.
γ) Catholicorum.
א) Santis Pagnini §. XXII.
(1) editiones ex prima expreſſae §. XXIV.
(2) ex recognitione Roberti Stephani §. XXV.
(3) ex recognitione Ariae Montani §. XXVIII.
(4) cum aliis verſionibus §. XXX.
ב) Thomae Malvendae §. XXXII.
ג) Thomae de Vio Card. Cajetani §. XXXIII.
ד) Caroli Fr. Houbigantii §. XXXIV. a.
δ) Remonſtrantium. Johannis Clerici §. XXXIV. b.

b) Partium Veteris Teſtamenti.
α) Pentateuchus
(1) Integer
א) Lutheranorum §. XXXV.
ב) Reformatorum §. XXXVI.
ג) Catholicorum §. XXXVII.
(2) Partes Pentateuchi.
א) plures libri Moſaici §. XXXVIII. XXXIX.
ב) Geneſis §. XL - XLV.
ג) Exodus §. XLVI - XLIX.
ד) Leviticus §. L. LI.
ה) Deuteronomium §. LII.
β) Libri hiſtorici.
(1) omnes.
א) Pontificiorum §. LIII.
ב) Remonſtrantium §. LIV.
(2) Singuli.
א) Ioſua §. LV.
ב) Iudic. §. LVI.
ג) Ruth §. LVIII - LX.
ד) Samuel §. LXI.
ה) Eſther §. LXII.
γ) Hagiographa.
(1) omnia §. LXIV.
(2) ſingula.
א) Iobus
Lutheranorum §. LXV.
Reformatorum §. LXVI.
Catholicorum §. LXVII.
ב) Pſalterium
Lutheranorum §. LXVIII. LXIX.
Reformatorum §. LXX. LXXI.
Catholicorum §. LXXII. LXXIII.
ג) Proverbia Salomonis
Lutheranorum §. LXXIV.
Reformatorum §. LXXV.
Catholicorum §. LXXVI.
ד) Eccleſiaſtes
Lutheranorum §. LXXVII.
Reformatorum §. LXXVIII.
Catholicorum §. LXXIX.
ה) Canticum Canticorum
Lutheranorum §. LXXX.
Reformatorum §. LXXXI.
Catholicorum §. LXXXII.
ו) Prophetae
(a) omnes.
Reformatorum §. LXXXIII.
Remonſtrantium §. LXXXIV.
(b) majores. Lutheranorum §. LXXXV.
(α) Eſaias.
Lutheranorum §. LXXXVI.

Refor-

Reformatorum §. LXXXVII.
Catholicorum §. LXXXVIII.
(β) Ieremias Reformatorum §. LXXXIX. XC.
(γ) Ezechiel Reformatorum §. XCI.
(δ) Daniel
Lutheranorum §. XCII.
Reformatorum §. XCIII.
(c) minores
Lutheranorum §. XCIV.
Reformatorum §. XCV.
(d) ſinguli.
(α) Hoſeas
Lutheranorum §. XCVI.
Reformatorum §. XCVII.
Catholicorum §. XCVIII.
(β) Ioel
Lutheranorum §. XCIX.
Reformatorum §. C.
Catholicorum §. CI.
(γ) Amos
Lutheranorum §. CII.
Reformatorum §. CIII.
(δ) Obadias
Lutheranorum §. CIV.
Reformatorum §. CV.
Catholicorum §. CVI.
(ε) Ionas
Lutheranorum §. CVII.
Reformatorum § CVIII.
Catholicorum §. CIX.
(ζ) Nahum. Reformatorum §. CX.
η) Zephanias Reformatorum §. CXI.
ϑ) Haggaeus
Reformatorum §. CXII.
Catholicorum §. CXIII.
(ι) Zacharias
Reformatorum §. CXIV.
Catholicorum §. CXV.
(κ) Maleachi
Reformatorum §. CXVI.
Catholicorum §. CXVII.

Sect. II. Verſiones ex Graeco Novi Teſtamenti
1) Novi Teſtamenti integri.
a) Lutheranorum.
α) Sebaſt. Schmidii §. V.
β) Eraſmi Schmidii §. VI.
b) Reformatorum
α) Petri Cholini, recognitio verſionis Eraſmianae §. VII.
β) Sebaſt. Caſtalionis §. VIII.
א) Editiones N. T. ſeparatae §. IX.
ב) Cum textu graeco §. XI.

ג) cum

ב) cum verſione gallica §. XII.
γ) Theodori Bezae §. XIII.
א) Editio prima §. XIV.
ב) Editiones recognitae.
(1) Latino-graecae §. XV.
(2) Latinae §. XX.
(3) Latino-gallicae §. XXIII.
(4) cum Bibliis Pagnini §. XXIV.
(5) cum Bibliis Tremellianis §. XXV.
(6) in Bibliis Piſcatoris §. XXVI.
(7) in Polyglottis §. XXVII.
δ) Gualteri Deloeni §. XXVIII.
c) Catholicorum §. XXIX.
α) Deſiderii Eraſmi Roterodami §. XXX.
א) Verſio Novi Teſtamenti
(a) Editio prima §. XXXI.
(b) Editiones Frobenianae §. XXXII.
(c) Editiones diverſorum typographorum
Antwerpiae §. XXXIII.
Argentorati §. XXXIV.
Baſileae §. XXXV.
Colmariae §. XXXVI.
Coloniae §. XXXVII.
Francofurti §. XXXVIII.
Genevae §. XXXIX.
Gieſſae §. XL.
Lipſiae §. XLI.
Lovanii §. XLII.
Lugduni §. XLIII.
Lugduni Batav. §. XLIV.
Moguntiae §. XLV.
Norimbergae §. XLVI.
Pariſiis §. XLVII.
Tiguri §. XLVIII.
Tubingae §. XLIX.
Wittebergae §. L.
(d) cum textu Vulgatae §. LI.
(e) cum V. T. Munſteri §. LII.
(f) cum verſione gallica §. LIII.
(g) cum verſione italica §. LIV.
(h) cum verſionibus aliis §. LV.
(i) ex editione cum Comment. Auguſtini Marlorati §. LVI.
ב) Paraphraſes in N. T.
(1) Collectiones majores §. LVII.
(2) Collectiones minores §. LIX.
(3) Paraphraſes in ſingulos libros §. LX.
β) Santis Pagnini §. LXIX.
γ) Ariae Montani §. LXX.
2) Partes N. T.
a) Libri hiſtorici Lutheranorum §. LXXII.
b) Libri hiſtorici Reformatorum §. LXXIII.
c) Evangelia Catholicorum §. LXXV.

d) Evan-

d) Evangelia Remonſtrantium §. LXXVI.
e) Acta Apoſtolorum §. LXXVII.
f) Epiſtolae Apoſtolorum §. LXXVIII.
g) Evangelia et Epiſtolae domini §. LXXX.
h) Fragmenta §. LXXXI.
i) Catenae in N. T. §. LXXXII.

Sect. III. Verſio ex graeco Apocryphorum.
1) Verſiones omnium librorum Apocryphorum
a) antiquae §. III.
b) recentiores §. IV.
a) de Vergara §. V.
b) Pagnini §. X.
c) Houbiganti §. XI.
d) Cholini §. XII.
e) Coſtalernis §. XIV.
f) Badivelli XV.
g) Iunii XVIII.
h) Sebaſt. Schmidi §. XX.
2) Verſiones diverſorum interpretum §. XXI.
3) Libri ſinguli §. XXII.-XXV.

Caput IV. De Verſionibus ex Verſionibus.
Sect. I. Verſiones ex Hebraeo.
1) Mathaeus §. I.
2) Epiſtola ad Hebr. §. II.
3) Liber Tobiae §. III.

Sect. II. Verſiones ex Chaldaeo.
1) Pentateuchus
a) Onkeloſi
α) Alfonſi de Zamora
α) cum textu Chaldaico §. III.
β) latine §. IV.
β) Pauli Fagii V.
b) Pſevdo Ionathan Cevalerii §. VI.
c) Targum Hieroſolymit. §. VII.
d) Pentateuchus lat. Lugduni §. VIII.
e) Geneſ. C. IV. §. IX.
2) Prophetae priores §. X.
3) Prophetae poſteriores.
a) Majores §. XII.
b) Minores §. XIII.
c) Singuli §. XIV.
4) Hagiographa.
a) omnia §. XV.
b) Singula.
α) Iobus §. XVII.
β) Pſalterium §. XVIII.
γ) Scripta Salomonis §. XIX.
δ) Ruth §. XX.
ε) Eſther §. XXI.
ζ) Danielis Chaldaica §. XXII.

Digitized by Google

4) Libri Chronicorum §. XXIII.
5) Apocrypha §. XXIV.
6) Loca ſelecta §. XXVI.

Sect. III. Verſiones ex Samaritano.
1) Pentateuchus §. II.
2) Partes Pentateuchi §. III.

Sect. IV. Verſiones ex Syro.
1) Vetus Teſtamentum
a) integrum §. IV.
b) partes.
α) Geneſis §. V.
β) Pſalterium §. VI. VII.
γ) Eccleſiaſtes §. VIII.
2) Novum Teſtamentum
a) integrum.
α) Tremellii §. IX.
β) Guidonis Fabricii Boderiani §. XII.
γ) Caroli Schaaf et Joh. Leusdeni §. XIV.
b) partes
α) Quatuor Evangeliſtae §. XV.
β) Epiſtolae Pauli §. XVI.
γ) Epiſtolae Catholicae §. XVII.
δ) Apocalypſis §. XVIII.
3) Pericopae Latinae §. XIX.

Sect. V. Verſiones ex Arabico.
1) Biblia
a) integra §. II.
b) partes.
α) Geneſis §. III.
β) Exodi c. VII. §. IV.
γ) Pſalteria §. V. VI.
δ) Eccleſiaſtes § VII.
ε) Canticum Cantic. §. VIII.
ζ) Novum Teſtamentum §. IX.
η) IV Evangelia §. X. XI.
θ) Acta Apoſtolorum §. XII.
ι) Epiſtolae Apoſtolicae §. XIII.
κ) Cantica ſacra §. XIV.

Sect. VI. Verſiones ex Aethiopico.
1) Veteris Teſtamenti partes.
a) Geneſis §. I.
b) Ruth §. II.
c) Pſalterium §. III.
d) Canticum Cantic. §. IV.
e) Prophetae §. V.
2) Novum Teſtamentum.
a) integrum §. VI.
b) Partes.
α) Epiſtolae Apoſtolicae §. VII.
β) ſelecta loca §. VIII.

Sect.

Digitized by Google

Sect. VII. Verſiones ex Perſico.
1) Partium Veteris Teſtamenti §. I.
2) Partium Novi Teſtamenti §. III.

Sect. VIII. Verſiones ex Turcico §. I.

Sect. IX. Verſiones ex lingua Armena §. I.

Sect. X. Verſiones ex Coptica Lingua.
1) Veteris Teſtamenti §. I. II.
2) Novi Teſtamenti §. III.

Sect. XI. Verſiones ex graeca Verſione.
1) Veteris Teſtamenti integri IV.
a) in Polyglottis §. V.
b) cum Textu graeco §. VI.
c) ſine textu graeco §. VII.
2) Partes Veteris Teſtamenti
a) Geneſis §. VIII.
b) Ioſua §. IX.
c) Pſalterium §. X.
d) Eccleſiaſtes §. XII.
e) Prophetae §. XIII.
f) Catenae §. XIV.
g) Paraphraſis Nonni §. XV.

Sect. XII. Verſiones ex linguis occidentalibus
1) ex lingua Germanica.
a) Eccleſiaſtes §. II.
b) Propheta §. III.
c) Siracides §. IV.
d) Novum Teſtamentum §. V.
2) ex lingua Gothica §. VI.

Caput V. De verſionibus metricis.
1) Vetus Teſtamentum.
a) Pentateuchus §. V.
b) Ioſua §. VII.
c) Libri Regum §. VIII.
d) Eſther §. IX.
e) Iobus §. X.
f) Pſalterium.
α) Lutheranorum §. XI.
β) Reformatorum §. XII.
γ) Catholicorum §. XIII.
g) Pſalmi, ex verſione Lutheranorum §. XIV.
ex verſione Reformatorum §. XV.
ex verſione Catholicorum §. XVI.
anonymi §. XVII.
h) Pſalmi VII. poenitent. Proteſtantium §. XVIII.
Catholicorum §. XIX.
i) Pſalmus unus Lutheranorum § XX.
Reformatorum §. XXI.
Catholicorum §. XXII.
k) Cantica ſacra §. XXIII.

 l) Pro-

l) Proverbia Lutheranorum §. XXIV.
Reformatorum §. XXV.
Catholicorum §. XXVI.
m) Eccleſiaſtes Lutheranorum §. XXVII.
Reformatorum §. XXVIII.
Catholicorum §. XXIX.
n) Canticum Canticorum Lutheranorum §. XXX.
Reformatorum §. XXXI.
Pontificiorum §. XXXII.
o) Eſaias Lutheranorum §. XXXIII.
p) Threni Lutheranorum §. XXXIV.
Reformatorum §. XXXV.
Catholicorum §. XXXVI.
q) Ezechiel §. XXXVII.
r) Daniel §. XXXVIII.
s) Prophetae minores §. XXXIX.
t) Prophetae ſinguli §. XL.
2) Novum Teſtamentum
a) Integrum §. XLI.
b) Partes.
α) Evangelia §. XLII.
β) Acta Apoſtolorum §. XLIII.
γ) Epiſtolae Apoſtolorum §. XLIV.
δ) Apocalypſis §. XLVI.
ε) Vita et Paſſio Chriſti §. XLVII.
ζ) Epiſtolae et Evangelia §. XLVIII.
3) Libri Apocryphi §. XLIX.

CAPVT

CAPVT I.

DE

VERSIONIBVS ANTIQVIS LATINIS.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

DE VERSIONIBVS LATINIS ANTIQVISSIMIS.

§. I.

Verſiones antiquiſſimae.

Codicis ſacri verſiones latinae commode ſecundum tempora, in quibus natae ſunt, in certas diſtingui poſſunt claſſes. Cum ſacra religionis Chriſtianae myſteria a Graecis mox ad Romanos tranſirent, et Romae ac in provinciis occidentalibus Romano imperio ſubjectis eccleſiae aedificarentur chriſtianae, ut linguâ hiſce provinciis vernacula ſacra oracula divulgarentur, neceſſum fuit. Oracula ſacra Veteris Teſtamenti Hebraice ſcripta Iudaeorum Palaeſtinenſium manibus detinebantur, et Chriſtianorum inter Doctores perpauci erant, quibus ad ſacra Hebraica volumina aditus patebat; quin et ipſi Iudaei Helleniſtae, quos inter et Chriſtianos majus interceſſit commercium, a lectione codicis hebraice ſcripti prohibebantur. Nec quae Graece ſcripta erant, ubivis locorum erudiendo inſtruendoque populo inſervire poterant. ſiquidem major pars illorum, quibus ſacra dogmata praedicanda erant, et hanc quoque linguam ignorabat. Ut itaque verbum divinum Romanis lingua ipſis vernacula ſcriptum communicari poſſit, jam a primis aerae Chriſtianae temporibus non defuerunt, qui ſibi id religioni duxerunt, ut ſacrorum codicum verſiones conderent latinas. Quae vero ex iſtis temporibus adhuc ſupeſunt ſive integrae verſiones ſive verſionum fragmenta, merito *antiquiſſimae* ſalutantur, ſiquidem primis et antiquiſſimis temporibus

 natae

natae ſunt. Acceſſit hiſce medio aevo Verſio Vulgata hodierna, ad quam recentiori tempore plures variorum ſacri codicis acceſſere verſiones.

§. II.

Verſionum multitudo.

* Multas olim fuiſſe Latinas ſacrae ſcripturae verſiones docet S. Auguſtinus [a]). „Qui ſcripturas in linguam Graecam verterunt, numerari poſ„ſunt: Latini autem interpretes nullo modo: ut enim cuique primis fidei tem„poribus in manus venit codex Graecus, et aliquantulum facultatis ſibi utri„usque linguae habere videbatur, auſus eſt interpretari„ [b]).

[Addit idem paucis interjectis: „Hoc noſtro ſeculo iterum ad illam „aetatem rediiſſe videmur, in qua omnes, qui aliquid poterant, continuo ſa„cros libros transferebant: ſiquidem recentiorum, ac praeſertim haeretico„rum Latinae interpretationes numerari vix poſſunt. — Quae quidem res „plus adjuvit intelligentiam, quam impedivit, ſi modo legentes non ſint ne„gligentes. Nam nonnullas obſcuriores ſententias plurium codicum ſaepe „manifeſtavit inſpectio.„ Aliam certe *Auguſtinus*, quam Romana Eccleſia, aluit ſententiam, qui diverſas variorum verſiones neque rejiciendas neque contemnandas judicavit. Ex integro vero antiquiſſimarum verſionum numero, duae tantummodo ſunt, quas fata noſtris temporibus ſupereſſe voluerunt, Verſio nimirum *Itala*, ſeu Vetus, et Communis, et Vulgaris dicta, et verſio S. *Hieronymi*.

§. III.

Diſcrimen verſionum.

Ut diſtinctius ea, quae de antiquis verſionibus modo dicta ſunt, exponi poſſint, ipſas ſuperioris aevi verſiones aliquantulum curatius ſunt determinandae. Diſtinguimus antiquas verſiones Latinas ab illa verſione quae *Vulgata* ſalutatur, et falſo integra *Hieronymo* tribuitur: cujus editiones ſecundo Capite recenſebimus. Reliquae vero antiquae verſiones vel ſunt ab ipſa Vulgata diverſae, ut *Itala*, cujus fragmenta adhuc ſuperſunt, et Verſio *Hieronymi*, vel ſunt Vulgata ex antiquo aliquo Codice edita, et ab illa, quae primam in Eccleſia Romana obtinuit auctoritatem, diverſa. Ad hanc claſſem referimus Pſalteria illa, quae in Eccleſiis certis publico erant uſui, nec cum exemplari, quod in hodiernis Vulgatae editionibus adſervatum eſt, conſentiebant: nec non recentiores ex antiquo aliquo codice Latinae editiones ſingularium partium Sacrorum librorum procuratae: quas merito ab ipſa Vulgata diſtinguimus. In tria itaque capita ſequentem diſpeſcimus tractationem, ut primo de Verſione *Itala*, ſecundo de verſione *Hieronymi*, et tertio de diverſis ſingularum partium antiquis editionibus, agamus.

§. IV.

a) Lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. II.

b) *Le Long* p. 229. col. 2. C.

§. IV.

Verſio Itala ſ. Vetus.

* Inter illas (antiquiſſimas verſiones) una erat, quae ab Auguſtino [c]) *Itala*, (forſan ait Richard Simon, quia in Italia primum nata fuerat, aut inde ad caeteras gentes, quibus Latinus ſermo erat vernaculus, tranſierat) ab Hieronymo [d]) *Communis* et *Vulgata*, a Gregorio Magno in Epiſtola ad Leandrum ante moralia praefixa, *Vetus* appellata erat, quam reliquis praetulerunt, quia ut ait Auguſtinus, *erat verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiae;* haec vero in eccleſia Latina in uſu fuit, unde nomen *Italae* et Vulgatae habuit; quia vero reliquis antiquior erat, *Vetus* dicebatur. Facta autem eſt haec verſio ex Graeco LXX. et magnae auctoritatis erat apud Eccleſias occidentis. — Hujus lectione uſa eſt Eccleſia longe ante Hieronymi tempora et etiam multo poſt, usque ad tempora Gregorii Papae. — An vero Sanctus Hieronymus Latinam illam verſionem ex Graeca LXX. de novo fecerit, an tantum Vulgatam et Italam emendaverit, vix liquido conſtat. Probabile tamen mihi videtur, quosdam libros de novo vertiſſe, reliquos tantum emendaſſe. De novo vertit Pſalterium, ut ipſe ſcribit ad Suniam et Fretelam Librum Iobi, ut ex utraque praefatione conſtat, et Libros Salomonis, ut lib. 2. adverſus Ruff. cap. 8. habetur. Reliquos ſolum emendavit. — Aſteriſcis etiam et Obelis hanc ſuam verſionem notavit ex ipſo textu Hebraico [e]).

Hujus editionis, (nihil nunc de Novo Teſtamento dicimus) inquit Nobilius [f]), integrum corpus, quod ſciamus non extat. Partes multae ex plerisque libris, cum apud coeteros Latinos Patres habentur, tum apud S. Hieronymum in commentariis atque aliis libris. Ex eadem Pſalterium, quomodo fere a S. Hieronymo eſt emendatum, in hodierna quoque Vulgata remanſit. Ex eadem remanſerunt partes quaedam Eſther, et Danielis, Prophetia Baruch, Epiſtola Hieremiae, Libri Maccabaeorum [g]).

[Diſtinguenda eſt verſio illa *Vetus* Veteris Teſtamenti ab illa Novi Foederis, quia diverſo ex fonte derivatae ſunt. Haec e codice Graeco Novi Teſtamenti formata eſt; illa vero cum Textu Hebraeo non conſentit, ſed cum Graeco τῶν LXX. ita conſpirat, ut e Graeca Verſione Latinam editam eſſe, facile creditu ſit. Verum et Interpretem, quisquis ille ſit, et codice hebraeo graeco, ſecundum pronuntiationem Helleniſticam graecis litteris ſcripto, uſum fuiſſe, aeque eſt probabile. Ipſa vero Verſio integra in nullis MStis codicibus conſervata eſt, ſed adeo periit, ut non niſi fragmenta ejus aliorum in ſcriptis ſuperſint; quae vero tam dubiae ſunt auctoritatis, ut, utrum fragmenta verae antiquiſſimae verſionis, an vero alium agnoſcant auctorem,

c) Loco citato cap. 15.

d) In Cap. 14. et 49. Eſaiae.

e) Ita *Waltonus* proleg. X. §. 1. Conſ. P. Pithoeus de Lat. Bibliorum interpretationibus p. 5. edit. Opp. Pariſienſ. 1609.

f) In praefatione Biblior. Latinor. Romae 1588. editorum.

g) *Le Long* p. 229. col. 2. D.

ctorem, aut ab illo, qui fragmenta ſuis inſeruit ſcriptis ſincere ſint relata, aut adulterata, nemo certo ſcire poſſit. Et quis quaeſo Patres omnes, qui *Hieronymo* ſunt antiquiores, una eademque verſione uſos fuiſſe, unquam commonſtrabit? Jam vero *Hieronymi* tempore talis fuit verſionis conditio, ut aliorum precibus ductus corrigendae et ad Graecum revocandae Verſioni manum adhiberet. Corrupta itaque jam tunc temporis fuit, et maculata. Primo itaque quatuor Evangelia et deinde reliquos Novi Foederis libros ad Graecum textum correxit: deinde manus Pſalterio admovit, illud ad graecum contextum emendavit; ſecunda vice vero illud ad eundem recognovit, et ad imitationem *Origenis*, quae deerant, e Textu Hebraeo Aſteriſco notata ſupplevit: et quae in Latina verſione abundabant Obelo notavit. Prior illa editio vocatur Pſalterium *Romanum*, poſterior *Gallicanum*. Quae vero ſuperſunt Verſionis fragmenta, tam ſunt incertae auctoritatis, ut, qui Textum vel Graecum vel Hebraicum ex illa reſtituere ſatagunt, quo jure hoc fieri poſſit, qui illud tentant, ipſi videant [b]).

§. V.

Editio prima.

Nobilius. * Vetus Teſtamentum ſecundum LXX. Latine redditum ex auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum. Additus eſt index dictionum et locutionum hebraicarum, graecarum, latinarum, quarum obſervatio viſa eſt non inutilis futura. Romae in aedibus Populi Romani. M. D. LXXXVIII. apud Georgium Ferrarium. Fol.

Ex Epiſtola nuncupatoria Antonii Carafae Cardin. ad Sixtum V. Superiore anno ſacroſ. LXX. Interpretum Graeca Biblia, ad vetuſtiſſimorum probatiſſimorumque Codicum fidem, ab eruditiſſimis viris ad id munus delectis accurate recognita, juſſu ſanctitatis Veſtrae in lucem prodierunt. Eadem nunc iisdem, (quantum fieri potuit) verbis, quibus uſi ſunt Latini Patres, auctoritate ſanctitatis Sixti V. Latine reddita et *Flaminii Nobilii* — notationibus illuſtrata ſub feliciſſimo ejusdem ſanctitatis Sixti V. nomine emittuntur.

Ex praefatione Nobilii: Quoniam nihil usque quaque integrum eſt, et alias quoque interpretationes conferre non eſt inutile, poſitae ſunt in notationibus aliae lectiones, ex quibus boni aliquid excerpi poſſe videbatur. — Quod autem ad Latinam interpretationem attinet: diligenter operam dedimus, ut quae ipſius ſanctae ſcripturae partes a Latinis Patribus alicubi recitantur, eas eodem modo, atque ab ipſis ſunt recitatae, niſi aut illorum inter ſe aut noſtri exemplaris varietas obſtaret, poneremus: in reliquis quas recitatas non invenimus, eadem verba, easdem locutiones, quantum res ipſa ferret, retineremus. Prorſus autem ubi nobis integrum fuit, ingenue profitemur, incultam nos illam ſequutos interpretandi rationem, in qua verbum verbo redditur, paulo durioris conſtructionis reprehenſionem parum veritos. — Multa tamen in notationibus dicta ſunt, quae ad ipſam aſperitatem leniendam faciant.

Ex

b) Conf. Rich. Simon hiſt. crit. V. T. ſacra part. 2. cap. 6. p. 672. *Job. Leusdeni* cap. 11. p. 242. *J. G. Carpzovii* Critica philolog. hebr. mixt. Diſſ. 1. p. 2.

Ex Epiſtola Petri Morini: Cum Cardinalis Antonius Carafa Biblia Latina adhibitis Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Laelio, Valverda, et me (Petro Morino) detuliſſet, emendata ad Sixtum V. Ecce Pontificatu Gregorii XIV. Tu ipſe, Morine, dixiſti, ad Biblicos labores &c. [i]). Nobilius.

Antonii Agellii egregiis curis non exiguam ſane partem tribuendam ejus Latinae verſionis LXX. quam Flaminius Nobilius Sixto V. Pontifici ſubinde obtulit, teſtimonio Ioannis Baptiſtae Bandini D. Petri Canonici affirmamus [k]).

[Rem magnam aggreſſus eſt *Flaminius* Nobilius, qui ex variis Patrum ſcriptis undequaque Veteris Verſionis Lacinias conquirere, atque hoc modo illam jam per plura ſecula deſideratam reſtituere conatus eſt. Multo labore magnaque diligentia coeptum opus ad finem perduxit. Fere omnes Verſionis Italae reliquias eum in unum contuliſſe volumen, adeoque quidquid ſupereſt, eum contuliſſe, non negandum eſt. Verum omnia, quae ipſe coagmentavit, unius ejusdemque eſſe verſionis Italae reliquias, haud conſtat: Patres enim ipſi, quorum e ſcriptis ſua collegit, non ubivis ad verſionem Italam provocant. Unde opus ipſum, non Verſio Itala in integrum reſtituta, ſed coagmentatio fragmentorum variarum Veteris aevi verſionum dicendum eſt. Ipſe vero *Nobilius* multa de novo in Latinum, ut lacunas expleret, transtulit, et nexum varia inter fragmenta formavit: quo operi multum fidei detrahitur. Feliciori ſucceſſu *Nobilius*, ſi ex antiquis MStis graeco-latinis et Latinis, quae ſuperſunt Veteris Verſionis monumenta, qualiacunque ſunt, in lucem emiſiſſet, ut poſt eum a *Martianaeo*, *Sabatiero* et *Blanchino* factum eſt, literariae rei conſuluiſſet. Addit denique Nobilius operi, judice *Waltono*, theſaurum inaeſtimabilem annotationum doctiſſimarum ex Patribus Graecis et Latinis et ex aliis Editionibus, omnibusque Eccleſiae ſcriptoribus, in ultimo Polyglottorum Londinenſium Tomo recuſum. Conjungendum hoc opus eſt cum Volumine Verſionis Graecae Septuaginta Interpretum Romae 1587. edito [l]) Recenſet opus hocce rariſſimum Cl. *Goezius*, ſed per errorem typographicum ad calcem notatum annus 1578. loco 1588. expreſſus eſt. Majorem erravit errorem *F. G. Freytagius*, qui recenſioni Bibliorum Vulgatae Verſionis Romae 1590. fol. ſequentia addit: „Flaminius Nobilius, Antonius Agellius, Laelius Bartholomaeus Valverda, et Petrus Morinus, qui jam anno 1588. haec Biblia edidere, hanc novam etiam in lucem exire juſſerunt editionem„ [m]) quibus verbis Vir ille alias probe circumſpectus et in re litteraria verſatiſſimus, Vulgatam Veterem cum Vulgata hodierna confundit. Priorem reſtituit cum aliis Viris doctis *Nobilius*, poſterior Romae 1590. edita a *Sixto* V. P. M. anathemate diro munita eſt [n]).

§. VI.

i) *Petri Morini* Epiſtola ad Silvium Antonianum p. 368. Opuſc. Epiſt. 31.

k) Ioſeph Silos lib. 15 hiſt. Cleric. regul. p. 533. *Le Long* p. 230. col. 1. C.

l) Conf. Part. II. Vol. II. ſect. 1. §. LVII.

m) Analecta litteraria p. 118.

n) Conf. *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 136. *Waltoni* prolegom. p. 334. *J. G. Carpzovii* critica ſacra part. 2. cap. 2. p. 536. cap. 6. p. 672.

§. VI.

Editiones iteratae.

Morinus. [I] * Vetus Teſtamentum ſecundum LXX. latine redditum, accurante Ioanne Morino. Pariſiis 1628. fol.

[II] * Vetus Teſtamentum ſecundum LXX. latine redditum. Pariſiis 1641. fol.

[Verſionem Latinam ex editione Romana, *Iohannes Morinus*, Textui graeco Septuaginta Interpretum ad latus poſuit, adeoque utramque editionem Romanam Graecam et Latinam recuſam dedit [o]).

Waltonus. [III] * Vetus Teſtamentum ſecundum LXX. latine redditum. Londini 1657. fol.

Quanquam Italam illam totam ex Latinorum Patrum ſcriptis maximo labore collectam conſarcinare et renovare ſtuduerit Flaminius Nobilius Lucenſis: unde ſacrorum voluminum pure, preſſe, religioſe interpretandorum quivis documentum capere poſſit: Attamen, cum pannos illos e Patribus undequaque corraſerit Nobilius, et non Italam unam ſed complures alias, paſſim tunc temporis emergentes, et omnium uſui permiſſas promiſcue Patres uſurparent; imo pro captu ſuo loca ex tempore ſaepe converterent, vel ab aliis converſa memoriter recitarent; cumque e LXX. Senum editione κοινῇ profecta ſit Italica; Sixtinae autem, quam puram illam eſſe, Hexaplis intextam eruditi propugnant, Nobiliana conſentiat; certiſſimum eſt, non facilius in Nobiliana Italam, quam aliam quamlibet reperiri poſſe [p]).

Hanc puram putam eſſe Eccleſiae Latinae verſionem, quae ante Hieronymum ſola in Occidente legebatur, nemo rei criticae peritus affirmaverit; fieri ſiquidem non poterat, ut Nobilius illam modis omnibus abſolutam et perfectam ex Patrum teſtimoniis hauriret, qui eam non exacte ſequuti fuerant; et ſi qui eorum Graece docti fuerant, verſionem novam ad Graecum ſermonem LXX. Interpretum condere non ipſis fuit religio. His omnibus accedit, Hieronymum antiquam illam verſionem, quam in locis quibusdam accuratam deprehenderat, et pro regionum et exemplarium diverſitate parum conſtantem, refeciſſe [q]).

Verſio illa Latina Interpretationis LXXviralis, quae fertur ſub Nobilii nomine, pro vera verſione Itala haberi minime debet. In multis eadem eſt, in multis diverſa, et maximam, opinor, partem ipſe editor elaboravit [r]).

[Iunxit Auctor noſter haec *Huetii*, *Simonis* et *Hodii* de opere *Nobilii* iudicia cum recenſione editionis Londinenſis 1657. in quo illum ſequuti ſumus, quia integrum opus Romanum, Verſio Graeca ſeptuagintaviralis et verſio Latina a *Nobilio* refecta, Bibliis Polyglottis Londinenſibus hoc anno editis, recuſum datum eſt; ita ut Textus Graecus e regione latinam habeat verſionem. Annotationes vero, quas *Nobilius* ſingulis capitibus ſubjecerat, una cum iis, quae ab ipſo praetermiſſae

o) V. Part. II. Vol. II. ſect. 1. §. LXI.

p) *Dan. Huetius* de claris interpretibus p. 110.

q) *Rich. Simon* cap. 19. Diſquiſit. crit. de variis Bibliorum editionibus p. 158.

r) Humphr. Hody lib. 2. de Biblior. text. original. p. 343. *Le Long* p. 230. col. 2. D.

miſſae erant, adjectis ſimul ipſis Graecorum ſcriptorum verbis, quae interdum latine a *Nobilio* citata erant, ultimo tomo exhibeantur; atque hoc modo *Nobilii* Scholia et annotata e diverſis voluminibus in unum corpus redacta ſunt [s]). Addit Auctor noſter notam, quae fortaſſis *Boerneri*, eſt ſequentis tenoris: „Latinam verſionis Graecae LXX Interpretum translationem ex SS. Patrum operibus „ſumma cura collectam, adornant eruditi Patres Benedictini e Congregatione S. „Mauri.„ Verum auctor hujus animadverſionis editionem Verſionis *Hieronymi* a *Martianaeo* procuratam, cum verſione Latina textus Graeci Septuagintaviralis confundere videtur [t]). Morinus.

Vetus Teſtamentum latine redditum. Venetiis Antonii Pinelli 1609. fol. [IV]

In collectione plurium verſionum latinarum tam V. quam N. Teſtamenti a *Fortunato Schacco* Fanenſi procurata, exſtat verſio Romana iterum edita [u]).

Vetus Teſtamentum latine redditum. Antwerpiae, Ioannis Keerbergii 1616. fol. [V]

Editio Romana inter alias verſiones iterum excuſa proſtat [x]).

§. VII.

Biblia Itala.

Sabatierus.

Bibliorum ſacrorum Latinae verſiones antiquae, ſeu Vetus Italica, et caeterae, quaecunque in Codicibus MSS. et antiquorum librorum reperiri potuerunt: quae cum Vulgata Latina, et cum textu Graeco comparantur. Accedunt praefationes, obſervationes ac notae, Indexque novus ad Vulgatam e regione editam, idemque locupletiſſimus. Opera et ſtudio D. Petri Sabatier, ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri. Tomus primus. Remis apud Reginaldum Florentain, Regis typographum et Bibliopolam, ſub ſigno Bibliorum aureorum. M. DCC. XLIII. Tom. ſecundus, Tomus tertius. fol. III. Vol. [I]

Multo ſtudio et labore *Sabatierus* in eo verſatus eſt, ut antiquam Verſionem Italam variis ex antiquis monumentis erueret, eamque puriorem redderet, ac illa, quae in editione Romana exhibetur. Aliam certe viam ingreſſus eſt *Sabatierus*, quam ſibi ſequendam elegerat *Nobilius*, dum plures Codices MSS. in ſubſidium vocavit, et ex iis veneranda antiquitatis monumenta iterum produxit. Duplex operi praemittitur praefatio, in quarum priori tum de neceſſitate verſionis latinae tum de quaeſtione tritiſſima: num plures ante *Hieronymi* tempora jam fuerint latinae verſiones, agitur. Provocat quidem ad illa, quae ex *Auguſtino* ſupra §. II. prolata ſunt: verum illa non de variis diverſisque verſionibus, ſed de variis unius ejusdemque verſionis apographis, quae ita lectionum diverſitatibus deformata fuiſſent, ut diverſae verſiones eſſe viſae ſint, interpretatur. Unicam itaque

s) Conf. Part. I. cap. III. §. VI. et Part. II. Vol. II. ſect. I. §. LXII.

t) *Le Long* p. 231. col. 1. B.

u) Vide infra C. II. S. I. §. CCXXXVIII. n. 1.

x) Vide infra C. II. S. I. §. CCXXXVIII. n. 2.

Sabatierus. itaque ſtatuit illam antiquam verſionem, quae Itala dicitur, cujus aetatem et varia fata accuratius determinare allaborat. Origo verſionis ex ipſius *Pauli* Apoſtoli ſermonibus, qui per biennium Romae ſacras litteras expoſuit, derivatur. Scripſerunt auditores Latini, quae *Paulus* docuit Latine, atque hoc modo nata eſt illa verſio, quae hoc modo ipſum Apoſtolum habet auctorem. Quod ſi verum eſſet, *Paulus* certe ad Romanos Epiſtolam latine ſcripſiſſet, ut Latini lectores illam eo facilius intelligere potuiſſent. Verum graece illam ſcripſit, atque exinde, quae de origine Verſionis Italae diſputata ſunt, multis premuntur difficultatibus, et maxime ſunt incerta, quin et aperte falſa.

Sequuntur criteria verſionis Italae, ut, quae in hoc opere ſiſtitur verſio, illam unicam et antiquam eſſe verſionem, evincatur. Eſt illa verborum tenacior quam reliquae verſiones, et perſpicua in ſententiis. Conſentit accurate cum illa verſione, qua uſus eſt *Auguſtinus*, qui verſione Hieronymiana haud uſus fuiſſe creditur. In plures diviſa eſt verſiculos quam illa recentior Vulgata. Supereſt adhuc in verſione Libri ſapientiae, *Siracidis* et *Baruchi*, nec non libris duobus Macchabaeorum in Bibliis Vulgatis; Accedit propius ad verſionem ſeptuagintaviralem, quam ad textum hebraeum. Ad ſingula criteria examinatur verſio cujusvis libri ſacri, atque exinde hanc eſſe verſionem Italam demonſtratur. Subſidio fuerunt editori in adornanda et compilanda verſione Codices MSS. imprimis illi, qui in Bibliotheca Regia Pariſienſi adſervantur, et apographa Codicum Bibliothecae Vaticanae, Oxonienſis, Cantabrigienſis, aliarumque, qui ſinguli venerandae ſunt antiquitatis. Conſuluit porro ſcripta *Irenaei*, *Tertulliani*, *Lactantii*, *Iuvenci*, *Iulii Firmici*, *Luciferi Calaritani*, *Hilarii*, *Zenonis*, *Phoebadii Agennenſis*, *Victorini*, *Ambroſii*, *Hieronymi*, *Auguſtini*, *Gregorii Magni*, aliorumque, ut ex eorum ſcriptis lacinias Verſionis Italae compilaret. Accedunt denique *Hieronymi* prologi, et Praefatio editionis Vulgatae *Clementis* VIII. Quae vero variis ex fontibus congeſta ſunt, hoc modo diſponuntur, ut ſibi e regione Vulgata nova, ſeu hodierna ex recognitione Romana, et Verſio antiqua ſeu Itala opponantur. Vulgatae novae adduntur in margine loca parallela, antiquae vero adſcribuntur in margine fontes, unde quilibet verſiculus, vel comma derivatus eſt. Subjiciuntur denique annotationes locupletes, quae verſionem antiquam ſolummodo reſpicientes, illam cum graeco contextu aliisque verſionibus comparant; emendationes vero Vulgatae hodiernae ex *Franciſci Lucae Brugenſis* delectu Romanarum correctionum, ad calcem cujusvis libri addantur. Tomo primo ſiſtuntur libri Veteris Teſtamenti a Geneſi ad Iobum: in ſecundo ſunt reliqui libri Veteris Teſtamenti a Pſalterio, quod triplex eſt, ex verſione itala, *Hieronymi* et Vulgata hodierna, usque ad libros Macchabaeorum; Tomus vero tertius continet Novum Teſtamentum, et appendicem ex editione Romana, nimirum tertium et quartum Librum Eſdrae et Orationem Manaſſae. Huic tertio tomo praemiſſa eſt praefatio, quae ſupplementa in Pſalterium e codice Sangermanenſi ſiſtit; cui accedit Vita *Sabatieri*, qui antequam opus conſummatum eſt, ad ſuperos abiit y).

Biblio-

y) Baumgartenii Nachrichten von merkw. Büchern Vol. 3. p. 25. *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 98.

Bibliorum ſacrorum Latinae verſiones antiquae, ſeu Vetus Itala, et caeterae, quaecunque in codicibus MSS. antiquorum Librorum reperiri potuerunt: — opera et ſtudio D. Petri Sabatier — Remis et Pariſiis 1749-1751. fol. III. Vol. Sabatierus. [II]

Editio ſecunda operis praeſtantiſſimi, cujus mentionem facit Cl. *F. C. Alterus.* Contigit quidem *Sabatiero*, ut alios, qui eundem ſibi propoſuerunt finem, longe poſt ſe relinqueret; ſed opus ſuum non eſſe perfectum et omni ex parte conſummatum, ipſe expertus eſt, dum ſupplementa Pſalterii jam tertii tomi praefationi inſeruit. Sed longe plura addenda eſſe ſciviſſet, ſi ipſi Codices MStos, qui extra Galliam adſervantur, conſulere licuiſſet. Quod vero huic liberum non fuit, id praeſtitit *Blanchinus*, qui tria Volumina MSta reliquit, in quibus Supplementa ad opus *Sabatieri* congeſſit. I. „Canticum Canticorum Latinae verſionis antiquae, ſeu Veteris Italicae, quo egregium opus Bibliorum ſacrorum ejusdem verſionis a Cl. P. *Sabatier* editum ſuppletur et illuſtratur. „II. Collatio libri Pſalmorum antiquae Latinae Verſionis, ſeu Veteris Italicae „editionis dicti P. *Sabatier*, et alterius editionis factae per *Ioſephum Blanchinum* „cum textu graeco, et cum epiſtola B. *Hieronymi* ad *Sunniam* et *Fretelam*, qua „oſtenditur, cuinam praelatio debeatur. III. Loca ſacrae ſcripturae ſecundum „antiquam Latinam Italam Verſionem, quae leguntur in Caſſiodori complexio„nibus, et aliis Patribus a praefato P. *Sabatier* omiſſa.„ Quae omnia vero lucem nondum adſpexerunt [*]).

§. VIII.

Partes Veteris Teſtamenti.

* Liber Pſalmorum, Maccabaeorum uterque Liber ſapientiae et Eccleſiaſtici, partes quaedam Eſther et Danielis, Prophetia Baruch, Epiſtola Ieremiae, ex Antiqua Itala, qua ante S. Hieronymum Eccleſia Latina utebatur, in Vulgata Hieronymiana retenti et conſervati [a]).

Vide Biblia Latina Vulgata in ſubſequenti Capite.

* In Vulgata hodierna remanſerunt partes quaedam Eſther et Danielis, Prophetia Baruch, Epiſtola Hieremiae, Libri Maccabaeorum, ex non-canonicis tertius et quartus Eſdrae. Sapientiae vero et Eccleſiaſtici interpretatio, quae in Bibliis Vulgatis extat, ita vetus eſt, ut ea non modo S. Auguſtinus in ſpeculo, ſed Lucifer Calaritanus et S. Ambroſius et S Cyprianus et S. Hieronymus, longe puriore et emendatiore ſint uſi; quae aut ex alia editione fuit, aut ab ea, quae a S. Hieronymo fuerat reſtituta [b]).

*) *Alteri* bibliographiſche Nachrichten p. 101. Conf. *Ioſephi Blanchini* Presbyt. Oratorii Romani Elogium hiſtoricum Romae 1764.

a) Iuxta *Nobilium* et *Io. Morinum* lib. 1. Exercit. Biblic. 9. cap. 1. §. II.

b) *Le Long* p. 231. col. I. C.

§. IX.

Pſalteria.

Faber. [I] * Quincuplex Pſalterium. Gallicum. Romanum. Hebraicum. Vetus. Conciliatum. (Pariſiis ex officina Henrici Stephani 1509.) fol.

Cum praefatione Iacobi Fabri Stapulenſis et ejus ſtudio editum. In fine hujus voluminis legitur: „Abſolutum fuit hoc quincuplicis Pſalterii opus in „coenobio S. Germani prope muros pariſienſes, anno a natali Chriſti domini 1508. „Et in clariſſimo Pariſiorum Gymnaſio ex Chalcotypa Henrici Stephani officina „e regione Scholarum Decretorum, emiſſum anno ejusdem Chriſti ſalvatoris „omnium 1509. pridie Calendas Auguſti. Illi igitur, qui abſolvere et abſolu„tum in publicum emittere dedit: Laus et gratiarum actio in ſecula ſeculo„rum. „ Amen.

Ex praefatione ad Guillelmum Briconnetum Cardinalem: „Coeterum in „unum corpus quinque Pſalteria redegimus, ut ex eorum mutua invicem colla„tione juventur ii, quos ſimilis indaginis cura mordebit: et ob id praeterea, „ut multi cantus eccleſiaſtici unde ſumpti ſint agnoſcantur. — Quaeret ali„quis, cur ita vocentur, cum ſingulum quodque latino ſermone conſcriptum ſit? „Hac crediderim ratione *Romanum* dici — quod Romae emendatum ab Hiero„nymo (ceu ex ejus prologo dilucet) in eccleſia caneretur Romana, id eſt Gal„lia transalpina. Et *Gallicum*, quod eo Eccleſia Gallica, id eſt ciſalpina utere„tur: et illud eſſe arbitror, quod ad preces Paulae et Euſtachii ſecundo correxit „Hieronymus. — *Hebraicum* vero: quod nulla intercedente lingua, ex He„braeo ad Sophronii preces S. Hieronymus latina illud donavit colonia. Quae „tria Pſalteria tribus columnis altrinſecus e regione poſitis deſcripta, majores no„ſtri magna diligentia deſcribi curarunt et deſcripta cuſtodiri, ut in veteribus „Bibliothecis licet adhuc intueri. — Porro Pſalterium *vetus* dicitur: quod eo „vel maxime ante editiones a Hieronymo emendatas uterentur eccleſiae. *Con„ciliatum:* quod pauca addat aut mutet ad gallicum, quo magis veritati et he„braico concordet pſalterio, et quandoque, ut aptior et accommodatior habea„tur ſermo. „

Qui ex congregatione S. Mauri in Gallia novam S. Auguſtini operum editionem adornarunt, in ea elaboranda noverunt Pſalterium Vetus a Iacobo Fabro Stapulenſi editum, de verbo ad verbum ex Commentariis S. Auguſtini prorſus excerptum fuiſſe, ideoque non differre ab exemplari, quo ipſe in explanandis Pſalmis uſus eſt [c]).

[Idem ipſe in praefatione fatetur editor, *Auguſtinum* Pſalterium *vetus*, quod minus coeteris caſtigatum eſt, *Caſſiodorum* vero *Romanum* ſequutum eſſe. Editor operis eſt per plura ſcripta clarus ille *Iacobus Faber* ſtapulenſis, qui tria Pſalteria, *Romanum*, *Gallicum* et *Hebraicum* per tres columnas in ſingulis paginis diſpoſuit. Unicuique Pſalmo, ſubjiciuntur ſtatim, annotationes in quatuor plerumque ſectiones diviſae. 1) Titulus. 2) Expoſitio continua, quae eſt paraphraſtica. 3) Concordia. 4) Adverte. Duo vero Pſalteria, *Vetus* et *Conci-*

c) *Le Long* p. 274. col. 1. E.

Conciliatum, reliqua occupant voluminis folia, diviſis columnis inſcripta. Typographus *Henricus Stephanus* eſt pater *Roberti Stephani*, cujus ſaepe mentionem facturi ſumus. Opuſculum bis recuſum datum eſt d). Faber.

* Secunda emiſſio. Quintuplex Pſalterium Gallicum. Rhomanum. Hebraicum. Vetus. Conciliatum. Praeponuntur quae ſubter adjiciuntur. Epiſtola. Epilogus diſputationis Pſal. XXX. Appendix in Pſ. XXX. Prologi Hieronymi tres. Partitio Pſalmorum triplex, Indices Pſalmorum duo. (Pariſiis per Henricum Stephanum 1513.) fol. e). [II]

[Ad calcem operis: „Abſolutum fuit hoc Quintuplicis Pſalterii opus in „coenobio Sancti Germani prope muros Pariſienſes: anno a natali Chriſti Do„mini 1508. Et in clariſſimo Pariſiorum Gymnaſio ex calcotypa Henrici Ste„phani officina e regione ſcholarum Decretorum, ad ſecundam et caſtigatiorem „emiſſionem ſuſceptum, anno ejusdem Chriſti ſalvatoris omnium 1513. Idibus „Iuniis. Illi igitur, qui abſolvere, et abſolutum in publicum emittere dedit: „Laus et gratiarum actio in ſaecula ſaeculorum. Amen.„ Editor in praefatione varia cognitionis verioris doctrinae ſacrae edidit ſpecimina, quae propter tum a noſtratibus et reformatae Eccleſiae addictis inter Veritatis teſtes recenſetur, a Pontificiis vero albo ſcriptorum, quorum libri prohibentur, inſertus eſt. Notarat hoc *Reimmannus* ex *Auberto Miraeo:* „a patribus Tridentinis iis „operibus annumeratum, quae repurgatione indigeant.„ Erroneum hoc aſſertum appellat Cl. *Goezius*, quia Index Tridentinus tantummodo libros prohibitos, non vero libros expurgandos recenſeat. Verum Indicem ipſe non conſuluit. In claſſe prima recenſentur tantummodo nomina auctorum, qui damnatae ſunt memoriae: ſubjiciuntur vero *Certorum auctorum libri prohibiti:* et in horum albo apparet *Faber* ſtapulenſis. In Indice, editioni Concilii Tridentini Coloniae Agrippinae 1664. 8. ſubjuncto, haec leguntur: „Iacobi Fabri Commentaria in „Evangelia. Item in Epiſtolas S. Pauli. Item in Epiſtolas Canonicas. Item „de tribus Magdalenis. Item in Pſalmos, *tamdiu prohibita ſint, quamdiu ab ali„cujus Univerſitatis Catholicae facultate Theologica, vel juſſu Inquiſitionis generalis „emendata in lucem prodierint.„* Eadem leguntur in Indice librorum prohibitorum Auctoritate Pii IV. Sixti V. et Clementis VIII. Hanoviae 1611. 8. recuſo; et iisdem verbis repetuntur in Indice librorum prohibitorum Alexandri VII. Romae 1667. fol. p. 64. Ex mente igitur Patrum Tridentinorum *Fabri* ſcripta repurgatione indigent: quomodo vero expurganda ſint, oſtendunt Indices, *Gaſpari Quirogae*. Madritti 1584. recuſus *Hanoviae* 1611. 8. p. 433. et *Sotomajoris* claſſ. II. p. 690. aliique, quos recenſet *D. Clement* f).

* Quin-

d) *Knoebii* hiſt. crit. Nachrichten p. 818. *Reimmanni* catal. biblioth. theolog. p. 206. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 17. *Du Pin* Biblioth. des Auteurs eccleſiaſt. tom. 14. p. 158. *Maittaire* annal. tom. 2. part. 2. p. 195. *I. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 25. *Dan. Gerdeſii* Introductio ad hiſtoriam reformat. p. 172-177. Ejusd. Florilegium libror. rar. p. 92. Catalogus Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 17. *Reimmanni* catal. biblioth. theol. p. 207. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 362. *Maittaire* annal. tom. 2. part. 2. p. 241. *Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis p. 26.

e) *Le Long* p. 274. col. 2. C.

f) Biblioth. hiſt. et crit. tom. 8. p. 211.

Digitized by Google

Faber. [III] * Quintuplex Pſalterium. Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus, Conciliatum: Latine cum Iacobi Fabri Stapulenſis expoſitione, edente Petro de Pratis. Cadomi. Petri Olivier. 1515. fol. g).

[Ultima operis editio. Quae a *Du Pin* additur editio Pariſienſis 1523. Vitio typographico debetur; legendum enim 1513. h).

Iof. Carus. [IV] * Pſalterium juxta duplicem editionem Romanam et Gallicanam, una cum Canticis ex duplici item editione, et Hymnarium atque Orationale: Editio ad veterem eccleſiaſticam formam ex antiquis MSS. exemplaribus digeſta, per Ioſephum Carum Romae 1683. 4.

Praemittuntur varii SS. Patrum tractatus, ſive praefationes de Pſalterio, et ad Calcem adjiciuntur Cantica conſvetudinaria.

Ex ſecunda parte praefationis: „Praefationes excipit Pſalterium ipſum „ex duplici editione: quam Romanam et Gallicanam appellant. Harum utra- „que eſt juxta LXX. Interpretes: utraque a S. Hieronymo correcta; prior qui- „dem Romae S. Damaſi Papae juſſu; altera vero Bethlehemi, utraque tandem in „Eccleſiis frequentata, et Romana quidem editio ad illam veterem Latinam in- „terpretationem pertinere, non levi creditur conjectura i).

[Editor uſus eſt nomine *Ioſephi Mariae Cari*, ſub qua larva latere voluit *Ioſephus Maria Tommaſi*, R. E. Cardinalis k).

§. X.

Pſalteria Graeco - Latina.

* Pſalterium Graeco-Latinum, ad fidem veterum exemplarium atque adeo codicis Graeci manuſcripti D. Victoris locis quam multis repurgatum et nitori ſuo reſtitutum — Pariſiis 1545. 16.

[Editionem nitidam Pariſiis a *Carola Guillard* exſcriptam, inter Pſalteria Graeca ſuo loco deſcripſimus. Latina interpretatio textui Graeco e regione poſita, illa antiqua eſt, quae jam ante *Hieronymi* tempora in Eccleſia in uſu fuit. Accedunt Cantica ſacra l).

Blanchinus. Pſalterium Graecum cum verſione Itala dicta, et Canticum Canticorum graece cum eadem verſione: edente Ioſepho Blanchino Veronenſi Presbyt. Congregat. Orat. Romae 174.. fol.

Edidit *Ioſephus Blanchinus*, cujus Evangeliarium quadruplex infra recenſebimus, majoris operis, ſex Voluminibus conſtantis prodromum ſub rubro: „Vindiciae canonicarum ſcripturarum, Vulgatae Latinae editionis, ſeu Ve- „tera ſacrorum Bibliorum fragmenta, juxta Graecam Vulgatam et hexaplarem, „Latinam antiquam Italam, duplicemque S. Euſebii et Hieronymi translatio- „nem, nunc primum in lucem edita atque illuſtrata, opera et ſtudio Ioh. Blan- „chini

g) *Le Long* p. 274. col. 2. D.

h) *Clemens* l. c. p. 214. *Du Pin* l. c. Conf. *Rich. Simon* nouvelle Biblioth. Choiſie tom. 2 p. 30. *Beyſchlagii* epiſt. in Theſauro epiſtolico Lacroziano tom. 1. p. 65. *Sam. Engeli* bibliotheca ſelectiſſ. p. 22. et 56.

i) *Le Long* p. 275. col. 1. E.

k) *Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 4. p. 67.

l) Part. II. Vol. II. ſect. 2. §. XCI. n. 2.

„chini Veronenſis.„ Integrum opus eum in finem quidem elaboratum eſt, ut authentia Verſionis Vulgatae contra Proteſtantes defendatur, et Textum Hebraeum et Graecum in omnibus illis locis, in quibus diſſentit Vulgata, depravatum et corruptum eſſe oſtendatur. Verum quae promittit editor ea ſunt, quae et Proteſtantibus grata et accepta eſſe debeant. Mittimus primam voluminis partem, quae variantes e codice lat. bibliorum litteris Gothicis ſcripto et Toledae adſervato, varias ad Viros eruditione claros epiſtolas datas, fragmenta Verſionis LXX. et verſionis Italae, nec non varia MStorum ſpecimina aeri inciſa, continet. Secunda vero pars exhibet Pſalterium Graecum et Latinum et Canticum Canticorum Graecum et Latinum e Codice Veronenſi. Graecus textus litteris capitalibus, attamen non Graecis ſed Latinis ſine accentibus et ſine ulla diſtinctionis nota ſcriptus eſt. Accedunt variantes Lectiones ex editionibus typis expreſſis et manu ſcriptis. Reliqua quae editor promittit, potiſſimum emendationem Bibliothecae divinae S. Hieronymi concernunt m). Blanchinus.

§. XI.

Iobus et Pſalterium.

* Liber Iob cum Aſteriſcis et obelis, antehac ineditus. Liber Pſalmorum cum Aſteriſcis et obelis partim editus, partim ineditus. Liber alter Pſalmorum, ſive Romanum Pſalterium. (Pariſiis 1693.) fol.

Hi tres libri e Graecis LXX. Interpretibus in Latinum ſermonem translati a S. *Hieronymo*, extant in ejusdem Bibliotheca divina Part. II. n).

[Ultimo loco Iobum et Pſalterium nominamus, quia non ſeorſim prodierunt, ſed inter verſiones *Hieronymi* excuſi dati ſunt.

§. XII.

Eccleſiaſtes.

Eccleſiaſtes ex verſione Itala cum notis Boſſueti. Pariſiis 1693. 8. Boſſuetus.

Ex Commentariis *Hieronymi Boſſuetus* veterem verſionem compilavit notisque illuſtravit.

§. XIII.

Baruch.

Prophetia Baruch ex veteri Codice MS. deſcripta, edita a Ioſepho Maria Caro. Romae 1688. 4. Carus.

Edidit *Carus* ſive *Tommaſinus* Cardinalis, Capitula Bibliorum antiqua ſecundum interpretationem τῶν LXX. ex manu exaratis codicibus, inter quae reperitur Prophetia Baruch ex Veteri Codice manuſcripto.

§. XIV.

m) Acta Eruditorum Lipſienſia. A. 1743. *Ernesti* theol. Biblioth. vol 1. p. 854 Conf. *Iob Chriſt Mitternwei* diſputatio Anti-Blanchiniana ſ. contra *Joſ. Bianchini* Canonicarum ſcripturarum Vulgatae Latinae editionis Vindicias. Lipſiae 1760. 4.

n) *Le Long* p. 231. col. 1. E.

Digitized by Google

§. XIV.

Verſio Vetus N. T.

* Vetus Novi Teſtamenti editio Latina, quae Itala dicitur, cum textu Graeco vulgari congruebat. Eam ex codicibus emendatiſſimis, et hominum rei criticae peritorum ope reviſis, S. Hieronymus recognovit. Revera ſanctus ille doctor quandoque meminit exemplarium, quae accuratione ſua vulgares editiones longe ſuperabant. v. g. in Comment. in Matth. cap. 24. *In quibusdam Latinis codicibus additum eſt,* neque filius, *cum in graecis et maxime Adamantii et Pierii exemplaribus hoc* non habeatur adſcriptum. *Ita Rich. Simon* o).

Maximam hujus verſionis partem in vetuſtis antiquiorum Patrum codicibus v. gr. in Hilarii Diaconi Commentariis in Paulum, quae ſub nomine S. Ambroſii vulgata ſunt, adhuc reperiri addit idem p).

Aſſerit porro in hoc capite et in ſequenti, Vetuſtiſſimos codices Regium et Sangermanenſem, veterem illam verſionem in textu latino nobis exhibere, atque cum Commentariis S. Hieronymi, Hilarii Diaconi, et Pelagii Haereſiarchae, qui erant coaetanei, omnino convenire q).

[Recenſet auctor noſter hujusmodi Codices MStos, qui Italam, ſeu veterem ſiſtunt verſionem; ſed quia adhuc in Bibliothecis latent, nec typis evulgati ſunt, qui tantummodo quae per typographos publici juris facta ſunt, recenſemus, ab illorum recenſione abſtinemus.

§. XV.

Quatuor Evangelia.

Blanchinus. Evangeliarium quadruplex Latinae verſionis antiquae ſeu Veteris Italicae, nunc primum in lucem editum, ex codicibus manuſcriptis aureis, argenteis, purpureis, aliisque plusquam millenariae antiquitatis, ſub auſpiciis Ioannis V. Regis fideliſſimi Luſitaniae, Algarbiorum etc. a Ioſepho Blanchino, Veronenſi, Presbytero congregationis oratorii Sancti Philippi Nerii de Urbe. Romae anno Domini CIϽ IϽ CCXLVIIII. Typis Antonii de Rubeis apud Pantheon, in via Seminarii Romani, Superiorum permiſſu. II. Vol. fol majori.

Multa ſane de opere hujus ſeculi ſplendidiſſimo, ſvadente S. R. E. Cardinali *Corſini*, ſingulari Regia munificentia procurato, in quo quatuor Evangelia e quatuor Codicibus antiquiſſimis exhibentur, et antiqua verſio Latina, Itala dicta, quae cum Hieronymiana usque ad ſeculum ſextum de principatu contendit, ſeptimo tandem ſubveniente *Gregorio* Magno huic ceſſit, ex antiquis eruta monumentis ſiſtitur: nobis dicenda forent, ſi integrum opus, uti par eſt, et ſingula quae lectu digna occurrunt, recenſere vellemus. Leges vero nobis impoſitae, limites transgredi nobis non permittunt. Opus itaque integrum, non uti invenitur, diſſertationibus eruditis refertum, conſideramus; ſed tantummodo pro noſtro ſcopo, de editionibus quatuor Evangeliorum rationem reddimus.

o) Cap. 3. hiſt. crit. Verſion N. T. p. 24.
p) ibid. p. 27. q) *Le Long* p. 231. col. 1. E.

dimus. *Martianaeus* primus ex ejusmodi antiquis codicibus *Matthaei* Evangelium publici juris fecit: cujus veſtigia *Blanchinus* non modo legit, ſed quem habuit anteceſſorem, longe poſt ſe reliquit. Integrum opus duobus tomis abſolvitur. Primus exhibet Evangelium *Matthaei* et *Joh.*, in prima columna e Codice Vercellenſi, et in ſecunda e Codice Veronenſi, ſervato quam accuratiſſime cujusvis codicis modo ſcribendi. Priori ſubjicitur in inferiori plagulae parte Evangelium a *Martianaeo* editum e Codice Corbeienſi, cum Variantibus Codicis Sangermanenſis, et poſteriori idem Evangelium e Codice Brixiano, cum annotationibus criticis in Variantes Codicis Cantabrigienſis. Evangelium *Iohannis* ſimili modo in ſuperiori columnarum parte diſponitur; in inferiori vero in columna prima exhibentur lectiones variantes alterius codicis Corbeienſis et Codicis S. Gatiani Turonenſis et majoris monaſterii; adduntur quoque ſpecimina codicis Vercellenſis, Veronenſis argentei, et purpurei Brixiani, litteris aureis argenteisque exarati, nec non codicis Fuldenſis ſeculi VI. Volumine ſecundo exhibentur Evangelia *Marci* et *Lucae*, eodem modo uti Evangelium Iohannis, una cum concordantibus lectionibus evangeliarii quadruplicis, cum Textu Graeco in locis abeuntibus ab editione Vulgata. Elegantiſſimas omnique eruditione critica refertas et variis tabulis aeneis illuſtratas variorum Virorum eruditorum diſſertationes epiſtolares, quae accuratam tum codicum hic typis expreſſorum tum et aliorum permultorum ſuppeditant notitiam, et rei criticae omni ex parte inſerviunt, hic ſilentio praetermittimus, et tantummodo Voluminis ſecundi appendicem indicamus, hoc rubro inſignitam: „Appendix ad evangeliarium quadru„plex antiquae latinae verſionis italicae, complectens duos antiquiſſimos codices „membranaceos evangeliorum a S. Euſebio Hieronymo, ſtridonenſi presbytero, „graecae ſidei redditos ſub beatiſſimo Papa Damaſo: hos publica luce donamus „accuratiſſime; qui ſi cum ſuperiori evangeliario quadruplici conferantur in lo„cis abeuntibus ab hodierna editione vulgata (quam authenticam dicimus) ſta„tim omnibus palam fiet, quid in eadem doctoris maximi ſtylum ſapiat, et quid „redoleat primogeniam italam translationem, verborum tenaciſſimam cum per„ſpicuitate ſententiae. Accedunt aliquot epiſtolares diſſertationes, de quibus „actum in prolegomenis, ac denique teſtimonia veteris teſtamenti a Chriſto, „Apoſtolis et Evangeliſtis allegata in IV. ſanctis Evangeliis, quae exhibentur „juxta hebraicam veritatem, editionem vulgatam latinam, graecam LXX. Se„niorum et antiquam Italam, ut ipſa, cum graeco textu et cum Itala verſione „novi Teſtamenti comparata, definiant, an Chriſtus, Apoſtoli et Evangeliſtae „in citando veteri teſtamento, LXX. Seniorum translationi magis adhaeſerint, „quam hebraicae veritati.„ Codex primus in hac appendice publicatus eſt „*Forojulienſis* ille, qui olim Aquileenſis fuit, a quo Evangelium *Marci* avulſum Venetias translatum, cujus et folia nonnulla Pragae adſervantur, et Venetiis pro Evangeliſtae *Marci* autographo venditatur: qui vero, uti *Laurentius a Turre* in addita diſſertatione epiſtolari demonſtrat, *Hieronymi* ipſius verſionem latinam exhibet. Alter codex eſt *Peruſinus*. Utriusque Codicis ſpecimina aeri inciſa addita ſunt. Haec ſufficiant, de opere, quod cenſente Cl. *I. D. Michaelis* dignum eſt, ut minori typo exprimatur, ut minori aere adquiſitum plurium Blanchinus.

Blanchinus. ſtudiis inſervire queat. Idem vir Cl. opus hoc meritis in rem litterariam et ſacram Benedicti XIV. P. M. tribuit: quod tamen regiis ſumptibus in publicum exiit. *Blanchinus* vero fidem, quam in prodromo §. VIII. dedit; ex parte tantummodo hoc opere liberavit r).

Iricus. Sacroſanctus Evangeliorum codex Euſebii Magni, Epiſcopi et Martyris, manu exaratus, ex autographo Baſilicae Vercellenſis ad unguem exhibitus, nunc primum in lucem prodit opera et ſtudio Joh. Andr. Irici Tridinenſis Colleg. Ambroſiani Doctoris, Mediolani apud Ioſephum Bonaccina. MDCCXLVIIII. 4 maj.

Eundem codicem *Vercellenſem*, quem *Blanchinus* aliis tribus junxit, hic *Ioh. Andr. Iricus* typis expreſſum ſiſtit, et quidem litteris capitalibus. Acceperat apographum codicis ab eodem *Franc. Hieron. Ruggerio*, a quo *Blanchinus* idem obtinuerat. Codex ille vetuſtiſſimus eſt, et jam Seculo nono *Euſebio* Epiſcopo et Martyre adſcribitur. Prolegomena addidit editor, quae vero, ſi cum exercitationibus a *Blanchino* publicatis comparantur, minoris ſunt ponderis. Accedunt Variantes aliorum codicum lectiones s). Cum hiſce Evangeliariis conferri merentur Variae quatuor Evangeliorum Lectiones ex MSS. veteribus, quas *Auguſtinus Calmetus* Commentario in quatuor Evangelia ſubjunxit.

§. XVI.

Partes N. T.

Martianaeus. [I] * Vulgata antiqua Latina et Itala verſio Evangelii ſecundum Matthaeum, cum variantibus lectionibus et prolegomenis. Studio Ioh. Martianay. Pariſiis apud Ant. Lambin. 1695. 12. t).

[Duo Evangeliorum volumina detexit *Martianaeus* in Bibliotheca Monaſterii Sangermanenſis, quorum textus ab hodierna vulgata diſſentiebat. Alterum ex hiſce olim fuerat *Corbeienſe*, in membranis litteris Saxonicis vel Merovingicis exaratum. E duplici hoc codice edidit Matthaei Evangelium, cum prolegomenis, quae *Blanchinus* operis ſui volumini primo addidit. Idem *Martianaeus* eodem anno edidit: remarques ſur la verſion italique de l'Evangile de ſaint Matthieu, qu'on a decouvert dans des fort anciens manuſcrits. Pariſiis 1695. 12. quibus interpretationis italicae cum illa, qua doctores chriſtiani quatuor priorum ſeculorum uſi ſunt, conſenſum docere voluit u).

Dobrowsky. [II] Fragmentum Pragenſe Evangelii S. Marci vulgo autographi. Edidit lectionesque variantes critice recenſuit Ioſeph Dobrowsky Clericus Eccleſiaſticus. Pragae 1778. 8.

Edidit

r) Acta Eruditorum Lipſienſia A. 1753. p. 1. Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 7. p 283. Acta eruditorum germanica part. 135. p. 155. part. 137. p. 230. *I. D. Michaelis* Einleitung in die Göttlichen Schriften des neuen bundes vol. 1. p. 233. *I. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 98. *I. G. Walchii* biblioth. exeget. p. 54. Gelehrte Zeitungen Lipſ. 1750. p. 849.

s) Gelehrte Zeitungen Lipſiae 1750. p. 187. Acta eruditorum germanica parte 135. p. 158.

t) *Le Long* p. 231. col. 2. D.

u) *Walchii* Biblioth. exeget. p. 54. Acta erudit.

Edidit *Blanchinus* in Evangeliario quadruplici Codicem Forojulienſem, quamvis lacunoſum, cujus ſupplementa Pragae et Venetiis adſervantur, et jam folia XVI. quae Pragam delata ſunt, publici ſiunt juris opera *Ioſephi Dobrowſky*. Aquilejae olim adſervabatur Codex quatuor Evangeliorum, verum ille Codex diſſectus et Marcus a reliquis Evangeliſtis ſeparatus, operculo argento cincto tectus, et ſic ut Evangeliſtae autographum Eccleſiae, quae S. Marco dicata erat, conſecratus eſt. *Carolus* quartus Aquilejae vidit hoc κειμήλιον anno 1354. et ſibi partem aliquam expetiit, quam acceptam Pragam transferri juſſit. Reliqua folia primum Forojulium translata a *Thoma Mocenigo* A. 1420. aere redempta Venetias transportata in Theſaurario S. Marci adhuc adſervantur [x]). Dobrowsky.

* Acta Apoſtolorum graece et latine, e Codice Laudiano, deſcripſit ediditque Tho. Hearnius. Oxonii e Theatro Sheldoniano 1715. 8. Hearnius.

[Jam ſupra editionem hanc graeco latinam recenſuimus. Hoc loco tantummodo, verſionem textui graeco adjectam eſſe antiquam illam Italicam, monemus [y]).

* Epiſtola Canonica S. Iacobi Apoſtoli juxta vulgatam veterem ſeu verſionem Italicam. Studio Ioh. Martianay. Pariſiis apud Ant. Lambin. 1695. 12. [z]). Martianaeus.

[E codice vetuſtiſſimo annorum 800 vel 900 Monaſterii veteris Corbeiae in Francia, et nunc Bibliothecae S. Germani a Pratis, epiſtolam edidit, cujus ſupra mentionem fecimus *Martianaeus*.

§. XVII.

Verſio Hieronymi.

* Biblia ſacra, ſive libri omnes Canonis Hebraei ad Hebraicam veritatem a Sancto Hieronymo ſeniore in Latinum ſermonem converſi; Tobias et Iudith ex Chaldaeo, ſicut patet ex ejus epiſtolis ac praefationibus, quas libris a ſe translatis praeſcripſit. *Novum Teſtamentum* (inquit S. Doctor in fine libri de Script. Eccleſ.) *Graecae fidei reddidi, vetus juxta Hebraicam transtuli.*

Quo tempore et ordine, qua ratione et quorum precibus, has verſiones adornaverit, ad quos tandem illas nuncupaverit, qui voluerit cognoſcere, Ioannis Martianay prolegomena in 1. volumen S. Hieronymi adire legereque poterit.

De ratione, qua in convertendis ſacris Codicibus uſus eſt ſanctus Doctor, duo tantum loca proferemus. I. Ex epiſtola ad Sunniam et Fretelam. „Noluimus ergo immutare quod ab antiquis legebatur, quia idem ſenſus „erat. — Sed et in hoc nulla eſt ſenſus mutatio, et nos antiquam interpre„tationem ſequentes, quod non nocebat, mutare noluimus.„ Quid mirum igitur, ſi ex antiqua Latina verſione nonnihil in hac nova S. Hieronymi remanſerit? II. Ex prooemio in Eccleſiaſten. „Hoc breviter admonens, quod „nullius auctoritatem ſecutus ſum, ſed de Hebraeo transferens, magis me

x) I. C. *Doederleinii* Theolog. Biblioth. vol. 1. p. 83.

y) vid. Part. I. cap. II. ſect. II. §. L.

z) *Le Long* p. 231. col. 2. E.

„LXX. Interpretum conſuetudini coaptavi; in his duntaxat quae non mul-
„tum ab Hebraicis diſcrepabant. Interdum Aquilae quoque Symmachi et
„Theodotionis recordatus ſum: ut nec novitate nimia lectoris ſtudium de-
„terrerem: nec rurſum contra conſcientiam meam, fonte veritatis omiſſo,
„opinionum rivulos conſectarer.„ [a])

§. XVIII.

Editio.

Monach. Benedict.

* S Euſebii Hieronymi Stridonenſ. Presbyteri operum tomus I. ſeu Divina Bibliotheca antehac inedita, complectens translationes latinas V. et N. Teſtamenti, tum ex Hebraeis tum e Graecis fontibus derivatas, innumera quoque ſcholia marginalia antiquiſſimi Hebraei cujusdam ſcriptoris anonymi, Hebraeas voces preſſius exprimentis. Prodit e vetuſtiſſimis MSC. codicibus Gallicanis, Vaticanis &c Studio et labore Monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Pariſiis, apud Ludov. Boulland. MDCXCIII. fol

Edita eſt Divina Bibliotheca ex ſex mſc. exemplaribus quorum IV. totum dividunt vetus Teſtamentum per tres ordines. *Incipit primus ordo legis: incipit ſecundus ordo Prophetarum: incipit tertius ordo Agiographorum* Codices illi ſunt, unus inſignis Eccleſiae Narbonenſis, alter Eccleſiae Carcaſſonenſis, tertius Monaſterii S. Germani a Pratis (*codice y*); quartus Bibliothecae Illuſtriſſ. Domini de Meſmes in Curia Pariſienſi Praeſidis; (non habet ille Codex ſcholia marginalia). — Tria exemplaria jam dicta Memmianum, Carcaſſonenſe, et Sangermanenſe ſcripta ſunt eodem tempore, et ſi expertis credimus, ante octingentos annos. — Aliud exemplar Canonis Hebraicae veritatis ſuppeditavit nobis Bibliotheca Regia, illudque antiquiſſimum et optimae notae 2. vol. in fol. Codd. 3563. 64. — Pſalterium ex Hebraeo Latine verſum a S. Doctore, reſtitutum eſt ad fidem decem praeſtantiſſimorum et antiquiſſimorum MS. exemplarium: nam praeter Canonis exemplaria recenſita, aliis ſex uti licuit, uno Vaticano; altero Auguſtinianorum Burdigalenſium; tertio Monaſterii S. Michaelis in periculo maris; quarto Bibliothecae Sorbonicae; quinto Corbeienſi, et ſexto demum Monaſterii S. Petri Carnutenſis. Haec Io. Martianay. [b]).

Cum Voluminis hujus editor aſſerit divinam hanc Bibliothecam fuiſſe antehac ineditam, nihil ſane aliud vult innnere, qnam quod in ea ſint novus librorum ordo, novae capitulationes ex mſc. codd. collectae, ſcholia denique marginalia, quae nondum in lucem prodierant. Libri namque in hac Bibliotheca contenti, exceptis Pſalmis, nullo modo differunt a Vulgata Latina, proindeque toties editi fuerunt, quoties Vulgata publicata eſt [c]).

[Cui adſerto ſubſcribere haud poſſumus. Eccleſiae Romanae doctores plures in eo eſſe, ut *Hieronymum* hodiernae Vulgatae auctorem conſtituant, conſtat. Sed non omnes in hoc conſentiunt; ipſe certe *Blanchinus*, quem ſupra lauda-

a) *Le Long* p. 231. Col. 2. E. Conf. *Carpzovii* Crit. ſacr. p. 673.
b) In laude MSC. codd. quibus uſus eſt ad calcem prolegomenorum.
c) *Le Long* p. 232. Col. 1. C.

Digitized by Google

laudavimus, Vulgatam ex Verſione Itala et Hieronymiana compoſitam eſſe, haud diffitetur: et a noſtratibus idem multis demonſtratum eſt argumentis. Non itaque fumum vendit *Martianaeus*, dum bibliothecam hancce divinam hactenus ineditam appellat? In tres partes illa diſpeſcitur. Prima exhibet Canonem Hebraicae veritatis, ſeu Libros Canonicos V. T. ex Hebraicis fontibus expreſſos, cum annotationibus marginalibus cujusdam Hebraei, qui tempore Rabani Mauri claruit. Altera pars continet libros quosdam V. T. partim ex Chaldaico partim ex Graeco ſermone translatos; nimirum Librum Tobiae et Iudith e Chaldaico ſermone: et alios e Graecis LXX. Interpretum exemplaribus; nempe librum Iobi cum aſteriſcis et obelis hactenus ineditum; et duplex Pſalterium, Romanum et Gallicum. Reliqui vero Libri ſacri e Graeco LXX. Interpretum latine verſi perierunt. Tertia pars denique exhibet libros omnes Novi Teſtamenti. Ad calcem paginarum paſſim variae lectiones aut notae conſpiciuntur. Sic ad Gen. III. notatum eſt in multis MS. Codd. legi: *ipſa* conteret caput; *Hieronymum* vero ſecundum hebraicam veritatem legiſſe et vertiſſe: *ipſe* conteret. Erudita praemittuntur prolegomena *Martianaeo* auctore. Supplementa ad hanc Bibliothecam divinam promiſit *Blanchinus*, in opere, quod exſpectari juſſit: nimirum variantes lectiones verſionis Hieronymianae; et Veteris Teſtamenti verſionem Latinam ab Hieronymo e Chaldaico ſermone confectam, uti ex ejus *Vindiciis Canonicarum ſcripturarum Vulgatae Latinae editionis*, conſtat. Sed jam triginta et ſex anni elapſi ſunt, ex quo fidem de edendo opere dedit, unde fruſtra illud adhuc exſpectatur, dum promiſſor jam dudum ad ſuperos abiit [d]). Monach. Benedict.

§. XIX.

Pſalterium Latinum.

* Pſalterium Latinum ex Hebraeo, Interprete S. Hieronymo. V. omnes ejusdem fere operum editiones [e]). Hieronymus.

[Plurimum Laborem Hieronymus S. ſcripturae partim de novo vertendae, partim emendandae impendit. Iuvenis adhuc totum vetus Teſtamentum Latinum cum Graecis Hexaplorum Codicibus collatum emendavit, additis, ubicunque aliquid mutaret, notis et aſteriſcis. Quosdam etiam libros et in his Pſalmos e Graeco accurate convertit. Verum iſta verſio dudum periit; quin et Pſalterium poſtea Latinum a Damaſo rogatus, ex Lucianea τῶν ό editione bis correxit: quod ab eo correctum a Romana Eccleſia ſtatim uſurpari coepit, et in Bibliis Vulgatis hodienum extat, uti et Teſtamentum Novum pari modo ab eo ex Graecis fontibus repurgatum. Quin etiam Graecam τῶν LXX. verſionem ex melioris notae exemplaribus correctam atque emendatam, in ſtudioſorum uſum edidit. Aetate provectior in ſeceſſu Bethlehemitico omnes Veteris Teſtamenti libros a Iudaeis pro Canonicis habitos, ex Hebraica veritate in Latinum ſermonem convertit, quibus etiam addidit libros Iudith et Tobiae ex Chaldaea Lingua verſos. Ex hac verſione hodie extant liber Pſalmorum, qui inter opera

C 3 ejus

d) Acta eruditorum Lipſienſia A. 1695. p. 98. *Walchii* Bibliotheca exeget. p. 55. Conf. Critique du livre publié par les Moines Benedictins de la congregation de St. Maur, ſous le titre Bibliotheque divine de St. Ierome. Coloniae 1695. 8.

e) Part. I. cap. III. §. XXVII. n. 1.

Digitized by Google

Hierony-mus. ejus legitur, et Prophetae. Prophetarum enim verſio Hieronymiana in Vulgatis Bibliis levem admodum mutationem paſſa habetur, integra vero ac pura extat inter commentarios ejus in Prophetas. Quod ad coeteros V. Teſtamenti libros ab eo verſos attinet, quicquid ex iis extat, in Vulgatis Bibliis conſervatur, cum antiqua verſione Latina ex Graeco facta, permixtum ac confuſum, adeo, ut quaenam ſint *Hieronymi* quaenam antiquae verſionis, vix ac ne vix dignoſci queat. Denique mihi notare licet *Hieronymum*, ut reliquorum Novi Teſtamenti librorum, ita et Epiſtolarum Canonicarum novam verſionem adornaſſe

Hiſce praemiſſis ſequatur recenſio Pſalteriorum in diverſis operum *Hieronymi* editis obviorum, quorum alia ſunt polyglotta, alia vero Latina, et Vulgatam hodiernam cum verſione *Hieronymi* conjungunt.

[I] * Pſalterium Latine ex verſione S. Hieronymi ſecundum hebraicam veritatem. Baſileae typis Amorbachii 1516-1518. fol.

[II] * Pſalterium Latinum — Hieronymi. Baſileae 1531. fol.

[III] Pſalterium Latinum — Hieronymi Baſileae 1553. fol.

[IV] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Baſileae 1565. fol.

[V] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Lugduni 1530.

[VI] * Pſalterium Latinum — Hieronymi Pariſiis apud Cephallon 1533. f).

[VII] * Pſalterium Latinum — Hieronymi. Pariſiis, Carolae Guillard 1545. fol. g).

Editiones ſequuntur primam ab *Eraſmo Roterodamo* procuratam.

[VIII] Pſalterium Latinum — Hieronymi. in operibus Romae 1565-1576. fol.

Editio a *Mariano Victorio* parata, quam ſequentes repraeſentant.

[IX] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Antwerpiae 1579. fol.

[X] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Coloniae 1618. fol.

[XI] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Pariſiis 1580. fol.

[XII] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Pariſiis 1609. fol.

[XIII] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Pariſiis 1623. fol.

[XIV] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Pariſiis 1643. fol.

[XV] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Francofurti 1684. fol.

In operibus ab *Adamo Tribechovio* editis.

[XVI] Pſalterium Latinum — Hieronymi. Pariſiis 1698-1706. fol.

Ex congregatione S. Mauri, procurante inprimis *Ioh. Martianaeo*.

§. XX.

Pſalteria.

Gryphius. [I] * Pſalterium ſextuplex, Hebraeum cum tribus Latinis videlicet Divi Hieronymi R. P. Sanctis Pagnini et Felicis Pratenſis. Graecum Septuaginta Interpretum cum Latina Vulgata. Seb. Gryphius excudebat. Lugduni 1530. 8. h).

Vide inter Polyglotta.

Knoblochius. [II] * Liber Pſalmorum cum translationibus quatuor et paraphraſibus duabus e regione ſic poſitis, ut verſus verſui pulchre reſpondeat. Interpretes ſunt Autor editionis Vulgatae, D. Hieronymus, Felix Pratenſis. Sebaſt. Mun-

f) Ibid. n. 3. g) Ibid. n. 4. h) Part. I. Cap. III. §. XXVII. n. 5.

Munſterus. Paraphraſtae. Autor Chaldaeus, Ioannes Campenſis. Argentorati ex officina Knoblochiana 1545. 8. [i]).

* Pſalterium Latinum ex duplici verſione, una Vulgata et altera S. Hieronymi ex Hebraeo. Pariſiis 1676. 12. [k]). Pariſiis. [III]

* Liber Pſalmorum additis canticis cum notis Iacobi Benigni Boſſuet Lugduni 1691. 8. Boſſuet. [IV]

Verſio *Hieronymi* una cum Vulgata [l]).

§. XXI.

Reliquae Verſiones Hieronymi.

* Eccleſiaſtes ex Graeco ex Verſione Hieronymi. Vide ejus opera [m]). [I]

* Iſaias Propheta, hebraice, graece et latine. Addita eſt autem duplex latina interpretatio Hieronymi et Munſteri. Baſileae per Henrichum Petrum ſ. a. 4. Baſil. [II]

Vide inter polyglotta [n]).

* Threni Hieremiae hebraice graece et latine, ex duplici verſione S. Hieronymi et Sebaſt. Munſteri. Baſileae 1552. 8. [o]). [III]

§. XXII.

Editiones Hieronymo adſcriptae.

Plures hic ſub *Hieronymo* recenſere poſſemus editiones, ſi omnes in hunc ipſum, quae *Hieronymi* oſtendunt nomen, inducere vellemus. Nihil olim editoribus communius erat, quam Viri hujus nomen praemittere, cum Biblia Vulgata e typographiis emitterent; atque hoc modo hodierna Vulgata ſub nomine S. Patris venalis exponebatur. Quin et ipſius *Zuinglii* verſio Pſalterii variis in locis ſub nomine Hieronymi expreſſa. Spuriae ſunt itaque editiones, quae hic ſolummodo indicandae ſunt.

Biblia juxta divi Hieronymi Stridonenſis translationem. Coloniae 1530. fol.

Ioſua ex verſione Hieronymi. Maſii Antwerpiae 1574. fol.

Variae editiones Pſalterii a Zuinglio latine verſi.

Novum Teſtamentum ex verſione Hieronymi. Coloniae 1526. 16.

Novum Teſtamentum. Coloniae. Noveſiani 1529.

§. XXIII.

Vulgata antiqua.

Recenſitis hactenus antiquis Verſionis Latinae editionibus, addimus Verſionem Latinam, quae quidem Vulgata dicitur, interim e Codice MSto nunc primum evulgatur. Curante Cl *Chriſtiano Friderico Matthaei* promulgatae ſunt nonnullae partes Novi Teſtamenti Graeci e Codice Moſquenſi, graece et latine, adjecta nimirum verſione Vulgata e Codice Demidovienſi, qui Vulgatam quidem verſionem, ſed ex alia recenſione ab impreſſis Bibliis Latinis diverſa continet. Matthaei.

. S. Lu-

i) V. Cap. II. ſect. II §. IIV.
k) Cap. II. S. I. §. LCXXXV. n. 17.
l) Ibid. n. 18.
m) *Le Long* p. 310. col. 1. D.
n) Part. I. Cap. III. §. XX.
o) Ibid. §. XVIII. n. 1.

Digitized by Google

[I] S. Lucae Actus Apoſtolorum graece et latine. Textum ad codd. Moſqq primum a ſe examinatos recenſuit varias lectiones animadverſiones criticas et inedita ſcholia graeca adjecit, verſionem latinam Vulgatam codici diligentiſſime ſcripto conformavit et edidit Chriſtianus Frid. Matthaei. Rigae apud Hartknochium 1782. 8.

[II] D. Pauli Epiſtolae ad Romanos, Titum et Philemonem, graece et latine, varias lectiones ex codd MSS. Moſqq. nunquam antea examinatis, ſcholia graeca maximam partem inedita, et animadverſiones criticas adjecit Chriſt. Frid Matthaei. Rigae apud Hartknochium 1782. 8.

[III] SS. Apoſtolorum ſeptem Epiſtolae Catholicae, ad codd. MSS. Moſqq primum a ſe examinatas recenſuit varias lectiones animadverſiones criticas et inedita ſcholia graeca adjecit, verſionem Latinam Vulgatam codici diligentiſſime ſcripto conformavit edidit Chriſtian. Frid. Matthaei. Rigae apud Hartknochium 1782. 8.

§. XXIV.

Verſiones antiquae variae.

Semlerus. [I] Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Romanos ex latina translatione ante vulgatam. (Halae 1769.) 8.

Edidit Cl. *I. S. Semlerus* paraphraſin in Epiſtolam ad Romanos, eique verſionem antiquam e MSto Sangermanenſi et Regio ſeu Claromontano ſubjunxit.

[II] Epiſtola beati Pauli ad Corinthios prima. (Halae 1770.) 8.

E Codice Claromontano ad calcem Paraphraſeos a Cl. *Semlero* editae.

[III] Epiſtola beati Pauli ad Corinthios ſecunda (Halae 1776.) 8.

E codice Claromontano edente Cl. *Semlero* ad calcem paraphraſeos hujus Epiſtolae.

[IV] Translatio Latina Epiſtolae Pauli ad Galatas (Halae 1779.) 8.

E codice Claromontano et Sangermanenſi apud Cl. *Semleri* paraphraſin Epiſtolae Paulinae ad Galatas.

[V] Collatio Latinae translationis Epiſtolae Iacobi. (Halae 1781.) 8.

Ex corpore *Martianaei*, ſeu Bibliotheca *Hieronymi*. Contulit verſionem cum codice *Corbejenſi* Cl. *Semlerus* ad calcem paraphraſeos Epiſtolae *Iacobi*.

§. XXV.

Fragmenta.

Knittel. Fragmenta Epiſtolae ad Romanos Latine et Gothice edente Franc. Anton. Knittel. Brunovici 1762 4.

Edidit Cl. *Knittel* e codice reſcripto Bibliothecae Guelpherbitanae fragmenta verſionis Gothicae, ab *Ulfila* olim editae, nimirum. Rom. XI, 33-36. XII, 1-5. 17-21. XIII, 1-5. XIV, 9-20. XV, 3-13. quibus verſio latina antiqua a Vulgata diverſa acceſſit [p]).

p) *I. A. Erneſti* Theolog. Biblioth. vol. 3. p. 291.

CAPVT

CAPVT II.

DE
VERSIONE VVLGATA.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

DE

VERSIONE VVLGATA.

§. I.

Auctor Vulgatae.

Inter verſiones antiquiſſimas latinas, et illas, quae recentioris ſunt aevi, medium Verſio Vulgata occupat locum Multa ſunt, quae inprimis inter Eccleſiam Romanam et Eccleſias proteſtantes diſputata ſunt, quae tum ejus originem, tum ejus auctoritatem et dignitatem tum denique ejus uſum concernunt. Non defuerunt Eccleſiae Romanae viri, et quidem magni nominis, qui integram, quam nunc habemus, Vulgatam S. *Hieronymo* tribuerunt, quod fortaſſe ideo factum eſt, ut verſioni eo majorem conciliarent auctoritatem. Unde et editores Bibliorum Latinorum, ipſius *Hieronymi* nomen in fronte Voluminis interdum expreſſerunt, perinde ac ſi, eum Verſionis eſſe auctorem, quam certiſſime conſtaret. Noſtrates vero Theologi graviſſima huic oppoſuerunt argumenta; et qui in Eccleſia Romana ſingula accurate conſiderarunt, ipſam Vulgatam S. *Hieronymo* adſcribere haud auſi ſunt.

§. II.

Origo Verſionis.

* Biblia Latina Vulgata, quibus nunc paſſim utitur Eccleſia Latina a temporibus *Gregorii* Magni, et a Concilio Tridentino pro authentica declarata, ex Hebraeo Graecoque contextu concinnata, ſcilicet omnes Hebraei Canonis Libri, praeter Pſalterium; item Liber Tobiae et Iudith ex Chaldaeo juxta verſionem S. *Hieronymi;* Pſalterium vero. Sapientia, Eccleſiaſticus, additamenta Ieremiae, Libri Eſther et Libri Danielis, et duo Libri Maccabaeorum, ex Graeco ab antiquo interprete ante D. *Hieronymum*, eoque incognito. Novum Teſtamentum ex Graeco juxta emendatam a S. Doctore verſionem illam, quae ante ipſum vulgata erat. V. omnes Bibliorum Latinorum Vulgatae editiones a).

[Communis haec eſt Eccleſiae Romanae Doctorum ſententia, qui Vulgatam maxima ex parte *Hieronymo* adſcribunt. Sed quam difficile ſit aſſerto fidem facere, ex iis, quae *Kortholtus* et *Carpzovius* oppoſuerunt dijudicari poterit. Vulgatam ab illa, quam confecit *Hieronymus*, plane eſſe diverſam, nihilque habere, quod *Hieronymi* ſit, nunquam probari poterit. Prophetarum verſio latina in Vulgata adeo conſentit cum illa *Hieronymi*, ut per

D 2

a) *Le Long* p. 231. col. 2. C.

per integra capita fere omnia ſibi reſpondeant verba, quo manifeſte, illam ex *Hieronymi* operibus eſſe derivatam, confirmatur. Sed quod de Prophetis valet, non de aliis libris ſacris dicendum eſt: reperiuntur varia indicia, quae antiquiorem *Italam* repraeſentant, et alia deprehenduntur, quae ex alia incerti auctoris verſione deducta ſunt; quorum nonnulla ipſe *Hieronymus* corrigit aut carpit, aut emendat. Opus itaque Vulgatae Verſionis eſt opus plurium auctorum, et ex Verſionibus Itala, Hieronymiana, aliisque compoſitum [b]).

§. III.

Aetas et auctoritas.

Natales totius operis Vulgatae hodiernae ad tempora *Gregorii Magni* communiter referuntur. Quis vero opus integrum variis ex verſionibus compoſuerit, cujusve auctoritate id factum ſit, et antiquiores ignorarunt Eccleſiaſtici ſcriptores, et in poſterum id quoque ignorabunt recentiores. Cum tempore vero et cum ſucceſſu annorum, ubivis recepta fuit, et quam ſemel nacta eſt, auctoritatem ſemper conſervavit. Injuria temporum, variisque caſibus, librariorum ignorantia et oſcitantia multa irrepſere, quae per Correctoria Biblica emendare voluerunt antiquiores critici. Ad antiquos codices revocata et emendata denique, maximam dignitatem et auctoritatem nacta eſt in concilio Tridentino Seſſione IV. canone 2. „Inſuper eadem ſacro„ſancta Synodus conſiderans, non parum utilitatis accedere poſſe Eccleſiae „Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus, quae circumferuntur, ſacrorum li„brorum, quaenam pro authentica habenda ſit, innoteſcat: ſtatuit et decla„rat, ut haec ipſa Vetus et Vulgata editio, quae longo tot ſeculorum uſu „in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, Diſputationibus, prae„dicationibus et expoſitionibus pro authentica habeatur, et ut nemo illam re„jicere quovis praetextu audeat vel praeſumat.„ Multa in Synodo Tridentina, antequam ipſum conderetur decretum, a viris doctis ibidem congregatis diſputata ſunt, quorum alia *Pallavicini* [c]) alia *Raynaldus* [d]) plura vero *Sarpius* [e]) et poſt eum *Saligius* [f]) memoriae conſecrarunt. Non deerant viri docti trium linguarum periti, qui ad ipſos ſacrarum ſcripturarum fontes redeundum et ſingula ex hebraeo vel graeco contextu exponenda, omnes vero verſiones rejiciendas eſſe proponebunt. Fuit in his *Aloyſius Catanaeus*, qui in primis ad exemplum Cardinalis *Cajetani* provocavit, qui per plures annos ſacras litteras hebraicas et graecas quam feliciſſime expoſuerit, et dum ipſe

b) Conſ. *Kortholtus* de variis ſcripturae S. editionibus cap. 8. ſeq. *Joh. Gerhardus* in exegeſi de ſcriptura S. p. 562. *Hottingerus* in Theſaur. philolog. lib. 1. cap. 3. p. 377. *Joh. Leusdenus* in philolog. hebr. mixt. Diſſ. 1. p. 1. ſeq. *Joh. Gottl. Carpzovius* in critica ſacra part. 2. cap. 6. p. 611 *J. D. Michaelis* Einleitung in die göttl. Schriften des neuen Bundes vol. 1. p. 228. *Brian. Waltonus* in prolegom. X. *Rich. Simon* hiſt. crit. V. T. lib 2 cap. 11.

c) Hiſtoria Concilii Trident. lib. 6. c. 15. p. 214.

d) Continuat. annal. Baronii ad an. 1546.

e) Hiſtoria Conc Trident. lib. 2. p. 135.

f) Hiſtoria Auguſt. Confeſſ. part. 4. de Conc. Trident. p. 398.

ipſe neque hebraica neque graeca intellexiſſet, ſibi ſingula verba a viris peritis exponi curaverit. Ut itaque Concilium novam et accuratam ſacri codicis verſionem formari curaret, eamque ſecundum textum originalem accurate examinatam, revocatam et emendatam, ut authenticam ederet, ſummo ſtudio ſvaſit. Verum quae ipſe propoſuerat, ſeſe minus aliis, inprimis iis, qui neque Hebraicas neque Graecas didicerant litteras, probarunt. Horum ex ſententia Verſio illa Vulgata ab eccleſia plures jam ante annos erat recepta ut authentica; quae ſi jam rejiceretur, Lutherani victoriam cantaturi eſſent, atque perplures exinde progerminaturae eſſent haereſes. Doctrinae perplures theologiae ſcholaſticae fundamentum non aliud, niſi in ipſa verſione latina haberent, cujus in locum ſi vel textus authenticus vel nova verſio ſubſtitueretur, ipſa Eccleſiae Romanae dogmata ab haereticis rejicerentur, quia ex ſacris litteris authenticis haud probari poſſint. „Communis erat ſententia, Vulgatam editionem cunctis reliquis eſſe anteferendam. Sed in hoc poſtulabat „*Pacecus*, ceteras repudiandas, praeſertim eas, quae ab haereticis eſſent „confectae, quod etiam poſtea ad Septuaginta interpretum verſionem ampliavit. Contra *Bertanus* diſputabat: Verſionum varietatem ſemper apud „fideles, ſanctis Patribus comprobantibus, uſitatam. Quisnam auſurus prohibere Septuaginta Interpretum translationem, qua utimur in Pſalmis, quos „decantat Eccleſia? — Verſionem unicam uti legitimam agnoſcendam quidem eſſe, reliquas neque comprobandas, neque improbandas. Satis hoc „eſſe ad obſtruenda haereticorum ora, blaterantium, doctrinam Catholicorum legitimam eſſe non poſſe, cum libri, quibus ceu fundamentis innitebantur, adulterinis verſionibus conflarentur. Per eam occaſionem dubitatum „eſt, an certum exemplar ſacrarum Literarum, non modo Latinum, ſed et Hebraicum et Graecum conſtituendum, prout quibusdam placebat; quod *Madruccius* ad reliqua pariter idiomata deducendum putabat. Potior tamen „pars cenſuit, ſatis eſſe id peragi in Latina verſione, cujus ſermo in regionibus, ubi Chriſtiana religio effloreſcit, et quibus per eas Sanctiones conſulebatur, a cunctis percipitur, non idiotis, et ad ſacras Literas interpretandas „non ineptis; adeoque poſſe tanquam certam regulam adhiberi, ad diſcernenda in ceteris linguis ſincera exemplaria a depravatis. Supererat proſpiciendum, quo pacto Vulgata editio mendis, quae ſcriptorum vitio irrepſerunt in pleroſque codices, purgaretur. Sed habita ratio eſt, ne anſa „praeberetur haereticis cavillandi, perinde quaſi dum reciperetur ſimul Vulgata, ſimul etiam declararentur ipſius exemplaria tanquam corrupta, liber „idem comprobaretur eadem opera ſimulque improbaretur. Quare Decretum ita conformandum putarunt: *Curandum eſſe ut in poſterum Vulgata „editio quam emendatiſſime imprimatur.* „ Haec *Pallavicini.*

Nonnulla huc facientia ex Actis Concilii Tridentini MSS. ſuppeditat *Raynaldus:* Cardinalis *Giennenſis*, multa habeo, inquit, quae me dubitare „faciunt, in primis mihi parum proviſum videtur circa multiplices translationes Bibliorum, niſi poſt horum Vulgatorum approbationem rejiciantur „omnes aliae editiones, itemque Haereticorum omnes translationes damnen-

 „tur.

„tur. Cui Epiſcopus *Fanenſis* unus ex deputatis: Si placet, inquit, ego fa-
„cile has dubitationes reſolvam: nam advertendum eſt quod nos non dici-
„mus pro abuſu diverſas et varias eſſe Bibliorum translationes, quoniam et
„hoc ſemper antiquis temporibus toleratum fuit, et hodie tolerari debet:
„ſed dicimus abuſum eſſe, plures hujusmodi translationes ut authenticas af-
„ferri, quibus in diſputationibus, interpretationibus et praedicationibus
„utuntur: nam unam ſolam authenticam eſſe volumus Vulgatam editionem,
„tum quia antiqua eſt et ſemper in manibus Chriſtianorum habita, tum etiam
„ne adverſariis ipſis detur anſa dicendi, nos hactenus libros non probos ha-
„buiſſe, ſi enim, inquiunt, libros bonos non habuerunt, quomodo bona dog-
„mata et bonas ceremonias habere potuerunt? alias autem non rejicimus,
„quoniam noluimus Chriſtianam libertatem reſtringere, imo ne Haeretico-
„rum quidem translationes rejicere voluimus, idque exemplo Veterum,
„nam conſtat Aquilam, Symmachum, Theodotionem, Haereticos quidem
„fuiſſe, et nihilominus ab illa antiqua Eccleſia non fuerunt rejectae illorum
„translationes. Accedit ad haec, quod nondum illi, qui translationes fecerunt,
„fuerunt hactenus palam ut Haeretici publicati. Tunc Cardinalis *Giennenſis:*
„Eſt et aliud, quod me torquet, nam vultis Vulgatam editionem recipere,
„et dicitis illam mendoſam eſſe: hoc mihi implicat contrarietatem. Cui *Fa-*
„*nenſis* Epiſcopus: Non dicimus, inquit, Vulgatam editionem corruptam eſ-
„ſe, nam illam integram et incorruptam habemus; ſed dicimus, aliquos ex
„libris, qui circumferuntur, mendoſos eſſe, quod minus inconvenit, neque
„decreto noſtro contrariatur: emendationem autem in ſanctiſſimum D N.
„ideo rejecimus, quod cum ad ipſam faciendam tria requirantur praecipue,
„ſcilicet codicum antiquorum copia, multa hominum doctorum peritia, de-
„nique vero maxima pecuniarum quantitas, habemus nos duntaxat ex his
„tribus unum, ſcilicet peritorum copiam, exemplaria autem pecuniasque
„non habemus, quae tamen omnia Optimo Maximo Pontifici facile ad-
„ſunt. — Nonnullis interjectis ſubjecit *Giennenſis*: Plura ſunt, quae in hac
„abuſuum collectione me offendunt, et in primis mihi videtur, quod recipe-
„re hanc Vulgatam editionem pro authentica, et non rejicere alias, ſit nihil
„agere: propterea deſidero, ut omnes aliae editiones et translationes etiam
„illae Septuaginta interpretum rejiciantur, et ejiciantur illae, quae ab Haere-
„ticis translatae fuerunt, ſed ante omnia deſidero, ne recipiantur Biblia, niſi
„optime prius expolita, et ad normam veterum exemplarium emendata:
„quorum emendationem hic magis per deputatos ab hac ſancta Synodo, quam
„Romae fieri cupio. Cardinalis *de Monte* dixit: Quaeritur tantum, an Bi-
„blia, id eſt Vulgata editio, quam emendatiſſima haberi, et probari debeat
„pro canonica?„ Canonica itaque ſeu authentica dicitur a Romanis verſio
Vulgata, ſed in quo authentia verſionis conſiſtat, anceps eſt in ipſa Eccleſia
Romana diſceptatio. Ipſum Synodi Tridentinae Decretum ambiguae eſt
interpretationis. Si initium conſideratur, authentia in eo, hanc verſionem
omnibus aliis eſſe praeferendam, et publico Eccleſiarum uſui conſecrandam,
poſita videtur. Si vero ultima Decreti comparantur verba, tantam habet
aucto-

uctoritatem, ut nemo illam rejicere audeat. Ex quo, ſi inter verſionem et extum Hebraeum vel Graecum diſſenſus obveniat, verſionem textui origiali praeferendam eſſe, ſponte ſequitur Conſentiunt cum hac interpretaone ſtrenui atque vehementiores Eccleſiae Romanae defenſores, quorum faile antesignanus eſt *Robertus Bellarminus*, qui tamen in interpretando Syndi Decreto vacillare videtur. Quamvis enim ſummam Verſionis Vulgatae uctoritatem ſtabilire contendat, de ipſo Decreto tamen adferit: „Nec enim Patres fontium ullam mentionem fecerunt, ſed ſolum ex tot Latinis verſionibus, quae nunc circumferuntur, unam delegerunt, quam ceteris anteponerent, et quod Eccleſiae gravitatem et conſtantiam decebat, antiquam novis, probatam longo uſu recentibus adhuc, ac ut ſic loquar, crudis, denique unam multis inter ſe diffidentibus et pugnantibus [g]„ Accedit comunis Doctorum Eccleſiae Romanae praxis, quippe qui non aliud fidei vitaeue admittunt fundamentum, quam verſionem illam latinam, etiamſi prudenores et linguarum ſanctarum peritiores, quod ipſa ſcateat erroribus verſio, on ignorent; et denique, quod in Eccleſia nulla ex fontibus ſacris verſio ova admittatur, nec alia verſio germanica legentibus permittatur, quam uae ex verſione latina confecta ſit. Quae omnia, verſionem Latinam in ccleſia Romana ſummam habere auctoritatem, eamque textui hebraeo et raeco praeferendam judicari, ſatis evincunt. Verum ſunt et in Eccleſia omana viri docti, inprimis illi, quibus ad fontes ipſos patet aditus, ut *Rich. Simon* [h]) et inter recentiores Cl *F. C. Alterus* [i]) qui per authentiam Vulgae Verſionis, nihil aliud intelligi volunt, quam declarationem publicam, ua verſio uſui publico in Eccleſia et ſcholis dicatur; et verſionem ipſam ulta indigere emendatione, textuique Hebraeo et Graeco inferiorem eſſe ontendunt [k]). Mitiorem hanc dum eligunt Romani ſententiam, illae gravioes, quae inter eos et Proteſtantes olim fuerunt lites maxima ex parte ſeantur [l]). Ipſa vero Vulgata ſe et Proteſtantibus commendat, tum quia muls in locis textum ſacrum ſatis perſpicue exprimit, tum quia, qui de Varianbus Codicis ſacri lectionibus colligendis ſunt ſolliciti, plures ex hac verſione onjectura elici poſſe ſibi perſuadent.

§. IV.

Cenſurae.

* De verſione Vulgata ſcribit *Franc. Lucas Brugenſis* [m]). „Videtur id ipſum hoc loco accidiſſe, quod proxime praecedenti obſervavimus, imirum Latinam Hieronymi et Graecam Septuaginta duorum interpretaiones, in libris latinis imperita temeritate conjunctas.

Ea

g) de Verbo Dei. lib. 2. cap. 16. p. 145.
h) Hiſt. crit. du V. T. lib. 2. c. II. p. 248.
i) Bibliographiſche Nachrichten p. 85.
k) Conf. *Carpzovii* critica ſ. p. 702.
l) Conf. *Kortholtus* de variis ſcript. edit. cap. 10.
m) Notis in 2 lib. Regum cap. 4. n. 5.

Ea noſtra ſententia eſt, *(ait Ioannes Mariana)* n) plurimos libros noſtrae editionis ex Hieronymi interpretatione eſſe, paucos quosdam ex alterius, quae olim apud Latinos editio Vulgata vocabatur, neutros olim omni ex parte ſinceros, ſed quibusdam locis aut verbis ex diverſa editione commutatis

Explicanda reſtat, *(inquit Joh. Millius)* o) indoles ut ita dicam, et conſtitutio verſionis Italicae N. T. Ea vero, quod ex ſtylo colligimus, non unius erat interpretis, ſed variorum, qui in id unum incumbebant, ut ſermone ſimplici et plano qualis Eccleſiis Occidentis jam in uſu erat, textus Graecus caſte et fideliter exprimeretur. Interpres *Matthaei* fidus inprimis erat, et quidem ſuperſtitioſe accuratus Apices Graeci textus ſcrupuloſe inſectatus eſt nec contentus verbum verbo reddidiſſe, quoad linguae utriusque ratio ferret, Graecorum haud raro caſus, genera, tempora, numeros, regimen, in ſua tranſtulit Latina, reclamantibus regulis Grammaticae *(quorum exempla ab ipſo adducuntur)*.

Interpretem *Marci* p) a Matthaei illo diverſum fuiſſe, ex eo apparet, quod aliis omnino in eadem re exprimenda utatur vocabulis. — Graeca ſua haud male fere hic interpretatus eſt. Nonnunquam preſſius ad literam. — Obſoletum etiam apud eum nihil. — In Evangelio *Lucae* Interpres, (qui et ipſe alius fuiſſe videtur ab utroque priori) Graeca ſua religioſe κατὰ πόδας ubique fere inſequutus eſt Hinc verba verbis relata, etiam ubi minime opus erat. — Sed et ex eadem ἀκρίβεια factum, ut cum in exprimendis apicibus quibuſque textus ſui nimirum quantum verſatur interpres, ad proprietatem regulasque ipſas ſermonis Latini haud ſatis attendat. — Evangelii *Joannis* verſionem quod attinet, et ipſa quidem auctoris fuiſſe videtur a caeteris tribus diverſi: id enim ex diverſa vocum earumdem interpretatione colligo. — Ut Latina ſua verbis Evangeliſtae velut ad amuſſim reſponderent, id unum ei curae erat: nil penſi de elegantia vel etiam Latinitate verſionis. Hinc ſingularis, ut dixi ἀκρίβεια.

Actorum Apoſtolorum idem translator, qui Evangelii *Lucae;* id enim ex vocum quorumdam utrique libro iſti communium interpretatione colligimus. Verſio hujus libri ſatis fere accurata. — Certe Vetus Italica tam religioſe fere Graeca ſequitur, ut raro ab ea recte et cum judicio receſſum arbitrer. Ego ne quidem minus Latina, quae in ea occurrunt, lubens mutarim; multo minus barbara, quae vocant et obſoleta. —

In Latinis Epiſtolae ad *Romanos*, nihil non fere ad Graeca accurate expreſſum eſt. Interpreti res erat cum Codice (quales reliqui iſtius aetatis) ἀδιαςίκτῳ, nullisque accentuum et ſpirituum notis affecto: unde offuſae ipſi tenebrae uno et altero loco. Epiſtolae ad *Corinthios* prioris verſionem quod attinet, diſtinguenda primum inolita quaedam vitia, quae textum ejus occuparunt, a Latinis, ipſius interpretis — Ad Epiſtolae poſterioris *Corinthiis* inſcriptae Latina quod ſpectat, et ipſa ad originarium textum accuratae compoſita

n) Sub finem capitis 18. tract. pro vulgata editione.

o) Prolegom. in N. T. p. 50-58.

p) Ibid. p. 142.

Digitized by Google

poſita erant. . Id unum dolendum, in iis deſcribendis nimium quantum ſibi permiſiſſe Librarios. — In verſione Epiſtolae ad *Galatas* omnia recte ſe habent; etiam pleraque omnia, quae cenſoria virgula notavit in Commentariis ſuis Hieronymus. Ad Epiſtolae *Epheſiis* inſcriptae verſionem accedimus. De hac autem ut rectius judicetur, notanda primum loca quaedam interpolata, quae pro Latinis ipſius interpretis habuit Hieronymus. — In Epiſtola ad *Philippenſes* verſio eſt ubique accurata. Neque enim quae jam in Vulgata a Graecis abeunt, Interpretis noſtri ſunt, ſed aut Scribarum aut Scholiaſtarum.

Epiſtola ad *Colloſſenſes*, quae prae caeteris hic illic obſcura eſt, et interpretatu paulo difficilior, translatorem neſcio quem nacta eſt indiligentem et minus eruditum.* Graecis uſus eſt interpres ſpirituum, accentuum, diſtinctionum expertibus. — — In Epiſtola ad *Theſſalonicenſes* priori verſio in plerisque accurata, ſed et in uno et altero loco laxior, et ad ſenſum magis expreſſa, quam ad verba ipſa Apoſtoli. — Prioris ad *Timotheum* Epiſtolae Latina quod attinet, ſecernenda primum, quae in iis interpolata ſunt, a germanis ipſius interpretis. — In reliquis quae haud dubie genuina, cum Interpres recte fere incedat, tum certe in paucis quibusdam recedit a fonte ſuo, absque omni plane cauſa, remotioribus neſcio quibus explicationibus delectatus, cum ad manum eſſent vocabula, quae textum graecum accurate exprimerent. In Epiſtola poſteriori ad *Timotheum*, nihil in verſione haud ſatis ſanum. In Epiſtola ad *Titum* contentus erat interpres ſubinde transferre ad ſenſum, cum ad manum eſſet propria locoque ſumme congrua verbi ſignificatio. — Ut de Epiſtolae ad *Hebraeos*, poſt ὁμολογούμενα ſcripta N. T. in Canonem receptae, adeoque diverſum quendam ab iſtis interpretem nactae, verſione Latina rite judicetur, ante omnia ſecernendae inolitae quaedam interpolationes in hanc invectae, a genuino contextu interpretis. — In reliquis quae ſunt interpretis genuina, prodit auctor iſte, (quod reliqui) hic illic Latini Sermonis negligentiam. — In Epiſtola *Iacobi* diſtinguendae primo, quae jam olim in verſionis veteris textum aliunde irrepſere lectiones, ab ipſius Interpretis genuinis. — In Epiſtola priori *Petri* diſtinguenda interpolata loca a germano textu ipſius translatoris. — In Epiſtola poſteriori *Petri* Latina, quippe ad Exemplar interpolatum expreſſa, variis in locis abeunt a textu ipſius Apoſtoli, ſed neque in reliquis quidem ſatis accurata ſunt. — In Epiſtola prima *Johannis*, quae a Graecis abeunt, pro Vulgatae interpolatis habeo. — In Epiſtola *Iudae* Latinis omnia, quantum video, proba, praeterquam verſiculorum 22. 23. quae jam olim mutata fuerunt, a primigenia lectione, ad Exemplaria Graeca poſteriorum temporum.

Et quidem cum reliquae partes N. T. Deutero-Canonicae, diverſis, uti videtur, temporibus emerſerint; et ab Eccleſiis aliae citius, aliae ſerius fuerint admiſſae, veriſimile eſt, ſingulos diſtinctos nactos eſſe Interpretes. — In *Apocalypſi* Verſio, quantum ex collatis invicem Veterum citationibus colligere licet, admodum accurata erat, ipſisque Textus Graeci veſtigiis ubique fere κατὰ πόδας inſiſtebat, niſi cum ſeries narrationis exigeret, ut mutaren-

tur verborum tempora. — Atque hactenus de Translatione N. T. qualem eam noſtro quidem judicio edidere primi Interpretes. *Haec Joh. Millius.*

Veterem Novi Teſtamenti Italicam, ſeu ad exemplaria primaeva compoſitam ſumma veneratione proſequimur, (inquit idem *Millius*) q) ejusque vel ſemeſa Fragmenta quaelibet auro contra nos cara ducimus. Neque vero de ejusdem jam, quod macularum haud parum contraxerit, editione Hieronymiana derogatum quidquam volumus. Optandum equidem foret, ut Hieronymus, ex collatione praeſtantiſſimorum, quae aetate iſta comparari poterant, Codicum Latinorum, reſtituere ſtuduiſſet Italicam originariae ſuae puritati. Cum autem ex Graecis ſuis eam caſtigare ipſi viſum ſit, ex animo certe gaudemus, quod in hac re parum ſibi permiſerit ac pauca duntaxat immutarit. Hoc ſiquidem pacto manet haud exigua pars Italicae, textusque adeo primaevi originarii veſtigia paſſim haud obſcura videre eſt, quae ex moroſiori ejus ad Codices Graecos, qui tum ferebantur, conformatione pleraque prorſus periiſſent. Haec noſtra eſt de Vulgata Verſione ſententia; quam certe tantum abeſt ut ad Graecum excuſum quemcunque reformatam velim, ut contra optime cum ea actum exiſtimem, ſi MSS. exemplarium diligenter collatorum ope talis apud poſteros prodeat, qualem eam edidit Hieronymus.

[Singula quae Auctor noſter ex *Millii* eruditis deſumſit in Novum Teſtamentum Prolegomenis, non ab ipſo ſimpliciter dicta, ſed permultis ex ipſa verſione deſumptis exemplis accurate probata ſunt, quae qui conſulere, aſſertaque ſub examen vocare velit, ipſa adeat prolegomena.

§. V.

Uſus Verſionis Vulgatae.

Non immoramur jam diſputationibus de uſu Verſionis Vulgatae vel Exegetico, vel Theologico vel Polemico, quae inter Eruditos fuere frequentiſſimae. In Eccleſia Romana maxime valet Verſio, nec licet ſacra oracula aliter interpretari, nec fundamenta dogmatum ex ipſis fontibus derivare, nec aliam condere verſionem in lingua vulgari, quam quae cum Latina accurate conſentiat. Inter Proteſtantes vero, aeſtimatur quidem Verſio ob antiquitatem, et multis in locis obviam perſpicuitatem, ſed et aberrationes ejus ab authentico textu, acceſſiones ſpuriae, quae ab Ebraeo et Graeco Novi Teſtamenti abſunt, et omiſſiones eorum, quae codex authenticus offert, ingenue deteguntur, et reprehenduntur. Recentioribus temporibus vero, ex auctoritate Verſionis Vulgatae Sacrum textum, ut credunt, depravatum et corruptum reſtituere coeptum eſt. Graviſſime Textum authenticum accuſavit *Joſephus Blanchinus*, opere, cujus prodromum ſupra r) laudavimus, quod Vindicias Canonicarum ſcripturarum inſcripſit s) eumque corruptum eſſe

q) *Le Long* p. 232. col. 2. D - 234. col. 1. E.

r) Cap. I. §. X.

s) Opus ipſum Romae 1749. Fol. prodiiſſe ſcribit *F. C. Alterus* in Bibliographiſche Nachrichten. Viennae Auſtr. 1779. 8. p. 101.

eſſe exinde probare allaborat, quod Verſio antiqua Itala, edita Origeniana in Hexaplis, et verſio Hieronymiana, longe ſit purior, quam Textus Hebraicus et Graecus ſacri codicis. Quia vero Vulgata hodierna cum hisce antiquioribus verſionibus accurate, uti aſſerit, conſentiat, ipſum Vulgatum Textum ſacrum corruptionis et depravationis reum facere concludit. Nec inter noſtrates deſunt, qui ex verſione Latina Vulgata ſacrum Textum vel Veteris vel Novi Teſtamenti emendare ſtuduerunt, quorſum inprimis, Novum Teſtamentum quod attinet, controverſia illa inter Cl. Cl. V. V. *Semlerum et Goezium* de Novo Teſtamento Complutenſi pertinet [t]). Damus viris doctis, qui de variis lectionibus producendis tam anxie laborant, Vulgatum interpretem multis in locis aliter textum ſacrum legiſſe; et probationem, tunc temporis interpretem recte legiſſe, et aliter olim in Codice Hebraeo vel Graeco ſcriptum fuiſſe, exſpectamus. Cum ſatis incertae ſint Verſionis Vulgatae natales, ignotus ſingulorum librorum auctor, ipſaque Verſio ex variorum auctorum lucubrationibus conſarcinata, dum Interpretem contra Textum authenticum producunt, ad teſtem ſine die et conſule provocare videntur.

§. VI.

Verſiones ſuſpectae.

* Biblia ex LXX. Interpretibus latina facta et translata juſſu Ptolemaei Philadelphi.

Theodoretus in Diſſert. mſc. in Prophetas a Philippaeo in praefatione Comment. ſuper Oſeam pag. 21. laudata ita ſcribit: *καὶ πᾶσαν γραφὴν ἑλληνικήν τε καὶ Ῥωμαϊκὴν ἔτι τε δὴ Αἰγυπτίαν ἐξακέσαι παρεσκεύασεν: Et omnem ille ſcripturam graecam et latinam ut faceret amplius et Aegyptiacam, dedit ſedulo operam.* Licet Theodoreti auctoritatem elevare difficile ſit, quis tamen haec nullo nixum teſtimonio referentem, admiſerit [u])?

* Bibliorum latina translatio, qua ſeculo IX. utebatur Eccleſia Lugdunenſis, multum a Vulgata noſtra diſcrepans.

Iuxta Andream Duvallium, qui de ea ſic loquitur in notis ad librum Eccleſiae Lugdunenſis adverſus Ioannem Scotum [x]): „Quod ad ſcripturae „verſionem, qua Eccleſia Lugdunenſis utitur, incertum eſt, cujusnam ſit; „certum tamen eſt, multum a Vulgata diſcrepare, cum nullum proferat te„ſtimonium, quod ab ea non diſcrepet; forte propriam ſibi verſionem fabri„caverat illa Eccleſia, utpote viris apprime doctis refertiſſima; quia juxta „Auguſtinum lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. II. Graeci traductores nu„merari poſſunt, Latini vero minime.„

Mirari ſatis non poſſum, quod tam aſſeveranter Duvallius ſcripſerit, peculiarem fuiſſe Eccleſiae Lugdunenſi Latinam Bibliorum verſionem, cujus teſtimonia in ſcripto ſuo prolata a Vulgata Latina multum diſcrepant. Ego vero hujus libri adverſus Ioannem Scotum cum mſc. codicem Corbeienſem,

qui

t) Recenſionem ſcriptorum inſtituimus Part. I. Cap. II. p. 270.

u) *Le Long* p. 234. col. 1. E.

x) Tom. 15. Bibl. P. P. Lugdun. p. 663.

qui ſervatur in Bibliotheca Sangermanenſi, tum varias illius lectiones cum Vulgata Latina contuli, eumque in omnibus fere, pauciſſimis exceptis, cum Vulgata noſtra concordare deprehendi y).

§. VII.

Editiones.

Ampliſſimus certe eſt, qui nobis ſe aperit campus, dum ad editionum Verſionis Vulgatae Latinae progredimur recenſionem. Ab initio typographiae usque ad hodiernum tempus, tria et amplius elapſa ſunt ſecula; et per omne id tempus typographorum manus in edendis libris ſacris frequentiſſime fuerunt occupatae. In Eccleſia Romana adeo invaluit ſermo latinus, ut publicum in uſum non niſi Biblia Latina imprimenda ſint, et poſteriori tempore Vulgata majorem nacta eſt auctoritatem, ut ipſa multiplicatas Bibliorum Latinorum editiones exigat religio. Numeroſam itaque eſſe editionum hujus Verſionis multitudinem, facile, qui haec penſitabit, conjiciet. Et ecquis omnes tam diverſo tempore, tamque diſſitis locis et regionibus procuratas editiones, ita ut ne unicam ſilentio praetermittat, unquam enumerabit? Et nobis itaque, qui non ſine data opera ſingula conquiſivimus, ſi non unam aut alteram, ſed et plures editiones annunciare haud potuimus, lectores condonabunt.

§. VIII.

Hiſtoria generalis editionum.

Antequam vero ipſam editionum recenſionem ordimur, brevem aliquam et generalem editionum hiſtoriam praemittendam duximus. Conſideramus hic potiſſimum non externam formam, ſive ſint editiones nudae, vel ſcholiis auctae vel gloſſatae, nec ad editores ſive ſint Pontificii, ſive Proteſtantes, reſpicimus: ſed ipſum Bibliorum Latinorum opus eſt, cujus hiſtoriam brevibus delineamus lineis. Fata vero operis duas potiſſimum admittunt periodos; primam ante inventam artem typographiam, ſecundam vero poſt natam artem iſtam, cujus ope Bibliorum editiones varia ſub forma multiplicatae ſunt.

§. IX.

Ante inventam typographiam.

Natales verſionis Vulgatae ex variorum lucubrationibus in unum corpus collectae nos ignorare, jam ſupra indicavimus. Interim libris ſacris in unum volumen redactis Prologos, qui ſub *Hieronymi* nomine veniunt, poſt aliquod temporis intervallum additos fuiſſe, videtur probabile. Ita enim in MStis libris ſacris prologi interſperſi deprehenduntur, et omnia ſequenti ordine ſeſe invicem excipiunt. 1) Epiſtola S *Hieronymi* ad Paulinum Presbyterum de omnibus divinae hiſtoriae libris: *Frater Ambroſius tua mihi munuſcula perferens.* &c. 2) Prologus in Pentateuchum Moſis: *Deſiderii mei deſidera-*

y) *Le Long* p. 234. col. 2. B.

ſideratas accepi literas. &c. 3) Pentateuchus Moſis. 4) Prologus S. *Hieronymi* in Librum Ioſuae. 5) Liber Ioſuae. 6) Liber Iudicum. 7) Liber Ruth. 8) Prologus S. *Hieronymi* in Libros Regum. 9) Libri Regum. I. II. III. et IV. 10) Praefatio S. *Hieronymi* in Libros Paralipomenon. 11) Libri Paralipomenon I. et II. 12) Oratio Manaſſis Regis Iudae, cum captus teneretur in Babylone. 13) Prologus S. Hieronymi in Librum Eſdrae. 14) Liber Eſdrae. I. 15) Liber Neemiae, ſeu Eſdrae Liber ſecundus. 16) Eſdrae Liber tertius. 17) Eſdrae Liber quartus. 18) Prologus S. *Hieronymi* in Librum Tobiae. 19) Liber Tobiae. 20) Prologus S. Hieronymi in Librum Iudith. 21) Liber Iudith. 22) Prologus in Librum Heſther. 23) Liber Heſther. 24) Prologus primus in Librum Iob ſecundum translationem ſeptuaginta. 25) Prologus ſecundus. 26) Liber Iob. 27) Prologus S. Hieronymi in Pſalterium. 28) Pſalterium. 29) Epiſtola S. *Hieronymi* Presbyteri ad *Chromatium* et Heliodorum Epiſcopos, de libris Salomonis. 30) Proverbia Salomonis. 31) Eccleſiaſtes. 32) Cantica Canticorum. 33) Liber Sapientiae. 34) Prologus Ieſu filii Sirach in librum Eccleſiaſticum. 35) Liber Eccleſiaſticus. 36) Oratio Salomonis. 37) Prologus in Eſaiam Prophetam. 38) Eſaias. 39) Prologus in Ieremiam. 40) Ieremias. 41) Threni. 42) Oratio Ieremiae. 43) Praefatio in Librum Baruch. 44) Liber Baruch. 45) Prologus in Ezechielem. 46) Ezechiel. 47) Prologus in Danielem. 48) Daniel. 49) Prologus in Librum duodecim Prophetarum. 50) Prophetae duodecim minores. 51) Prologus S. *Hieronymi* in Libros Macchabaeorum. 52) Libri Macchabaeorum I. et II. 53) Epiſtola S. *Hieronymi* ad *Damaſum* Papam in quatuor Evangeliſtas. 54) Argumentum in Evangelium ſecundum Matthaeum. 55) Matthaeus. 56) Prologus in Evangelium ſecundum Marcum. 57) Marcus. 58) Praefatio S. *Hieronymi* in Evangelium ſecundum Lucam. 59) Lucas. 60) Prologus in Evangelium ſecundum Iohannem. 61) Iohannes. 62) Praefatio S. *Hieronymi* in omnes Epiſtolas S. Pauli. 63) Prologus ſpecialis in Epiſtolam ad Romanos. 64) Argumentum. 65) Epiſtola ad Romanos. 66) Prologus in Epiſtolam ad Corinthios. 67) Ad Corinth. I. 68) Prologus in Epiſtolam ſecundam ad Corinth. 69) Ad Corinth. II. 70) Prologus in Epiſtolam ad Galatas. 71) Ad Galatas. 72) Argumentum Epiſtolae ad Epheſios. 73) Ad Epheſios. 74) Argumentum Epiſtolae ad Philippenſes. 75) Ad Philippenſes. 76) Argumentum Epiſtolae ad Coloſſenſes. 77) Ad Coloſſenſes. 78) Argumentum in Epiſtolam Pauli ad Theſſalonicenſes primam. 79) Ad Theſſalonicenſes I. 80) Argumentum in Epiſtolam ſecundam. 81) Ad Theſſalonicenſes II. 82) Argumentum in Epiſtolam primam ad Timotheum. 83) Ad Timotheum I. 84) Argumentum in Epiſtolam ſecundam. 85) Ad Timotheum II. 86) Argumentum in Epiſtolam ad Titum. 87) Epiſtola ad Titum. 88) Argumentum in Epiſtolam ad Philemonem. 89) Epiſtola ad Philemonem. 90) Argumentum in Epiſtolam ad Hebraeos. 91) Epiſtola ad Hebraeos. 92) Praefatio S. *Hieronymi* in Librum Actuum Apoſtolorum. 93) Actus Apoſtolorum. 94) Prologus in Epiſtolas Canonicas.

nicas. 95) Argumentum in Epiſtolam Canonicam S. Iacobi. 96) Epiſtola S. Iacobi. 97) Argumentum in Epiſtolam Canonicam beati Petri Apoſtoli primam. 98) Epiſtola Petri I. 99) Argumentum in Epiſtolam Petri ſecundam. 100) Epiſtola Petri II. 101) Argumentum in Epiſtolam Iohannis primam. 102) Epiſtola Iohannis I. 103) Argumentum in Epiſtolam Iohannis ſecundam. 104) Epiſtola ſecunda. 105) Argumentum in Epiſtolam Iohannis tertiam. 106) Epiſtola tertia. 107) Argumentum in Epiſtolam Iudae. 108) Epiſtola Iudae. 109) Prologus beati Iohannis in Apocalypſin. 110) Apocalypſis. Haec ſunt, quae olim ut Biblia integra conſtituerent, in unum volumen redacta ſunt. Alio ordine procedunt Libri ſacri in Verſione Vulgata, quam in editionibus a Proteſtantibus procuratis. Quae enim non ſunt canonica, canonicis Libris ita immiſta ſunt, uti in antiquis Graecis MStis jam collocata deprehendebantur. Noſtrates vero, qui verſionem Vulgatam in lucem emiſerunt, uti fas eſt, ſacra Oracula, quae in Iudaeorum Canone recenſentur, ab Apocryphis ſepararunt, in quo et e Pontificiis *Arian. Montanum* habent conſentientem, qui dum Biblia Hebraea et Graeca cum Verſione interlineari Latina ederet, Apocryphos Libros ſtudioſe a Canonicis removit. Quae Libris praemittuntur ſub nomine Prologorum, Praefationum et Argumentorum, non omnia ſunt ipſius *Hieronymi*, aut ſaltem ab ipſo non eum in finem, ut libris ſacris praefigerentur, conſcripta ſunt. Nonnulla illorum, inprimis quae ſub argumentorum nomine veniunt, non ſunt niſi laciniae e ſcriptis *Hieronymi* hinc inde depromptae, et libris ſacris, neſcio quo auctore additae z).

§. X.

Correctio Bibliorum.

Biblia Latina hoc modo in unum volumen redacta, a Librariis, et inprimis Coenobiorum incolis, Monachis et haud raro Monialibus, multiplicata ſunt: verum iis, quod aliis libris, accidit, ut nimirum deſcribentium incuria et oſcitantia ita mendis macularentur, ut emendatio et correctio apographorum quam maxime fieret neceſſaria. Hoc ut promoveret, ipſe ſibi religioni duxit *Carolus* M. qui circa finem ſeculi octavi *Flaccum Alcuinum* ſeu *Albinum* ex Anglia evocavit, ut, qui Hebraica, Graeca et Latina citra morem iſtius ſeculi calleret, Verſionem Latinam ad Textus ſacros revocaret: quo de negotio *Baronius* ſequentia conſignavit. „Eidem Carolo Magno debemus ingens opus illud ab eodem *Alcuino*, ſive *Albino* elaboratum, quo totius divinae ſcripturae tam veteris quam novi Teſtamenti Vulgata editio emendata eſt. Acciderat enim, ut ipſa multiplicium librariorum exſcribentium vitio, mendis obſita, jam vileſceret: quod periniquo animo ferens Carolus, ut quam emendatiſſima ederetur, in priſtinamque vindicaretur integritatem atque ſplendorem, ſtudio propenſiori curavit. Cujus rei fidem facit ejus „in

z) Conf. *Rich. Simon* hiſt. crit. Verſ. N. T. cap. II. p. 129. *El. Dupin* nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſ. tom. 3. p. 125. *W. Cavei* hiſt. litt. ſcript. Eccleſ. tom. 1, p. 218.

„ in Capitularibus intextum elogium iſtis verbis: *Volumus (et ita Miſſis noſtris mandavimus et praecepimus) ut in Eccleſiis libri Canonici veraces habeantur, ſicut jam in alio Capitulari ſaepe mandavimus.* Haec ipſe, qui ut, „ quod omnes refugerent, ob nimiam difficultatem, omnino perficeretur, „ opus delegavit *Albino*, ut abſolveret. Qui in id ipſum viribus totis invigi„ lans, univerſam divinam ſcripturam e vetuſtioribus ac verioribus fontibus „ deſcriptam, recognitam, et emendatam eidem Carolo Magno obtulit [a]). „ Atque hoc modo regia ſub auctoritate prima Verſionis Vulgatae editio recognita et emendata evulgata eſt. Seculo undecimo idem negotium ſuſcepiſſe dicitur *Lanfrancus* Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui, quia ſcripturae ſcriptorum vitio erant nimium corruptae, omnes tam Veteris quam Novi Teſtamenti libros ſtuduerit corrigere [b]). Multa de *Lanfranco* ejusque laboribus et controverſiis referunt *Baronius* et *Dupin* [c]); ſilent tamen de emendatione Codicum Verſionis Latinae ab ipſo ſuſcepta: interim e Commentario ejus in Epiſtolas Pauli, eum textum latinum multo ſtudio emendaſſe ſatis liquet [d]); integra vero Biblia ab erroribus eum repurgaſſe, et ſua ipſius et Monachorum ſuorum opera curaſſe, ut notatis et in chartas diligenter transmiſſis, quae mendoſa occurrebant, conficeretur demum *Correctorium Eccleſiaſticum*, ſeu liber locorum in S. Bibliis corruptorum emendationem exhibens, cenſet *Millius* [e]). Eodem tempore Ciſtertienſes dirigente Abbate *Stephano Hardingo* de emendandis Bibliis latinis occupari fuerunt. Et ſuccedente tempore conſcripta ſunt *Correctorica Biblica*, eum in finem, ut deſcribentes normam haberent aliquam, ſecundum quam codices latinos tum diſcuterent, tum et in praelegendo rite pronunciarent. Proſtat typis expreſſum *Correctorium Biblicum cum difficilium quarundam dictionum luculenta interpretatione per Magdalium Iacobum Gaudenſem, ordinis praedicatorii, ſtudioſiſſime digeſtum.* Coloniae 1508. 4. et 1538 4. Sed antiquiora Correctoria in MStis adhuc ſervantur, ut *Correctorium Pariſienſe*, et *Senonenſe*, quibus uſus eſt *Robertus Stephanus*; et *Liber de Correctionibus novis ſuper Biblia ad ſciendum, quae ſit verior et communior litera, Cardinalis Hugonis*, qui et Correctorium Dominicanorum dicitur [f]). Quae omnia eum habuerunt ſcopum, ut apographa Verſionis latinae per librariorum manus multis erroribus et mendis maculata, ad antiquos codices revocarent, et emaculatiora redderent. Hujusmodi vero correctiones diverſis Verſionis Vulgatae editionibus originem dederunt. Correctoria ipſa nunquam communi ſuffragio ab Eccleſia Latina ſunt ſuſcepta aut approbata; ſed tantummodo valuerunt modo his modo aliis locis: Correctorum monita et praecepta modo ſunt ab his obſervata, ab aliis neglecta, ab aliis rejecta. Hinc illa ingens Codicum Latinorum antiquorum diverſitas.

§. XI.

a) *Baronii* Annales ad Ann. 778. n. 22. Conf. *Cavei* hiſt. litt. ſcript. Eccleſ p. 495. Dupin nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſ. tom. 6. p. 120. *Wetſtenii* proleg. in N. T. p. 229.

b) *Carpzovii* Critica ſ. v. T. p. 693.

c) l. c. tom. 8. p. 12.

d) *Caveus* l. c. p. 616.

e) Prolegom. in N. T. n. 1058.

f) Conſ. *Rich. Simon* Hiſt. crit. des Verſ. du N. T. p. 115. *Wetſtenius* p. 234. Litterariſches Muſaeum Vol. 1 - 42. p. 177 - 204.

§. XI.

Editiones primae.

Artem typographicam recenter inventam Viri, qui illam excoluerunt, fere omnium primo edendis Sacris Bibliis conſecrarunt. Varia proſtant Exemplaria, quae ſine loci et anni nota prodiere, attamen ad ipſa typographiae incunabula referenda. Cum vero inter ipſos Bibliorum manuſcriptos codices tanta intercederet lectionum diverſitas, et alii ad alias correctorii regulas eſſent revocatae: ipſa typis exſcripta exemplaria non a ſe invicem diſſentire non potuerunt. In eo quidem conſentiunt, ut integrum opus varia illa ſupra recenſita prolegomena exhibeat; ſed in ipſis Bibliis varia deprehenditur lectionum diverſitas. Ne credas velim, omnia et ſingula Bibliorum apographa unam agnoſcere editionem archetypam, ad quam omnes poſteriores formatae ſint. Ipſi potius typographi, cum Biblia prelo ſubmittere ſtatuerent, e codicibus manuſcriptis, quae ipſis ſeſe obtulerunt, Biblia exſcripſerunt, et fortaſſis et ipſos typos ſcribendique compendia ad ductum litterarum ſingulorum codicum formari juſſerunt. Plures itaque, ut nobis quidem videtur, ſunt Bibliorum latinorum editiones primae, e codicibus manuſcriptis formatae, et cardinales, e quibus aliae iterum formatae ſunt. Non omnes et ſingulas antiquiſſimas Bibliorum Latinorum editiones tantopere examinare potuimus, ut quae ſint primae et cardinales, quae vero derivatae, accurate determinare poſſimus. Interim, editiones *Moguntinas* ex officina *Guttenbergii* et *Schoefferi; Romanas*, *Pannarzi*, *Argentinenſes*, *Neapolitanas*, *Moravi*, et primas *Venetas* e diverſis codicibus MStis eſſe productas, nobis maxime videtur probabile. Editiones antiquiſſimae et ſimplices dicendae adjuncta habent, quae §. IX. recenſuimus prolegomena ſingulis libris praefixa; quae et fere per integrum ſeculum locum eundem occuparunt, poſtea vero a ſacris Bibliis remota ſunt.

§. XII.

Editiones locupletiores.

Haud multae ſunt ejusmodi editiones ſimplices, quae prologos ſolos cum Bibliis Latinis conjungunt; cum typographi, ut editiones locupletiores redderent, ſtatim operam impenderunt. Varia enim codici ſacro e MStis hauſta, et jam olim in codicibus cum ſacro textu combinata, adjunxerunt. Mittimus praefationes novas, quibus editores nonnulli novas editiones exornarunt, ut *Johannis Andreae* Epiſcopi Alerienſis, Epiſtolam ad *Paulum* II. Romae d. XVI. Mart. 1471. ſcriptam et Bibliis a *Conrado Sweynheym* et *Arnoldo Pannartz* Romae 1471. expreſſis praemiſſam, quae et in editione iterata Norimbergenſi *Andreae Friſneri* Brunſidelenſis anni 1475. legitur; nec non Epiſtolam *Blaſii Romeri* ad *Thomam Taqui*, cum hujus epiſtola reſponſoria editioni Neapolitanae *Matthiae Moravi* anno 1476. additam; et Epiſtolam *Franciſci Monelerii a Genua*, quam *Magnus Herbort de Selgenſtadt* Bibliis 1483. Venetiis impreſſis praefixit; nec non denique monita breviora, quae

quae typographi ſub finem ſeculi XV. et initio ſeculi XVI. editionibus prae-cripſerunt. Hujusmodi enim acceſſiones ſunt ſingulares et certis quibusdam editionibus propriae. Aliae vero pluribus editionibus ita ſunt communes, ut ex iis *plenus apparatus* ad Biblia cum tempore conſtitutus ſit, qui variis ex opellis conſtat, quae ſucceſſive editionibus additae ſunt. Aliae denique appendicis loco Bibliis ad calcem additae ſunt. Singula ita comparata ſunt, ut quam ſaepiſſime illorum mentio fieri debeat. Brevitatis ſtudio, ne ſaepius eadem repetenda ſint, ſingulorum brevem hic inſtituimus recenſionem.

§. XIII.

Plenus apparatus.

Biblia Latina, quae ſub initio ſeculi XVI. prodierunt, in ipſo libri rubro plenum apparatum ad Biblia promittunt. Falluntur qui titulo ducti introductionem in ſacras litteras, aut alia ſubſidia exegetica vel critica ſubminiſtrata expectant. Placuit Typographis hoc nomine varias opellas comprehendere, quas typographi antiquiores editionibus adjecerant, et quorum numerus cum tempore adauctus erat. Conſiſtit apparatus ille plenus ex ſequentibus partibus.

1) *Translatores, ſeu interpretes Biblie fuerunt multiplices.* Recenſentur ſacrarum literarum interpretes: Septuaginta Interpretes, quos *Eleazarus Ptolemaei* rogatu in Aegyptum miſit; *Aquila*, Iudaeus ad fidem Chriſtianam converſus, ſed poſtea in Haereſin lapſus, qui de Hebraico in Graecum tranſtulit; *Theodotion*, ſub imperatore *Commodo; Symmachus*, ſub imperatore *Severo;* Interpretatio Hieroſolymis inventa, quae vel vulgata, vel quinta editio vocatur; *Origenes*, qui translationes imperfectas correxit, et Hexapla edidit. Ultimo loco ſequentia adduntur: „Nota, quod ubicunque in libris Veteris Teſtamenti mendoſitas reperitur, currendum eſt ad Volumina Hebraeorum, quod Vetus Teſtamentum primo in lingua Hebraea ſcriptum eſt. Si vero in libris Novi Teſtamenti, recurrendum eſt ad volumina Graecorum, quod Novum Teſtamentum primum in lingua Graeca ſcriptum eſt, praeter Evangelium Matthaei et Epiſtolas Pauli ad Hebraeos.„ Sic viſum eſt antiquioribus Eccleſiae Doctoribus. Sed qui olim Biblia Latina correxerant, hujus regulae parum memores fuerunt, de quo conqueritur *Rogerus Baco*, ſcriptor ſeculi decimi tertii g): „quilibet lector in ordine minorum corrigit ut vult; et ſimiliter apud predicatores, et eodem modo ſcolares, et quilibet mutat, quod non intelligit. — Unde eorum correctio eſt peſſima corruptio et deſtruitur textus Dei.„ De unico *Hugone*, eum ad graeca volumina recurſum ſuum in lectionibus dubiis ſumſiſſe, certe conſtat.

2) Qua-

g) Apud *Hodium* de text. Biblior. origin. p. 429.

2) *Quatuor ſunt modi ſeu regule exponendi ſacram ſcripturam.* Sunt nimirum

Hiſtoria, Tropologia, Allegoria, Anagogia
Littera geſta docet, quid credas allegoria
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

Utramque opellam prima vice additam invenimus editionibus Baſileenſibus *Nicolai Keſleri.*

3) *Ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exbortatio.* Commendatur S. Scriptura exinde, quod optimas ſuppeditet divitias: „Omnes igitur qui hunc theſaurum invenire deſideratis, in libris divinis queri„te. Ibi pulſate et aperietur vobis; ibi querite et invenietis; ibi petite et „accipietis.„

4) *Summarium.* Diſtinguuntur libri utriusque teſtamenti, in legales, hiſtoriales, ſapientiales et prophetales: in Novo Teſtamento quatuor Evangelia ad libros legales referuntur. Libri ſacri recenſentur, et argumentum cujusvis paucis indicatur verbis, una cum deſignatione, quot cujusvis libri ſint capita

5) *Ordo librorum*, verſibus conſignatus.

Geneſis Exo. Levi. Numerorum, Deuteronomi &c.

Addidit tres haſce poſteriores acceſſiones, *Johannes Frobenius*, et apparuerunt prima vice, una cum iis, quae n. 1. 2. recenſuimus, in editione anni 1491.

6) *Tabula alphabetica hiſtoriarum.* Cui hoc praemittitur proēmium: „Tabula alphabetica ex ſingulis libris et capitulis totius biblie tam ex veteri „quam novo teſtamento, a reverendo in ſacra ſcriptura magiſtro Gabriele „Bruno veneto ordinis minorum, miniſtro provincie terre ſancte, ſumma cura „et ſollicitudine compoſita ac ordinata: per quam quamcunque materiam vel „hyſtoriam in quocunque locorum biblie poſita: incipiendo quanquam a „vocabulis: quanquam a verbis, et nonnunquam etiam a propriis nominibus „non minus facillime quam copioſiſſime poteris invenire, quod ſi una et ea„dem hyſtoria ſub diverſis vocabulis repetatur, non ignoranter actum repute„tur, ſed ut facilius talis hiſtoria reperiatur. Invenietque diligens lector in „hac nova preſenti annotatione, non ſolum librorum atque capitulorum ſin„gulorum quotas, ſed etiam per ſingula interſtitia at (ac) paragraphos ſuas „appropriatas litteras, quibus facile et ad manum omnia comperiet.„ Compoſuit indicem realem ſeu materiarum in ſacra ſcriptura obviarum *Gabriel Bruno Venetiis* 1490. *Frobenius* vero primus eum ſacris Bibliis addidit anno 1495.

7) *Tabula ſuper bibliam per verſus compoſita.* Sunt verſus 212. memoriales *Alexandri Villadei*, argumentum cujusvis capituli Librorum ſacrorum unica voce oſtendentes: quorum oeconomiam hic oſtendimus.

Gen. I.

Gen. I.	II.	III.	IV.	V.
dierum opera.	de ligno vite ne edant.	adam et eva.	occiditur a cayn.	transfertur in paradiſ.
Sex.	Prohibet.	peccant.	Abel.	Enoch.
	VI.	VII.		
	a noe.	noe et filii ejus.		
	Et Archa fit.	Intrant.		
VIII.	IX.	X.	XI.	XII.
Noe de archa.	nudatur coram filiis.	filii et filie noe.	babe.	egreditur de terra.
Egreditur.	Dormit.	Variantur.	Turris.	Et Abraham.
XIII.	XIV.	XV.	XVI.	XVII.
Separatur ab abraam.	ab abraam vincuntur.	deo abraham.	agar.	abrae et ſuorum.
Loth.	Reges.	Credit.	Fuga.	Circumciſio.
			XVIII.	
			Sare poſt oſtium.	
			Riſus.	
XIX.	XX.	XXI.	XXII.	XXIII.
deſtruxit pentapolin.	abſtulit ſaram.	ſara iſaac.	abraam filium.	moritur.
Sulpur.	Rex gerare.	Parit.	Offert.	Sara.
			XXIIII.	
			iſaac jungitur.	
			Rebecca. &c.	

Carmen hocce *Alexandri*, qui circa annum 1240. floruit, recenſet *Wolfius*, ſed ita ut illud cum Tetraſtichis rhythmicis *Franciſci Gothi* confundat b). Prima editio, quae hoc carmen oſtendit, quantum indagare potuimus, eſt *Simonis dicti Bevilaqua*, Venetiis 1498. Poſteriores editiones hujus periodi idem carmen exhibent, quod et Bibliis maximis Pariſiis 1660. Tom. 1. inſertum legitur.

8) Repertorium librorum ſacrorum ſecundum numerum foliorum, quod typographi addiderunt, poſtquam ſingulis foliis numeros adſcribere didicerant. Haec ſunt, quae in Bibliis ſub initio ſeculi XVI. typis expreſſis ſub nomine pleni apparatus veniunt. Poſteriora vero quatuor, nimirum ordo librorum, n. 5. *Brunonis* tabula, n. 6. *Villadei* Carmen n. 7. et repertorium librorum ſacrorum *quadruplex* conſtituunt *repertorium*, de quo variae vel in rubro vel in epilogo commendantur editiones.

§. XIV.

Interpretationes nom. hebr.

Ad Calcem Bibliorum ſacrorum nonnulla juſſerunt accedere typographi, quae tanquam appendices conſiderari poſſunt. Antiquiſſimum hujus generis additamentum eſt illa ſatis nota nominum Hebraicorum interpretatio. Codi-

b) Bibliotheca hebraica vol. 2. p. 250.

Digitized by Google

Codicibus MStis Verſionis latinae adhaerere ſolet collectio vocum vel nominum, non ſolum hebraicorum, ſed et Graecorum quin et Latinorum, quae in ſacris litteris occurrunt, cum interpretatione, quae interdum ſatis jejuna eſt et lepida. Hanc ab editionibus typis expreſſis abeſſe noluerunt typographi, eamque quam frequentiſſime calci totius operis addiderunt. Prima vice prodiit Romae cum Bibliis Latinis A. 1471. et ſequenti tempore editionibus vel in Italia natis, vel ex hiſce iterum expreſſis interpretationes usque fere ad annum 1530. adjunctae ſunt. Norimbergenſes vero editiones *Cobergeri* hoc additamento carent. Ipſa vero interpretatio cum variis in locis ita eſſet comparata, ut lectoribus vel ſtomachum moveret, vel riſum excitaret, poſteriori tempore emendatior reddita eſt. Operi primum manum admovit *Petrus Ubbelius*, qui cum Biblia Latina ab *Oſiandro* Norimbergae A. 1522. et 1523. procurata ſuppreſſo nomine, Coloniae A. 1527. recudi curaret, novum opuſculum ſub rubro interpretationum nominum Hebraicorum elaboravit, novaeque editioni addidit, quod deinde in varias editiones tranſiit. Eodem fere tempore aut paulo poſt *Sebaſtianus Munſterus* antiquum faſciculum in compendium redegit et emendavit, ex cujus recognitione interpretatio brevior apparet in editionibus quibusdam Lugdunenſibus, e. g. *Antonii Vincentii* A. 1540. De novo vero idem opus aggreſſus eſt *Robertus Stephanus*, qui cum ſecundae editioni anni 1532. interpretationem vocum peregrinarum addidiſſet, idem opuſculum una cum indice rerum et ſententiarum totius ſacrae ſcripturae Veteris et Novi Teſtamenti typis mandavit: „Hebraea, „Chaldaea, Graeca et Latina nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium, caeterorumque locorum, quae in Bibliis leguntur, reſtituta cum Latina interpretatione. Locorum deſcriptio ex „Cosmographis. Index praeterea rerum et ſententiarum, quae in iisdem „Bibliis continentur. Pariſiis ex officina Roberti Stephani. M. D. XXXVII. „8." Cum brevi ad lectorem epiſtola.

§. XV.

Menardi Epiſtola.

Monachi *Menardi* Epiſtola ad *Iacobum de Yſenaco*, quae generalem et compendioſam librorum ſacrorum continet notitiam, variis editionibus antiquis addita legitur. Loquitur ſcriptor primo de ſcopo, praeſtantia, fineque totius ſacrae ſcripturae; deinde de ſcopo et argumento ſingulorum librorum; et ultimo loco omnes Veteris et Novi Teſtamenti libros, una cum Apocryphis, et eo quidem ordine, quo in Bibliis Latinis leguntur, recenſet. Brevior eſt in ſacram ſcripturam introductio, quam typographi a Codice ſacro abeſſe noluerunt. Quo vero tempore epiſtola primum Codici Latino acceſſerit, non certo conſtat. Invenitur enim apud editiones incertae aetatis: interim hoc jam primis temporibus factum eſſe exinde liquet, quia Biblia Anno 1473. exſcripta jam Epiſtolam oſtendunt.

§. XVI.

§. XVI.

Compendiolum S. S.

Menardi epiſtola jam ante finem ſeculi XV. e Bibliis eliminata eſt: in ejus vero locum ſucceſſit paulo poſt initium ſeculi XVI. *Compendiolum totius ſacrae ſcripturae per rhythmos, deſcriptum per Franciſcum Gothi ordinis minorum ſacrae Theologiae profeſſorem.* Singulis Tetraſtichis argumentum capituli exprimitur, cujus initium hic ſpeciminis loco exhibemus:

1. Ante fit lux producitur
Dividens aquas congregat
Ornatus factis additur
Producta Ade ſubjugat.
2. Benedicit fons irrigat
Spirat flumen dividitur
Prohibet feras nominat
Condormit, eva conditur.
3. Callidus evam decipit
Peccant et punivit Deus
Induens nudos ejicit
Cuſtodit lignum angelus.
4. Dat penas cayn dominus
Enoch ab ipſo gignitur
Necat hunc Lamech bigamus
Loco abel ſeth naſcitur.

Simili modo auctor argumenta ſingulorum librorum recenſet. Adeo acceptum hoc horridum carmen fuit, ut permultis circa annum 1530. et poſtea procuratis editionibus tanquam ſingulare ornamentum additum ſit.

§. XVII.

Caſus ſummarii.

Si omnia, quae hucusque recenſita ſunt, parum emolumenti lectoribus praeſtare potuerunt, meliori certe modo, qui ſubſidia aliqua textui Latino junxerunt. lectoribus conſuluerunt typographi. Referendi huc ſunt omnium primo *Caſus ſummarii*, qui ex MStis Codicibus in Biblia typis exſcripta tranſierunt. Brevia ſunt capitum ſingulorum argumenta, quibus contenta cujusvis capitis breviori ſermone exponuntur. Addidit illa primus *Johannes Zainerus* Ulmenſis Bibliis anno 1480. editis. Indicantur plerumque in editionibus litteris initialibus C. S. quae interdum per: *Capituli ſumma*, plerumque vero per: *Caſus ſummarii* exponuntur. Eodem fere tempore apparent Caſus ſummarii in Bibliis Latinis, quae verſiculis: *Fontibus ex graecis* &c. diſtinguuntur, ſed ſolummodo in Novo Teſtamento, ubi ſub nomine *Regiſtrum* veniunt. *Zainerum* vero ſequutus eſt Typographus Venetus, *Simon* dictus *Bevilaqua*, qui ejus veſtigia quidem, ſed non omni ex parte accurate

legit. Sub initio ſeculi decimi ſexti omnes editiones iſtas caſus ſummarios oſtendunt, et ſingulis capitibus, excepto Pſalterio et Cantico Canticorum praemiſſi ſunt [i]).

§. XVIII.

Canones Euſebii.

Alterum ſubſidium exegeticum eſt harmonia Evangeliſtarum, quae Canones *Ammonii* ſeu *Euſebii* Caeſarienſis dicuntur, quorum mentionem facit *Hieronymus* in Epiſtola ad *Damaſum* Papam, ſeu in prologo in Evangeliſtas. Continent Canones harmoniam quatuor Evangeliſtarum, quam *Ammonius* compendioſe excogitavit, et integro opere deinde illuſtravit. Decem ſunt canones: *primus*, in quo quatuor; *ſecundus*, in quo tres, Matthaeus, Marcus, Lucas; *tertius*, in quo tres, Matthaeus, Lucas, Johannes; *quartus*, in quo tres, Matthaeus, Marcus, Johannes; *quintus*, in quo duo, Matthaeus, Lucas; *Sextus*, in quo duo, Matthaeus, Marcus; *ſeptimus*, in quo duo, Matthaeus, Johannes; *octavus*, in quo duo, Lucas, Marcus; *nonus*, in quo duo, Lucas, Johannes; *decimus*, in quo unuſquisque proprie. Quis vero omnium primo harmoniam margini adſcripſerit, vel ad calcem operis adjecerit, incertum eſt. Editiones antiquae dubiae aetatis illam jam oſtendunt. Poſteriori tempore harmonia multo ornatu cincta Novo Teſtamento addita eſt usque ad annum 1530. [k]).

§. XIX.

Concordantiae.

Quam frequentiſſime *Concordantiarum*, tum in fronte tum et in epilogo Bibliorum ſacrorum fit mentio. Cum vero illae diverſi ſint generis, ratio illarum diſtinctius exponenda eſt.

1) Concordantiae Veteris et Novi Teſtamenti ſunt loca parallela margini appoſita. Editiones: *Fontibus ex graeciſ* &c. primo illa per integrum Novum Teſtamentum exhibent; in Veteri vero nulla in margine apparent. Anno 1491. duae prodiere editiones cum Concordantiis Veteris et Novi Teſtamenti, nimirum *Frobeniana* et altera ſine mentione loci et typographi. Quae ex hiſce antiquior ſit, definire haud audemus; interim *Frobenianam* alteri praeceſſiſſe, exinde conjicimus, quia jam die viceſima ſeptima Iunii abſoluta fuit.

2) Concordantiae Juris Canonici, ſive annotatio locorum e jure Canonico, quae ſacrum textum illuſtrant, in margine Bibliorum. Auctor harum Concordantiarum eſt *Joannes* Nivicellenſis Abbas. Prodierunt ſeorſim ſub rubro: „Concordantie authoritatum ſacre ſcripture juxta ordinem libro-

„rum

i) Conf. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 105. qui *Widekindum* reprehendit, quod litteras C. S per Caſus ſummarios expoſuerit; ſed quae ſcripſerat, meliora edoctus, retractat in fortgeſetztes Verzeichnis der Bibelſamlung p. 23.

k) Conf. *Joh. Alb. Fabricii* Codex apocryph. N. T. part. 1. p. 378. part. 3. p. 551. Ejusd. Biblioth. gr. vol. 3. p. 213. *J. G. Pritii* introduct. in N. T. p. 221.

„rum biblie, in quibus locis Juris Canonici reperiantur, per Joannem Ni-„vicellenſem abbatem collecte.„ Per Joannem Koelhof Coloniae civem. 1482. Fol.

3) Concordantiae e Ioſephi Antiquitatibus et de Bello Iudaico. Haſce debemus *Johanni de Gradibus*, utriusque Juris Profeſſori, qui illas locis congruis appoſuit. Deprehendimus illas prima vice in editione *Iacobi ſacon.* Lugduni 1518. Fol.

§. XX.

Textus Latinus.

Externa eſt, quam vidimus, Bibliorum Latinorum facies a primis incunabulis artis typographicae, usque ad illa ſeculi XVI. tempora, in quibus praeeunte inprimis *Roberto Stephano,* facies illorum externa ut et interna conditio emendata eſt. Nunc vero et de Textu Latino ejusque qualitate diſpiciendum eſt. Non ſine conſilio virorum doctorum Typographos ſeſe ad edenda ſacra Biblia accinxiſſe facile credimus; nec MSta prima a viris doctis typographis ſuppeditata eſſe negamus. Sed qui illi, qualesve fuerint, quorum conſilio tum hunc vel illum codicem MStum, vel editionem aliquam novae editionis archetypam elegerint; quis eſt, qui unquam determinabit? Fortaſſis Typographis, nomen Bibliorum ſatis erat, et qualia ſint, utrum codex ſit bonae notae vel negligenter ſcriptus, non conſiderarunt. Biblia quae verſibus: *Fontibus ex graecis* &c. diſtinguuntur, quamvis a multis mendis non ſint immunia, textum habent reliquis prioris aetatis emaculatiorem, ſed quis eſt, qui editorem aut typographum poſt tot temporum intervalla in lucem protrahere poſſit? Ab initio artis typographicae usque ad ultimum ſeculi decimi quinti decennium typographi de recognitione ipſius textus latini ejusque emendatione parum ſolliciti fuiſſe videntur; niſi forte *Johanni Andreae, Blaſio Romero*, et *Franciſco Monelierio* quaedam ſint tribuenda merita §. XII. Anno 1496. vero nobis obveniunt Biblia Latina Brixiae edita, quae anno ſequenti *Hieronymus de Paganinis*, Venetiis recuſa dedit, quae correcta ac ſtudioſiſſime emendata dicuntur per doctiſſimum in ſacris li[illegible]is Baccalaureum *Petrum Angelum de Monte Ulmi.* Quas ſibi leges in emendanda corrigendaque editione praeſcripſerit *Angelus*, et quas ipſe obſervaverit, nos ignorare fatemur. Textus ſequitur editionem Anni 1489. cum verſibus: *Fontibus ex graecis* &c. ut adeo non emaculatior ſit, quam in antiquiori; ipſa vero editio erratis typographicis tantopere abundat, ut ſi laus eſſet, nulli eſſet inferior. Omnis itaque res redit ad *Albertum Caſtellanum*, Dominicanum Theologiae Profeſſorem qui primus emendandorum Bibliorum periculum fecit. Margini enim varias adſcripſit lectiones, quas potiſſimum ex aliis editionibus collegit addiditque annotationes Synchroniſticas ex profana hiſtoria, ſive annales et gentis cujusque ſecundum ea tempora hiſtoriae incidentes. Editio prima hujus generis dicitur *Veneta* anni 1506. quae adeo, ut ad annum 1533. ſaepius recuſa extet, ſeſe commendavit.

§. XXI.

Digitized by Google

§. XXI.

Emendatio Complutenſis.

Poſt *Caſtellanum*, Theologi Compluti, vel Alcalae in Hiſpania congregati feliciori ſucceſſu, et pluribus eisque melioribus ſubſidiis inſtructi emendandae verſioni latinae curam impenderunt. Cum enim ſub auſpiciis Cardinalis *Ximenis* Biblia Complutenſia Polyglotta praelo adaptarentur, ut et Biblia Latina in priſtinam integritatem reſtituerentur, ipſi Cardinali, et quibus uſus eſt, Theologis curae cordique fuit. Antiquiſſima ipſis ad manus erant Manuſcripta, tum Roma tum aliunde conquiſita, quorum ope textum multis a mendis liberarunt. Verum editionum cum *Caſtellani* emendationibus auctoritas tantopere invaluerat, ut niſi *Johannes Petraeus* de edenda verſione Latina ex Opere Complutenſi cogitaſſet, vix quisquam emaculatiorem textum ſeorſim exponere auſus fuiſſet. Sed praeeuntem *Petraeum* alii, nihilo tamen minus perpauci, ſequuti ſunt.

§. XXII.

Emendatio R. Stephani.

Quae vero hactenus meditata, tentata et incboata erant, *Roberto Stephano* reſervata videbantur. Huic cum praeſtantiſſimorum eſſet manuſcriptorum Pariſiis variis in Bibliothecis obviorum copia, ut ad illa et verſionem Latinam revocaret, ſibi religioni duxit. Speciminis loco itaque emiſit Novum Teſtamentum Latinum ex officina *Simonis Colinaei* Anno 1523. cui deinde integra Biblia anno 1528. inſequuta ſunt. Atque ab hoc anno familia editionum Stephaniarum originem traxit. Non antiquior eſt Bibliorum a *Stephano* emiſſorum editio, quam illa, quam modo laudavimus: antiquior enim, quae anno 1522. prodiiſſe dicitur, eſt ſuppoſititia et mero originem debet vitio typographico a *Richardo Simon* commiſſo. Scripſerat *Robertus Stephanus* in praefatione editionis anni 1540. „Prodierant ante annos *octo* e „noſtra typographica officina Biblia„ quibus Biblia ſecunda vice anno 1532. emiſſa innuit: pro quo in opere *Simonis* legitur: *prodierant ante annos* 18. *e noſtra* &c. quo ipſe deceptus de Bibliis anni 1524. loquitur, quae tamen nunquam vidiſſe confitetur. *Simonem* emendat *Cl. Semlerus*, et novam condit editionem anni 1522. [l]), quae nunquam fuit. Initium Epochae Stephanianae non niſi anno 1528. ponendum eſt.

§. XXIII.

Variae editiones.

Biblia a *Roberto Stephano* emiſſa a multis vituperata, cenſurata et rejecta pluribus ſeſe ita probarunt, ut quam frequentiſſime aliorum praelis multiplicarentur; ſed nunquam eam nacta ſunt auctoritatem, ut primum inter omnia

[l]) Rich. Simon hiſt. crit. des Verſions du N. T. p. 131. *Semlerus* in notis ad *Wetſtenii* proleg. in N. T. p. 277.

omnia occupaſſent locum. Triplex enim Bibliorum genus eodem tempore crebris editionibus adauctum extat, quae ut tres rivuli e regione promanarunt. Primum eſt genuinum Stephanianum; ſecundum vero eſt ſpurium, cujus editio archetypa eſt editio Lugdunenſis *Drechſelli* anni 1533; quae plura ſumſit e Stephanianis, multa vero aliunde petita ſunt, et fortaſſis a *Michaele Serveto* primum editio adornata eſt. Tertium genus originem traxit ex editionibus cum apparatu pleno; qui quidem reſectus eſt, dum nova acceſſerunt in ejus locum prolegomena; textus vero parum emendatus recuſus eſt. Duo priora genera erant ſub cenſura Eccleſiae Romanae, poſterius liberum et permiſſum fuit.

§. XXIV.

Novae Correctiones.

Fama *Roberti Stephani* in dies adaucta et celebrior reddita, aemulos excitavit *Johannem Benedictum* Pariſienſem, et *Iſidorum Clarium*, qui uno eodemque fere tempore idem negotium ſuſceperunt. Ille anno 1541. Biblia ſumma cura parique fide repurgata, et ad priſcorum exemplarium probatiſſimorumque normam reſtituta, emiſit: hic vero anno ſequenti Biblia ad Codicem Hebraeum atque graecum revocata edidit. Uterque multo ſtudio ſua paravit, ſingularique cura textum latinum emendare ſtuduit; Verum editionibus Stephanianis palmam praeripere neuter potuit.

§. XXV.

Correctio Lovanienſium prima.

Adeo *Robertus Stephanus* omnium in ſe concitarat animos, ut et ne nomen quidem ejus ferre, nec Biblia ſub ejus nomine edita, lectoribus permittere poſſent. Interim cum viderent, Biblia Stephaniana, et inprimis illorum editionem anni 1540. eſſe omnibus aliis praeferendam, nomen ejus delere, alioque ſub nomine eadem Biblia communiora reddere, conſultius viſum eſt. Nomen ſuum itaque obtulit *Johannes Hentenius* Lovanienſis, qui eandem *Stephani* editionem additis perpaucis lectionum varietatibus, aliunde conquiſitis, cum ſua praefatione edidit: quo effectum eſt, ut Biblia *Stephani* alias gravi cenſura interdicta, libere lectorum manibus tradi poſſent.

§. XXVI.

Correctio Lovanienſium ſecunda.

Poſt *Hentenii* mortem Theologi Lovanienſes nova cura Bibliis Latinis invigilarunt, ut de novo textum ipſum emaculatiorem redderent. Praeſtantiſſimi ejus temporis viri *Franciſcus Lucas*, *Brugenſis*, *Joannes Molanus*, *Auguſtinus Hunnaeus*, *Cornelius Reynerus*, et *Johannes Harlemus*, circa annum 1566. operi manum curamque adhibuerunt, et Textum latinum de novo ad antiqua manuſcripta revocatum et pluribus notis illuſtratum, anno 1573. publici juris fecerunt.

§. XXVII.

Correctio Romana.

Sic tandem per varios caſus variarumque manuum diſcrimen, per integrum ſeculum Vulgata Latina ad illam aſcendit dignitatem, qua hodie in Eccleſia Romana fruitur. Iuſſu *Sixti* V. P. M. a Viris ad hoc opus delegatis verſio Latina iterum ſub examen vocata, recognita, emendata, publice prodiit anno 1590. conſtitutione munita, qua ex certa ſcientia deque apoſtolicae poteſtatis plenitudine pro vera legitima, authentica, indubitata, declaratur. Interim biennio vix peracto *Clemens* VIII. ex eadem apoſtolicae poteſtatis plenitudine novam emiſit editionem authenticam, quae non meris vitiis typographicis, ſed haud levioris momenti lectionibus a priori authentica recedit. Quo denique factum eſt, ut, qui ſunt Eccleſiae Romanae, non amplius de vera Verſionis lectione ſolliciti eſſe poſſint; ſed quaevis lectio, etiamſi a textu Graeco vel Hebraeo aberret, pro vera ipſis agnoſcenda ſit.

§. XXVIII.

Curae Proteſtantium.

Reliquum eſt, ut et de curis, quibus Proteſtantium Theologi Verſioni Vulgatae invigilarunt, rationem reddamus. Hi enim officio ſuo minime defuerunt, ſed Vulgatam integritati reſtituere ſedulo conati ſunt; attamen alia, quam Pontificii, ingredientes via. Hi cum ſolliciti eſſent, Veterem Verſionem ad antiquiſſimos probatiſſimosque codices latinos recognoſcere, ut illa, quae antiquitus locum obtinuerat lectio, jam vero vel ſcribarum oſcitantia, vel ſciolorum audacia deturbata erat, in locum priſtinum reſtitueretur; illi non de antiqua interpretis lectione, ſed de veritate lectionis ſive ſit antiquior ſive recentior, circumſpecti fuerunt, eamque ob cauſam verſionem latinam ad textum authenticum hebraeum vel graecum examinarunt, et emendarunt; et dum Pontificii, ut novas editiones antiquiſſimis probatiſſimisque codicibus conformes redderent, laborarunt, noſtrates verſionem ad textum hebraicum et graecum reformarunt. Primus, qui inter noſtrates hoc tentavit, eſt *Andreas Oſiander*, qui jam anno 1522. Norimbergae Biblia Latina ad textum authenticum revocata et emendata edidit; quem ſequentibus temporibus alii ſequuti ſunt, qui vel integrum codicem, vel aliquas ejus partes ſimili ſtudio ſecundum textum originalem emendarunt.

§. XXIX.

Diverſitates editionum.

Ex hactenus de variorum in Verſionem Latinam edendam curis obſervatis, ſua ſponte ſe ingens editionum diverſitas prodit. Sed et alia reſtant momenta, quae varias a ſe invicem diſtinguunt editiones. Pro ratione editorum eorumque confeſſione publica, diſtinguit Auctor noſter Biblia Latina in duas claſſes, quarum prior editiones a Catholicis, poſterior a Proteſtantibus recenſet procuratas editiones. Ipſa diſtinctio non omni caret fundamento, uti ex ſuperiori §. apparet: verum ad ſecundam claſſem non ſolum editiones a typographis Proteſtantibus expreſſas, quamvis accurate cum Catholicorum editio-

editionibus conſentiant, ut e g. Baſileenſis *Thomae Guarini* anni 1591. quae Geneſ. III. lectionem *ipſa conteret*, accurate ſervavit, ſed et editiones pleraſque Lugdunenſes ab Eccleſia Romana cenſura notatas, refert, et praeterea alias ejusdem generis ac notae, in primam collocat claſſem, ut adeo ſibi ipſi haud accurate conſtet. Alia vero oritur editionum diverſitas, ſi ipſas in illas editorum curas ſpectamus. Aliae enim editiones ſunt nudae, atque ſolum habet textum Latinum vel cum vel ſine apparatu, prolegomenis et appendicibus: Aliae vero in margine offerunt annotationes, quibus ſingula loca illuſtrantur, ut pleraeque editiones Stephanianae: Aliae vero gloſſas antiquorum aut Commentarios perpetuos recentiorum conjunctos habent. Diverſae ſunt utique editiones, et a ſe invicem commode diſtinguendae ſunt. Auctor vero noſter, qui accurate ordinem Chronologicum ſervare ſtuduit, editiones maxime diverſas temporis ratione habita conjungit, et eodem ex fundamento, quae conjungendae erant, divellit.

§. XXX.

Partitio.

Ordo chronologicus, quem Auctor noſter ſervat, multis premitur difficultatibus, et editiones quae fere eaedem ſunt, et ſola differunt anni nota, a ſe invicem ſeparat: meliori itaque modo, qui accuratam ſingularum editionum hiſtoriam genealogicam ſcriberet, et quomodo haec ex illa nata ſit, aut quo nexu aliae inter ſe cohaereant, exponeret, hiſtoriae Bibliorum ſacrorum, certe conſuleret. Sed ejusmodi hiſtoriam ſcribere, gravius eſt opus, majoribusque premitur difficultatibus, quam illi, qui dum aliorum operas ſine difficultate ſub cenſuram vocant, nunquam vero ipſi manum operi admoverunt, ſibi imaginari poſſunt. Quot ſunt quaeſo, quae per tria et amplius ſecula typis exſcriptae ſunt editiones? Quis ſe plurimas, ne dicam omnes vidiſſe, legiſſe, examinaſſe, cum aliis contuliſſe unquam gloriabitur? Quae ſunt ex antiquioribus recentiorum archetypa? quae addita, quae immutata, quae in melius aut interdum in pejus mutata? Haec tamen omnia, hiſtoriam qui ſcribere vellet, exponere, definire, determinare deberet. Manum itaque de tabula detrahimus, atque ſi ſymbolas quasdam tantum ad ejusmodi hiſtoriam conferre contigerit, contenti erimus. Vt vero, quo ordine ſingula a nobis tractentur, lectores ſciant, brevibus indicabimus. Primo ſeparamus editiones a Catholicis evulgatas, ab iis, quae a Proteſtantibus procuratae ſunt, hoc enim interna illorum conditio poſcit. Deinde editiones, quae ſunt nudae et quae annotationibus ſtipatae ſunt, conjungimus, quia non ſeparari poſſunt, niſi editiones, quae in ſe ſunt ejusdem generis, propter annotationes divellere vellemus. Quae vero integris et perpetuis commentariis ſunt inſtructae, illas ab aliis ſegregamus. Atque hoc modo ſingula, ſi non optimo tamen non inconcinno ordine tractari poſſe, nobis perſuademus.

SECTIO I.

DE

BIBLIIS LATINIS A ROMANIS EDITIS.

§. I.

Editionum periodi.

Primo loco recenſendae veniunt editiones a Catholicis procuratae, quorum omnium ſunt antiquiſſimae, et jam ab ipſis typographiae incunabulis evulgatae. Quo vero ſingula ordine juſto procedant, ad certas periodos editiones revocandae ſunt. Ex ſuperioribus vero tres ſtatui poſſe editionum claſſes cuivis patebit. Primae periodi editiones habent textum vel plane non vel parum ex collatione MStorum Codicum emendatum; ſecundae editiones ſiſtunt textum variis eruditorum curis emaculatum et emendatum, et tertiae editiones offerunt textum ad authentiae dignitatem in Eccleſia Romana elatum. Triplicem hanc periodum ſtatuit ipſe Auctor noſter. De prima haec habet: „Primae Bibliorum Latinorum editiones mendis quam plurimis ſcatent, juxta „codices nempe mendoſos plerumque excuſae ſunt a)." Pauca quidem ſunt, ſi integrum ſeculo XV. excuſorum Bibliorum numerum ſpectas, pauca, quae nihil ad ipſam editionum hiſtoriam faciunt; omni tamen ex parte vera ſunt. Nec alia exſpectari potuerunt. Typographus certe, quod ipſi ad manus erat MStum exſcribi curavit; alii vero ex uno archetypo novas expreſſerunt, atque ſic unius editionis errores in alias transplantarunt, et haud raro novis erratis adauxerunt. De ſecunda periodo ſequentia annotata legimus: „Fran„ciſcus Cardinalis Ximenius primum Vulgatam Latinam accuratiorem, quam „antea evulgavit b). Idem aſſerit Millius his verbis: *Franciſcus Ximenius* „inſtituta *complurium melioris notae MSS. librorum diligenti collatione, trans*„*lationem veterem multo quam antea puriorem et correctiorem emiſit* c). Cor„rectior prodiit anno 1540. diligentia et labore *Roberti Stephani* ex vetuſtiſ„ſimis quibusdam exemplaribus mſc. emendata et recognita, item anno 1541. „ſtudio *Joannis Benedicti*, et 1573. aliorum Theologorum Pariſienſium, prae„ſertim *Jacobi Fabri:* anno 1547. cura *Joannis Hentenii* et 1574. aliorum „Theologorum Lovanienſium, imprimis *Franciſci Lucae* Brugenſis d)." Singulorum emendationes in varias variorum tranſiere typographorum editiones quas infra ut cuique ſuum tribuamus, ad certas claſſes revocare tentabimus. De tertia denique: „Correctior prodiit anno 1590. juſſu et auctoritate „Sixti

a) *Rich. Simon* hiſt. Crit. des Verſ. du N. T. cap. XI. *Le Long* p. 250. col. 1. E.
b) Id. Ibid.
c) *Joh. Millius* prolegom. in N. T. p. 107.
d) *Le Long* p. 250. col. 2. A.

„Sixti V. Pont. Max. Anno denique 1592. juſſu et auctoritate Clementis VIII. „Pont. Max. ex omnibus prioribus emendationibus, quae quidem ſola editio „nunc in Eccleſia viget [e]).„

§. II.

Periodus prima.

Ad periodum primam referimus omnes editiones, quae a primis typographiae incunabulis prodiere, atque ad normam primarum editionum formatae ſunt. Initium hujus periodi revera incertum eſt. Recenſentur quidem Biblia antiquiſſima ad annum 1450 ſed utrum hoc anno inchoata, an ad finem perducta ſint, non ſatis conſtat. Sic et terminus periodi non adeo certe determinari poteſt; Stephanianae enim editionis jam magnam adeptae erant gloriam, cum typographi nonnulli, antiquas iterum ſub incudem vocare editiones, rebus ſuis conſultius eſſe crederent. Interim ut ordine certo antiquas illas recenſeamus editiones, tria illorum ſtatuimus genera; nimirum 1) quae ſine die et conſule prodiere, neque ullam habent aut typographi aut loci aut anni notam. 2) Quae anni quidem notam oſtendunt, at typographi aut loci carent indicio. 3) quae certum aevi et typographi nomen indicant. Inter illas, quae primi ſunt generis, omnium antiquiſſima et prima deprehenditur; ſed quae illa ſit, quae in recenſione primum, ſecundum aut tertium occupat locum? lectores judicent. Ambigua res eſt, in tam incertis certo aliquid definire. Noſtro quidem judicio, quae primum occupat locum, omnium eſt antiquiſſima; ſed lectoribus liberum permittimus judicium.

§. III.

Editio antiquiſſima.

Editiones primi generis dum indicare et ordine hic enumerare volumus, quaeſtio illa de antiquiſſima Bibliorum latinorum editione ſaepius mota, et ab utraque parte diſputata, nobis ſe ſua ſponte offert. Non antiquiorem extare editionem, quae certam anni habeat notam, illa Moguntina, quam *Johannes Fuſt* et *Petrus Schöffer* Anno M CC CC LXII in lucem emiſerunt. §. XXXIII. n. 1. a nemine unquam diſputatum aut negatum eſt. Sed utrum haec Moguntina editio omnium ſit prima et archetypa, an vero alia ſit editio adhuc antiquior, quae nullam habeat temporis notam, tempore tamen hac ſit prior, id eſt quod alii adfirmant, alii negant. Auctor noſter, vel potius *Boernerus* in acceſſionibus, negativam eligit ſententiam. „Editiones, „quae annum praemittunt 1443. 1446. 1459. falſae ſunt atque ſuppoſititiae; „quae laudantur hujusmodi in quibusdam catalogis, nullam fidem merentur, „quippe quae mendis typographicis, vel aera temporis manu exarata, fulciuntur. Editio vero Moguntina, ſi quae unquam fuit anni 1450. cujus me-„minit poſt Trithemium Andreas Schottus in Catalogo Interpretum ſacrae „ſcripturae, tentamen typographicum, potius habenda eſt, ut refert Andre-„as Chevillier, quam perfecta editio, quae hic admitteretur, ſi illius aliquod ſuper-

e) Ibid. B.

„ſupereſſet exemplar. f).„ In eandem fere ſententiam abiit *David Clement* g) qui multis argumentis, editionem Moguntinam anni 1462. omnium eſſe primam, evincere ſtuduit. Integra vero ad dua capita redit diſputatio: *primo* num teſtes ſint idonei et fide digni, qui editionem jam ab anno 1450. paratam eſſe adfirment? ſecundo: num exemplar quoddam ſuperſit, cujus natales ad decennium ſextum ſeculi XV. referri characteres interni poſtulent?

§. IV.

Teſtimonia.

Audiamus nunc teſtes, quorum fide de Bibliis latinis antiquiſſimis relatio ſtabilitur. Agmen inter illos ducit Auctor Chronici Colonienſis, quem hic nativa ſua lingua loquentem producimus: „Item deſe hoichwyrdige „Kunſtwurſz is vonden allereyrſt in Duytſchland tzo Mentz am Ryne. Ind „dat is der duytſcher nacion eyn groiſſe eirlicheit dat ſulche ſynryche myn„ſchen ſyn da tzo vynden. Ind dat is geſchiet by den jairen uns heren, an„no Domini 1440. ind van der zyt an bis men ſchreve 50 wart underſoicht „die Kunſt ind wat dair zo gehoirt. Ind in den jairen uns heren do men „ſchreyff 1450. do was eyn gulden jair. do began men tzo drucken, ind „was dat eyrſte boich dat men druckde die Bybel zo latyn, ind wart ge„druckt mit eynre grover ſchrifft as is die ſchrifft dae men na Myſſeboicher „mit druckt. Item wie wail die Kunſt is vonden tzo Mentz. als vurſz up „die wyſe als dan nu gemeynlich gebruicht wirt, ſo is doch die eyrſte vur„byldung vonden in Hollant Uyff den Donaten, die daſelfſt vur der tzyt „gedruckt ſyn. Ind van ind uyff den is genommen dat Begynne der vurſz „Kunſt. ind is vill meyſterlicher ind ſubtilicher vonden dan dieſelve manier „was, ind ye lenger ye mere Kunſtlicher wurden. Item eynre genant „Omnebonum der ſchryfft in eynre vurrede up dat boich Quintilianus ge„noempt, und ouch in anderen meir boicher, dat eyn Wale uyſſ Vranck„rych, genant Nicolaus Genſon have alre eyrſt diſe meyſterliche Kunſt von„den, mer dat is offenbarlich gelogen. want ſie ſyn noc im leven die dat ge„tzuigen dat men boicher druckte tzo Venedige, ee der vurſz Nicolaus „Genſon dar quame, dair he began ſchrifft zo ſnyden und bereyden. Mer „der eyrſte uynder der druckerye is geweſt eyn Burger tzo Mentz ind was „geboren van Straiſzburch. ind hieſch joncker Johan Gudenburch. Item „van Mentz is die vurſz Kunſt komen aire eyrſt tzo Coellen. Dairnae tzo „Straisburch, ind darnae tzo Venedige. Dat begynne ind vortganck der „vurſz Kunſt hait myr muntlich vertzelt der eirſame man Meyſter Ulrich „tzell van Hanawe boichdrucker zo Coellen noch zer tzyt anno 1499. durch „den die Kunſt vurſz is zo Coellen komen h).„ Verba hujus auctoris latine ſic

f) *Le Long* p. 250. col. 2. B.

g) Biblioth hiſt. et crit. tom. 4. p. 62-77.

h) Die cronica van der hilligen Stat van Coellen. Ad calcem: — Ind hait gedruckt mit groiſſem ernſt ind Vlyſſ Iohan Koelhoff Burger in Coellen. ind vollendet up ſent Bartholomeus avent des hilligen Apoſtels vurſz fol. 312. a. Prodiit Chronicon anno 1499. fol. conſtans foliis 350. et multis figuris ligno inciſis.

ſic exhibet *M. Z Boxhornius:* „Ars typographica, ſumma aeſtimanda, in„venta omnium primum in Germaniae Urbe Moguntina eſt, ad Rhenum, „circa Annum Domini noſtri M CCCCXL. et ab eo anno, donec ſcribere„tur M CCCCL. inventioni ejus, eorumque, quae ad illam pertinent, opera „impenſa fuit. Eoque anno, qui Iubilaeus fuit, coeptum fuit, libros impri„mere, primusque qui excuderetur, liber Biblia fuere latina, impreſſaque ea „ſunt ſcriptura grandiori, quali hodie Miſſalia ſolent imprimi. Quamvis „autem, ut praemittitur, Moguntiae ars haec inventa fuerit eo modo, qui „nunc temporis communiter uſurpatur, prima tamen ejus praefiguratio (ſeu „ſimulachrum) ex Donatis Hollandiae reperta et deſumta fuit, qui ibi ante id „tempus excuſi fuerant, eque illis principium praedictae artis depromptum „eſt. At poſterior haec inventio priori, quoad artificium et ſubtilitatem lon„ge praeſtantior fuit, indiesque ad majorem excellentiam perducitur. Au„thor quidam Omnibonus dictus, ſcribit in praefatione Quintiliano praefixa, „ac praeterea in aliis libris ſuis, Gallum aliquem nomine Nicolaum Genſon, „omnium primo inſigne hoc artificium reperiſſe. Sed is in illo manifeſti er„roris convincitur. Adhuc enim in vivis ſuperſunt, qui teſtari poſſunt, jam „tunc Venetiis libros impreſſos fuiſſe, priusquam Nicolaus Genſon eo dela„tus eſſet, ibique typos effingere et praeparare coepiſſet. Sed primus typo„graphiae inventor civis fuit Moguntinus, Argentina oriundus, cui nomen „erat Joannes Gutenberg. Moguntia autem dicta ars primo Coloniam „delata eſt, poſt Argentinam, ac deinceps Venetias. Initium ac progreſ„ſum saepius memorati artificii ex honorabilis Magiſtri Ulrici Zel, Hanovi„enſis, narrantis ore cognovi, qui etiam nunc hoc M CCCC XCIX. anno „Coloniae typographum agit, eoque authore ars haec Coloniam propagata „eſt i).„ Iungimus huic Abbatem *Joh. Trithemium*, qui ipſum typographicae artis progreſſum accurate determinat: „His temporibus (A. 1450.) in „Civitate Moguntina Germaniae prope Rhenum, et non in Italia, ut quidam „falſo ſcripſerunt, inventa et excogitata eſt ars illa mirabilis et prius inaudita, „imprimendi et characterizandi libros, per Joannem Guttenberger, civem „Moguntinum: qui cum omnem pene ſubſtantiam ſuam pro inventione hujus „artis expoſuiſſet, et nimia difficultate laborans, jam in iſto, jam in alio de„ficeret; jamque prope eſſet, ut deſperatus negotium intermitteret; conſilio „tandem et impenſis Joannis Fuſt, aeque civis Moguntini, rem perfecit in„ceptam. Inprimis igitur characteribus literarum in tabulis ligneis per ordi„nem ſcriptis, formisque compoſitis, Vocabularium Catholicon nuncupatum, „impreſſerunt; ſed cum iisdem formis nihil aliud potuerunt imprimere, eo „quod characteres non fuerunt amovibiles de tabulis, ſed inſculpti, ſicut dixi„mus. Poſthaec inventis ſucceſſerunt ſubtiliora, inveneruntque modum fun„dendi formas omnium Latini Alphabeti literarum, quas ipſi matrices nomi„narunt, ex quibus rurſum aeneos ſive ſtanneos characteres fundebant ad „omnem preſſuram ſufficientes, quos prius manibus ſculpebant. Et revera, „ſicuti ante triginta ferme annos ex ore Petri Opilionis de Gernsheim civis „Mo-

i) v. *Boxhornii* hiſtoriam univerſ. p. 950.

„Moguntini, qui gener erat primi artis inventoris, audivi, magnam a pri-
„mo inventionis ſuae haec ars impreſſoria habuit difficultatem impreſſuri
„namque Bibliam, priusquam tertium compleſſent in opere quaternionem,
„plusquam 4000. Florenorum expoſuerunt. Petrus autem memoratus Opi-
„lio, tunc famulus, poſtea Gener, ſicut diximus inventoris primi Joannis
„Fuſt, homo ingenioſus et prudens, faciliorem modum fundendi characteres
„excogitavit, et artem, ut nunc eſt, complevit. Et hi tres imprimendi mo-
„dum aliquamdiu tenuerunt occultum, quo usque per famulos, ſine quorum
„miniſterio artem ipſam exercere non poterant, divulgatus fuit in Argenti-
„nenſes primo, et paulatim in omnes nationes *k*).„

§. V.

Corollaria.

Ex hiſce relationibus Chronographi Colonienſis et Abbatis *Trithemii* ſequentia formamus corollaria. I) Auctor Chronici Colonienſis, de editione Bibliorum ſacrorum loquens, provocat ad teſtimonium ſibi ipſi ab *Ulrico Zel*, hinc temporis adhuc *Coloniae* ſuperſtite, qui ipſe Moguntiae artem typographicam didicerat, delatum; *Trithemius* vero ſua, quae refert, ex ore *Petri Opilii*, ſive *Schoefferi* hauſerat. Uterque itaque teſtis non ex vago rumore ſua deſumpſit, ſed a viris accepit, quae ſingula accurate ſcire poterant, et quorum inter manus ipſa, de qua loquuntur, fuerat editio. II) Teſtes anno Iubilaeo M CCCC L. Biblia latina, ut excuderentur praelo fuiſſe ſubmiſſa, clare declarant; quando vero finita fuerint, non accurate determinant. III) Ex *Trithemii* relatione, triplicem fuiſſe imprimendi modum; primo enim, integrum librum tabulis ligneis inſcripſerunt, atque ſculpendo litteras formarunt; deinde litteras mobiles e ligno ſculptas formarunt; et ultimo matrices formarunt, quorum ope deinde ex aere vel ſtanno typi fuſi ſunt. IV) Biblia iſta antiquiſſima charactere grandiori, quali poſtea in inprimendis Miſſalibus uſi ſunt typographi, expreſſa ſunt. Quae ſi invicem comparantur ſequentes nobis ſiſtunt editionis antiquiſſimae ſi unquam exiſtit, et ejus exemplar adhuc ſuperſtes eſt, characteres: 1) Biblia antiquiſſima typo grandiori ab aliis exemplaribus, quae ſine nota anni et loci proſtant, diſtinguuntur: et illa, quorum character eſt maximus, certe ſunt antiquiſſima. 2) Biblia antiquiſſima foliorum maximum, linearum vero in columna qualibet minimum habent numerum: major enim typus plura occupat folia, ſed pauciores permittit columnarum lineas; minor vero typus pauciora adimplet folia, et plures ſimul lineae unam conficiunt columnam. 3) Biblia antiquiſſima, ſi extant, typis mobilibus e ligno ſculptis expreſſa ſunt: non, uti *Catholicon*, tabulis inciſa. nec ſtanno, uti Biblia Moguntina anni 1462.; ſed charactere e ligno fabrefacto, uti Pſalteria Latina annorum 1457. et 1459. exſcripta ſunt. Lignei vero typi ab iis, quae ex ſtanno vel aere ad certas matrices formatae ſunt, facillimo negotio diſtingui poſſunt. Si ex ſtanno formantur, ſingulae litterae ejusdem ſunt formae, ad unam eandemque matricem

k) *Trithemii* annales Hirſaugienſes tom. 2. p. 421.

Digitized by Google

tricem fuſae. Quoties in columna littera E G. *a. c. g.* recurrit, quaelibet ejusdem eſt externae formae. Sed ſi ex ligno ſculptae ſunt, artificis non adeo accurate litteram formare potuit manus: ſed una eademque littera, *a.* vel *c.* vel *g.* in eadem linea rediens, diverſam a priori habet externam formam. Quod ſi itaque in Bibliothecis codex typis expreſſus deprehendatur, qui omnes jam recenſitos characteres ſimul oſtendat, is certe ille eſt, de quo Auctor Chronici Colonienſis loquitur, et omnium antiquiſſimus, anno 1450. inchoatus, et procul dubio ante annum 1457. finitus.

§. VI.

Confirmatio.

Editio Moguntina anni 1462. ſi ad haec examinatur criteria, eam non illam antiquiſſimam eſſe, facile apparebit. Conſtat ſecundum computationem a *Davide Clement* inſtitutam foliis 491. aut ſecundum aliorum recenſionem tantummodo foliis 483. et in quavis columna ſunt lineae 48. Sed proſtant Biblia latina ſine loco et anno, foliis 502. quae itaque antiquiora forent; et alia proſtant, foliis 830., quae in columna 36 habent lineas, quae et his antiquiora cenſenda ſunt. Senſit haec procul dubio *David Clement*, vir dum viveret, facile in re litteraria princeps, ut itaque ejusmodi argumentis obviam ire poſſit, relationem inprimis Chronographi Colonienſis ut fide haud dignam repraeſentet: omnem movet lapidem, ideoque ſtrenue inſiſtit veſtigiis *Joh. Dav. Koehleri*, qui in vindicatione gloriae et famae *Johannis Guttenbergii* [l]) nonnulla Chronographi Colonienſis errata detexit, ex quibus illam in aſſertis de origine Bibliorum ſacrorum primae editionis, fidem haud mereri concludit. Leviora ſunt quidem, interim et hic, quae obſervata ſunt, quia Bibliorum hiſtoriam illuſtrant, locum inveniant: 1) Auctorem erraſſe, dum *Ulricum Zell* a quo ſua acceperit, primum appellet Typographum Colonienſem, dum nomen ejus anno 1494. in Epilogo Commentarii in Logicam Ariſtotelis Gerhardi Hardwicenſis appareat. Verum jam anno 1473. idem *Ulricus Zell* nomen ſuum operi Quadrageſimali de poenitentia *Roberti de Licio* ſubſcripſit. Et ecquis antiquiores non eſſe quas procuravit editiones demonſtrabit? Hodie non amplius extant, aut adhuc alicubi delitescunt; quis inde olim nullas fuiſſe concludet? 2) Falſo illum aſſerere, Biblia eſſe primum librum expreſſum, cum ipſis Catholicon praeceſſerit; aſt quis unquam Catholicon illud grande volumen, tabulis ligneis ſecundum ſingula folia, columnas, lineas et verba inciſum, atque ita expreſſum, unquam vidit? Procul dubio hoc tantummodo tentavit *Guttenbergius*, et cum, quam ingens ſit labor, quantosque requireret ſumptus faciendos vidit, propoſitum dimiſit, opusque affectum rejecit. Atque tunc Biblia Latina primum ſunt opus impreſſum, conſummatum et ad finem perductum. 3) Falſo illum *Guttenbergium* Argentoratenſem appellare, dum Moguntiae natus ſit. Verum eſt; erravit; ſed quid inde? *Guttenbergius* per plures annos Argentorati domicilium habuit, hinc

l) Ehrenrettung Iohan Guttenbergs. Lipſ. 1741. 4.

hinc illum Argentoratenſem appellat; ſed ecquis relationem de edendis Bibliis in dubium vocabit, quia hiſtoricus natalem locum typographi ignoravit? 4) Falſo illum tradere, typographicam artem primo ad Colonienſes, et deinde Argentoratum abiiſſe; cum *Mentelius* jam anno 1466. Argentorati typographiam erexerit. Sed dubia eſt ipſa *Mentelii* aetas. et ſi certa eſſet, quis non ante hunc annum apud Colonienſes jam idem factum eſſe demonſtrabit? 5 Eum ſine jure aſſerere, *Guttenbergium* primam occaſionem cogitandi de imprimendorum librorum artificio, ex Donato Hollandio, tabulis ligneis expreſſo cepiſſe. Verum hoc non ad errores referendum eſt; *Ulrico* potius *Zell* qui *Guttenbergii* famulus fuit, omnis fides habenda eſt. Fabulatorem denique omnium ineptiſſimum appellat Chronographum *David Clement*, praeeunte ipſi *Johanne Mollero.* Sed fallitur *Clement. Mollerus* enim non de Chronographo Colonienſi, ſed de auctore Chronici Saxonici loquitur [m]). Haec ſunt quae Auctori ejusque de prima Bibliorum editione relationi objiciuntur; quibus breves annotationes oppoſuiſſe, ſufficiat. Plura qui deſiderat, 6) *Joh. Georgii Schelhornii* ſingularem adeat Diatriben, qua omnia et ſingula, pro more hujus viri, id eſt, quam ſolidiſſime excutiuntur [n]). Plura ſi addere vellemus, fortaſſis non omni ex parte ſuperflua forent, verum a noſtro ſcopo aliquantulum aberraturi eſſemus. Utrum vero relatio de Bibliis anno 1540. inchoatis, fide indigna ſit, an vero omnia veritatis habeat criteria, aequus rerum arbiter ex hiſce, quae annotavimus, dijudicabit.

§. VII.

Editiones ſ. l. et a.

Ad criteria ſupra expoſita jam examinandae ſunt editiones, quae ſine omni temporis et anni nota prodiere, et ut cimelia in Bibliothecis plerumque publicis adſervantur. Plures ſunt et enumerantur hujus generis editiones, quorum numerus ad XIII vel XIV. aſcendit: quas hic tantummodo enumeramus dum infra, quae exemplaria ejusdem ſunt editionis, quantum fieri poterit diſtinctius determinabimus. Sequantur editiones ſecundum ordinem Bibliothecarum.

I. In Bibliotheca Berolinenſi Regia.
II. In Bibliotheca Biblica Brunſvicenſi, quae nunc Bibliothecae Auguſtae, quae eſt Guelpherbiti, inſerta. Exemplar primum conſtans foliis 462.
III. In eadem Bibliotheca Exemplar ſecundum conſtans foliis 870. §. IX.
IV. In eadem Bibliotheca Exemplar tertium conſtans foliis 428.

V. In

m) Cronecken der Saſſen, cujus auctor eſt *Conradus Botho*, Brunſvicenſis. De editione germanica multis figuris ligno inciſis ornata, vide Beyträge zur Geſchichte merkwürdiger Bücher p. 710. Latinam Operis verſionem *Leibnitius* ſcriptoribus rerum Brunſvicenſium tom. 3. p. 277. inſeruit.

n) De Antiquiſſima Latinorum Bibliorum editione ceu primo artis typographicae foetu, et variorum librorum phoenice, ad Eminentiſſimum ac Reverendiſſimum Principem Dominicum Cardin. Paſſioneum. Ioh. Georgii Schelhornii diatribe. Ulmae 1760. 4.

V. In eadem Bibliotheca Exemplar quartum, conſtans foliis 493. cui manu adſcriptum eſt: Bamler. 1466. o).

VI. In Bibliotheca Bunaviana: de qua in Catalogo: Dolendum eſt, ſacro huic Codici additam non eſſe temporis locique impreſſionis notitiam, qui praeter chartae denſitatem et candorem, omnibus quoque aliis gaudet notis characteriſticis, quae prima inventae typographiae monumenta produnt. Nam 1) deficit Titulus; 2) literae initiales variis coloribus, rubro plerumque adpictae ſunt; 3) deſunt numeri paginarum, aeque ac cuſtodes. 4) Compendia ſcribendi, ſeu Abbreviaturae ſunt frequentiſſimae; 5) loco t ſaepe ponitur c, ut in particula *eciam*, Litteraeque i loco puncti virgula impoſita eſt. 6) Diphthongi omnes exulant: 7) Diſtinctionum ſigna adſunt nulla praeter puncta, duo puncta, et ſignum interrogandi, et haec ipſa ſigna, pro more illorum temporum, loco ſaepe parum conveniente collocantur. 8) Charta capite bovina eſt inſignita, et ſi regula illa Naudaei lib. 1. Epigrammat. p. 82. e ſigno capitis bovini cornuti, cognoſcendi libros primum editos a *Joh. Fauſto* in univerſum valeret, haec editio vel hoc nomine inter primos *Fauſti* labores referenda eſſet p).

VII. In Bibliotheca Craſſeriana.

Adſervatur Leodii in Bibliotheca Dn. *Baronis de Craſſier* Bibliorum exemplar duobus Voluminibus impreſſum, quod editorum omnium non immerito antiquiſſimum reputatur. In eo enim, quanquam omni ex parte completo, nullus index apparet, nec nomen typographi, nec locus nec annus editionis notatur, prout nec numeri in foliis, nec literae alphabeticae pro diſtinguendis ac diſponendis in ordine quaternionibus, venuſtate vero capitalium eſt decoratum, rubricationibusque, non quidem impreſſis ſed calamo ſcriptis fere per totum diſtinctum Adeo illud antiquitate praeſerendum cenſetur Bibliis Moguntinis anni 1562. quoniam eo tempore ars typographica, quam inventores ejusdem per plures annos antea ſecreti atque in abſcondito exercuerant, varias per Europae partes divulgata fuerat; typographorum abinde nomina ac loca, tempusque editionum publice libris appoſita viſuntur. Unde patet manifeſte, praedictum Bibliorum exemplar noſtrum primis inventae typographiae initiis ab ejusdem inventoribus procul dubio editum fuiſſe q).

VIII. In Bibliotheca Publica Francofurti ad Viadrum: eadem quae ſupra num. V. ſed ſine nomine Bamleri.

IX. In Bibliotheca Ienenſi ex Bibliotheca Danziana. Eſt eadem cum Brunſvicenſi n. III. Schelhornii n. XX. et Lipſienſi n. X. §. IX.

X. In Bibliotheca Lipſienſi Academica. Exemplar mutilum ſed ejusdem editionis ac praecedens §. IX.

XI. In

o) Bibliotheca Biblica das iſt Verzeichnis der Bibelſaml. p. 43. n. 1-8. *Knochii* hiſtor. critiſche Nachrichten p. 715. etc.

p) Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 13.

q) *Theophili Sinceri* neue Samlung von lauter alten und raren Büchern 1733. 8. p. 14.

XI. In Bibliotheca Luneburgenſi; Exemplar primum, quod idem eſt ac in Bibliotheca Regia Pariſienſi n. XVIII.

XII In eadem Bibliotheca ſecundum. Idem ac Brunſvicenſe n. IV.

XIII In Bibliotheca Memmingenſi publica. Exemplum ab omnibus aliis typo romano diſtinctum.

XIV. In Bibliotheca Carthuſiae Moguntiae extra moenia civitatis ſitae: quibus de Bibliis ſequentia refert *Schwartzius* r):

Horum Bibliorum exemplar, chartis impreſſum, vidi anno 1728. in Monaſterio Carthuſianae extra moenia Moguntiae. Quamvis vero iſti exemplari ultima quaedam folia temere eſſent abſciſſa, ut non cognoſci poſſet an in calce libri nomina ſua tempusque impreſſionis annotaverint typographi; in vetuſto tamen catalogo MS iſtius Bibliothecae annotatum legi. Biblia iſta Monaſterio a *Johanne Guttenbergio* aliisque quibusdam, quorum nomina mihi exciderunt, fuiſſe donata. Ego credo haec fuiſſe illa ipſa Biblia, quorum mentionem fecit auctor Chronici Colonienſis fol 312. — Unum hoc addo typos Pſalterii anno 1457 impreſſi aequales mihi viſos eſſe.

XV In Bibliotheca Publica Civitatis Norimbergenſis.

XVI In Bibliotheca Comitis Oxonienſis, quod exemplar ad *Meermannum* tranſiit.

XVII. In Bibliotheca Cl. *Panzeri* V. D. M. apud Norimbergenſes §. IX.

XVIII. In Bibliotheca Pariſienſi Regia, ab Abbate *Sallier* deſcriptum, quod idem eſt ac Luneburgenſe primum n. XI.

Au commencement de l' année 1739. M. l' Abbé Sallier ayant acquis pour la Bibliotheque du Roy, une Bible, ou ni le tems ni le lieu de l'impreſſion ne ſont marquez, et dont l'edition lui parut de beaucoup anterieure à celle de 1462 que la plûpart de Curieux regardent comme la premiere, il jugea qu'on en verroit avec plaiſir la notice, et que les obſervations, qu'il y joindroit, ne feroient pas inutiles aux gens des Lettres; tel fut l'objet du memoire dont nous allons rendre compte. — De ces differentes obſervations M. l'Abbé Sallier conclût, que la Bible, que la Bibliotheque du Roi a acquiſe depuis quelques mois, eſt ſortie de l'imprimerie de Jean Fuſth et de Pierre Schoeffer: il ajoûte qu'elle precede l'Edition de 1462. faite a Mayence. Cette Bible et marquée au Coin de ces deux Imprimeurs. La premiere page blanche preſente aux yeux la tête du taureau, en trois endroits; on trouve la feuille marquée d'une couronne, ſur le milieu de laquelle on a poſé une croix bien formée; dans un ſeul endroit on remarque la grappe de raiſin et ſur toutes les autres feuilles c'eſt la tête de taureau. Il pourroit en demeurer la et croire, qu'il a ſuffiſament prouvé ce qu'il a avancé; mais ſi l'on compare cette Bible avec celle de 1462. on reconnoîtra, dit il, par ce nouvel examen que cette même edition de 1462. qui a été regardée juſqu' à preſent comme la premiere, ne ſçauroit être

r) Documenta de origin typogr. part. 2. p. 4. v. Ejuſd. novus Index librorum ſub incunab. typogr. impreſſorum p. 25.

être que la troiſieme edition de la Bible imprimée. Dans la premiere, qui eſt celle du Roi, le ſecond volume commence ainſi: jungat Epiſtola quos jungit ſacerdotium: imp - . Dans la ſeconde Edition, qui eſt celle de la Bibliotheque Mazarine, le ſecond volume commence ainſi: Jungat Epiſtola quos jungit ſacerdotium: imp - Dans la troiſieme, qui eſt celle de 1462. le ſecond volume commence ainſi: Jungat Epiſtola quos jungit ſacerdotium: Ces differences prouvent aſſez, que ces trois editions ont été faites dans des années differentes La nouvelle Bible eſt moins parfaite que celle de 1462. 1. Le papier eſt mal fabriqué, d'une pâte groſſiere griſe inegalement diſtribuée, ce qui le rend clair dans un endroit et epais dans un autre. Le papier de la Bible de 1462. eſt mieux fabriqué. 2. La frappe eſt du même deſſein pour les charačteres de la Bible, dont parle Mr. l'Abbé Sallier pour celle du College Mazarin et pour celle de 1462. Le charactere de la premiere eſt du corps petit Paragon, celle de 1462. eſt du corps de gros Romain; ces differences de fonte n'empechent pas d'y appercevoir le même gout. — M. l'Abbé Sallier prouve ainſi de pluſieurs manieres 1mo que l'impreſſion a commencé a Mayence en 1452. 2do. qu'une marque indubitable des ouvrages ſortis de l'imprimerie de Fuſth et de Schöffer eſt l'empreinte d'une tête de taureau ſur le papier, qu'ils mettoient en oeuvre. 3o. que la Bible acquiſe pour la Bibliotheque du Roi, outre qu'elle eſt ſur le papier, que Fuſth et les Schöffer ont employé eſt encore fort eloignée de la perfection, qui ſe remarque dans la Bible de 1462 [s]). Duo exemplaria hic comparata ſunt a nobis §. XIII. et XIV. recenſita.

XIX. In Bibliotheca templi Divi Benedicti Quedlinburgi, cui referente *Tobia* Eckhardo annus 1457. adſcriptus eſt [t]).

XX In Bibliotheca *Joh. Georg. Schelhornii*, Memmingenſis, idem cum Jenenſi, n IX. Brunſvicenſi n III. et Lipſienſi n. X. §. IX.

XXI. In Bibliotheca *Schwartzii* [u]) idem cum Oxonienſi n. XVI.

XXII. In Bibliotheca Uffenbachiana quod idem videtur cum Bunaviano exemplari n. VI et in Catalogo ſequentibus delineatur: Latina Bibliorum editio vetuſtiſſima duobus conſtans voluminibus. Videtur omnium prima, et Moguntiae ab ipſis artis typographicae inventoribus, *Guttenbergio* ſcilicet ac *Fauſto* typis exſcripta. Quamvis enim nulla temporis, loci atque typographorum mentio fiat. evincit tamen id typorum inſignis, non omni tamen elegantia carens, ruditas, et ex ipſa hac ruditate ſua clariſſime elucens veneranda antiquitas; linearum ac ipſarum litterarum ſeu typorum inaequalitas, majuſcularum ac initialium litterarum manu et quidem coloribus facta adpictio, minio etiam ubivis additae interpunctiones, inſignis deni-

s) Obſervations ſur quelques Circonſtances de l'hiſtoire de l'imprimerie, et particuliérement ſur une Bible decouverte depuis peu, ou ni le tems ni le Lieu de l'impreſſion ne ſont marquez; dans l'hiſtoire de l'Academie Rojale des Inſcriptions et belles lettres tom 14. p. 238 ſeq.

t) de Codd. MS. Biblioth. Quedlinburg. p. 55.

u) vid. Index novus p. 28.

que Chartae craſſities, albedo ac nitor, quibus vetuſtiſſimi libri omniumque primae editiones, recentiores noſtras omnino antecellunt [x]).

XXIII. In Bibliotheca Viennenſi Caeſar. Reg cui manu adſcriptus eſt annus 1474. [y]).

XXIV. In eadem Bibliotheca [z]).

XXV. In eadem Bibliotheca [a]).

XXVI. In Monaſterio S Blaſii [b]).

XXVII. In Bibliotheca Vogtiana [c]).

„Adeſt nullus titulus ſingularis. et hoc ex more antiquiſſimorum librorum; litterae nullae initiales ſeu capitales, niſi quas variis coloribus eleganter diſtinctas adpinxit miniculator ſive illuminator, initio librorum et capitum; neque folia neque paginae in parte ſuperiori numerantur; nullae plagulae litteris A. B. C. ſive ſignaturis ſignatae, hinc nulla quoque recta hic potuerunt locum habere; nulli cuſtodes ſive voces paginae ſequentis indices appoſiti; nullae diſtinctiones minores, e. g. ſemicola, Commata, nullae diphthongi, nomen urbis, typographi, Anni tam in fronte quam fine omiſſum. Quum reperitur vocalis, loco *t* ſemper *c* eſt impreſſum; e. g *Iuſticia. ſanctificacio*, pro *dejicio*, aeque ac MS ſolent, impreſſum eſt *deicio*. Et ſi quis inquirere vult editionem huic ſimilem, poteſt notare hoc vitium typographicum in cap XXXVII. Eſaiae: *Ponam circulum in avibus tuis*:„ quo in loco plurimae editiones legunt: in *auribus*: pauciores: in *naribus*.

XXVIII. Biblia Latina fol. quae *Petrus Goſſe* venalia expoſuit, et *Meermanno* ordine ſeptima dicuntur, de quibus haec annotavit: „Lineis 49. duobus tomis, qui tamen uno volumine compacti erant. et cum litteris initialibus manu appoſitis. Exemplum tale, quod ex muſeo Comitis *de Hoym* Lutetiae pervenerat, deſcriptum videre eſt in Bibliotheca univerſali veteri et nova, collecta a *Petro Goſſe*, Bibliopola Hagae Comitum 1742., qui ut merces ſuas carius venderet, hanc editionem ut principem, emtoribus obtruſit; ſtultos tamen hujusmodi non invenit [d]).„ Eſt editio *Ribelii* prima §.

XXIX. Biblia Latina ſine loco et anno fol.

Character hujus editionis ſunt verſus illi, integrae editionum familiae ad calcem additi: *Fontibus ex graecis* &c.

XXX. Biblia Latina fol. max. quae a ſuperioribus Gloſſa ordinaria et interlineari diſtinguitur.

Haec ſunt quae recenſentur Bibliorum Latinorum exemplaria, quorum aetas, quia omnis abeſt temporis aut loci nota, valde dubia eſt. Ad manus ſunt adhuc variae aliorum recenſiones, quorum auctores ipſa exemplaria

x) Catal. Biblioth. Uffenbach. tom. 1. p. 1.

y) *F. G. Alteri* bibliographiſche Nachrichten p. 92. n. 2.

z) Id. p. 95. n. 13.

a) Id p. 95. n. 15.

b) Id. p. 89.

c) *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 117.

d) *Meermannus* p. 285.

plaria non viderunt, ſed ex aliorum recenſionibus novam condiderunt, et haud raro, uti, dum ſingula ſub examen vocavimus, experientia nos docuit, diverſorum exemplarium notas ita conjunxerunt, ut recenſiones nulli reſpondeant exemplari. Triginta enumeravimus exemplaria, ſed tot diverſa exemplaria diverſarum editionum ſpecimina extare, ut ſtatuamus: a nobis impetrare haud potuimus: minor certe illorum eſt numerus, uti ex ſuperioribus patet, dum varia exemplaria, quae a Bibliothecis, quorum ſunt ornamenta, nominantur, ejusdem eſſe typographiae et editionis, monuimus. Singulas vero dum curatius examinavimus recenſiones, omnes fere criteria tantummodo univerſalia, quae pluribus ſunt communia, enumerare deprehendimus, unde et parum certi ex iis definiri potuit. Quo vero in re tam ardua certi quid ſtatuere poſſimus, certa et indubitata determinavimus criteria, ad quae ſingula exemplaria examinanda ſunt, ut quae ſint eadem, quae ſint diverſa exemplaria, accurate dijudicari poſſit. Criteria vero ſunt ſequentia. I. Numerus foliorum voluminum. At cum exemplaria interdum ſint manca, et injuria temporum folia nonnulla ſint ablata, et porro duae diverſae editiones foliorum numero ſaepius ſint ſibi aequales; ponimus II. Numerum linearum typis exſcriptarum in qualibet columna completa, ut rubricas, ſive impreſſas ſive manu pictas, non numeremus. Cum et diverſas editiones hic ſibi reſpondere obſervavimus, addimus III. duas ultimas lineas in ſecunda columna folii primi recti; prima columna ſiſtit initium Prologi *Hieronymi*; ultimae lineae ſecundae columnae ita exſcriptae, uti abbreviaturis expreſſae ſunt, determinant accuratius, quae ex charactere primo et ſecundo determinari non potuerant. Ne vero volumen ab initio caſu mutilum, quo minus rite dijudicari poſſit, impediatur, addimus IV. Initium Libri Exodi, ultimamque lineam ejus columnae, quae initium Exodi ſiſtit. V. Ex ultimo Capite Apocalypſeos Specimen comma 6. et ſeq. et VI. denique ultima Apocalypſeos verba. Duo ex hiſce criteriis ſua ſponte profluunt axiomata. I. Exemplaria, in quibus ſingula VI. criteria accurate conſentientia deprehenduntur, ejusdem ſunt typographiae et editionis. II. Exemplaria, quae criterium primum et ſecundum commune habent, ratione reliquorum vero a ſe invicem recedunt, diverſae ſunt editionis, quamvis ejusdem typographiae eſſe poſſint. Ad ſingula criteria, quantum fieri potuit, tum Amicorum ope, tum ipſi exemplaria revocavimus, atque exinde dari XIII. ad minimum diverſas editiones evicimus, quibus ſi duo exemplaria XXX et XXXI. certo charactere a reliquis diſtincta adduntur, numerus omnium editionum ſine die et conſule eſt XV vel XVI. Quid vero Typographos, qui libris aliis primis typographiae temporibus editis nomina et temporis notam appoſuerunt, ut illa omnia a ſacris Bibliis abeſſe voluerint, olim impulerit, eſt cujus rationem reddere haud valemus. Cogitabamus olim plures typographos conjunctas Bibliis edendis ſubminiſtraſſe impenſas, et ita rem ordinaſſe, ut exemplaria a typographo ipſo venalia expoſita nominis et temporis indicium haberent, ſociorum vero exemplaria, ſine nota typographi

graphi et anni ipſis eſſent tradita ut ſi vellent, per miniculatorem nomen et tempus adſcribi curarent. Verum et hanc conjecturam fundamento niti nullo, ipſi dum ſingula exemplaria ad certos et indubitatos examinavimus characteres, certiores facti ſumus Differunt enim exemplaria non ſolum magnitudine chartae, quamvis illa ſaepius manibus recentioris bibliopegae minor reddatur, ſed numero foliorum, et linearum in qualibet columna, ut et forma typorum, et reliquis criteriis, quibus una ab altera editione diſtinguitur.

§. VIII.

Editio antiquiſſima.

Ad arduam ergo dijudicatuque difficillimam progredimur quaeſtionem, num in numero Bibliorum §. ſuperiori annunciatorum, editio ſit, quae antiquior ſit illa Moguntina anni 1462.? et quae ſit, quae omnium antiquiſſima habenda ſit? Si ad criteria §. V. expoſita ſingula examinamus exemplaria, quae hactenus innotuerunt, duo obveniunt Biblia, quae de antiquitate maxima contendunt, nimirum *Biblia Latina*, quae § praecedenti n. III. e Bibliotheca Brunſvicenſi, n IX. e Bibliotheca Jenenſi n. X e Bibliotheca Lipſienſi, et n. XX. e Bibliotheca *Schelbornii* laudavimus, et *Biblia Latina*, n. I. e Bibliotheca Regia Berolinenſi. I. Nulla unquam Biblia majori unquam typo expreſſa ſunt: proxime enim accedit ad id genus, quo Miſſalia olim impreſſa ſunt: et typus Exemplaris Berolinenſis major aliquantulum videtur illo, quo exemplaria Brunſvicenſe et reliqua exſcripta ſunt. II. Foliorum numerus eſt maximus. Exemplar Brunſvicenſe habet folia 870. Berolinenſe 637. linearum numerus vero eſt minimus, Brunſvicenſe 36. Berolinenſe 40. et 42.; Moguntina vero anni 1462. habet folia 491. lineas 48. III Typi ſunt, uti externa illorum forma oſtendit, e ligno ſculpti, neque ad unam eandemque matricem formati. Una eademque litera in una pagina, quin et in eadem linea et voce rediens, non ejusdem eſt formae, nec ſibi aequalis, modo craſſior modo tenuior, modo altior modo ſubmiſſior, modo rotunda modo angulata Accedit IV. littera *i*, quae in aliis editionibus antiquioribus modo acutum graecum modo punctum habet, in exemplari Brunſvicenſi ſemper ſemicirculo, in Berolinenſi vero modo ſemicirculo modo puncto notatur, modo utroque caret. Cornua vero ſemicirculi modo latius patent, modo arctiora ſunt, et hic in ſiniſtram et ibi in dextram deſcendunt partem. Ex hiſce itaque criteriis editiones, quarum diverſa exemplaria Brunſvigae et Berolini adſervantur, aetate editionem Moguntinam anni 1462. ſuperare, conjiciendum eſt. Sed quae ex hiſce duabus editionibus antiquiſſima dicenda ſit, non determinamus. Liberum ſit cuivis, qui typorum formas examinabit, ſtatuere et definire, quod ipſi maxime veroſimillimum videbitur. Nos vero ob majorem foliorum numerum Exemplari Brunſvicenſi primum, Berolinenſi ob minorem, ſecundum locum adſignavimus.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX.

Biblia Lat. N. I.

Biblia Latina, charactere Miſſali impreſſa. Fol. max.

Exemplar Bibliorum, quod primo loco recenſemus, omni diſtinctione in Volumina caret; tria interim plerumque volumina adimplet: primum habet folia 264. ſecundum folia 310. tertium folia 296. integrumque opus conſtat foliis 870. Textus diviſis columnis inſcriptus in qualibet columna occupat lineas 36. Hiſce duobus characteribus editio diſtinguitur ab omnibus aliis; nulla enim eſt, quae majorem foliorum, et minorem linearum habeat numerum. Charta ſuperbit albedine, et vel ſignum crucis in circulo, vel libram, vel caput bovinum oſtendit. Nulli ſunt foliorum numeri, nulli cuſtodes, nullae plagularum ſignaturae; rubricae librorum et foliorum manu ſunt ſcriptae. Littera *i* neque acuto graeco, neque puncto, ſed ſemicirculo ſuperne impoſito diſtinguitur: litterae initiales manu pictae ſunt. Statim ab initio in Columna prima legitur: *Incipit epiſtola ſancti iheronyni*, manu exaratum. In folio primo recto columna ſecunda lineae duae ultimae ſunt: S. I. et a.

mam ſolis meſam videret in ſa
bulo. Invenit ille vir ubiqȝ qd'

Liber Exodi incipit folio 41. b. col. 1. Lineae capitis primi in eadem columna ſunt 31. et ultima: qȝ vrbes tabernaculoꝝ phara-

Specimen externae formae typorum et linearum olim jam exhibuit *Schelkornius* e). Alterum debemus Cl. *J. G. Müllero* Profeſſori Jenenſi, acri inciſum et ſingulari in Schedula expreſſum, quod hic, quo editio per ipſas lineas a reliquis ejusdem generis diſtingui poſſit, iterum exhibemus. Id tamen monemus literas binas uno typo olim expreſſas, quia ejusmodi characteres in typographiis haud amplius reperiuntur, typo italico eſſe expreſſas, abbreviationum vero notas, ut et ſemicirculum litterae *i* impoſitum nos plane omiſiſſe.

Fol. ult. a. Column. b.

lin. 27 Et dns deus ſpirituu pphetaru
- 28 miſit angelu ſuu: oſtendere ſer
- 29 uis ſuis q oportet fieri cito. Et
- 30 ecce venio velocit. Beat9 q cuſ-
- 31 todit verba pphetie libri hui9.
- 32 Et ego iohannes q audiui z vi-
- 33 di hec. Et poſtqȝ audiſſem et vi-
- 34 diſſem cecidi ut adorare ate pe
- 35 des angeli q michi hec oſtende-
- 36 bat. Et dixit michi. Vide ne fece-

Lectiones quod attinet, haec editio cum Moguntina anni 1462. §. XXXIII. modo conſentit, modo ab illa recedit. Gen. III, 15. hic non, uti in quibusdam anti-

e) In praefatione ad Libr. *Card. Quirini* de opt. ſcript.

S. I. et a. antiquis editionibus *erupnas*, ſed *erumnas* expreſſum eſt. Gen. VII, 24. cum Moguntina *Optinueruntq; aque terras.* c. XVII, 12. c. M. *et quicunq; fuerit de ſtirpe vra.* 1 Sam. XV, 9. Mogunt: *Et p̄perit*, haec: *Et pepercit.* Tob. VI. 8. c. M. *ut deum a ſe et a ſua mente excludat.* Eſth. II, 25. Moguntina: *et animalibus traditum:* haec: *et aīalibus traditum.* Pſ. IX, 7. Moguntina: *et ciuitas deſtruxiſti*: haec: *et civitates deſtr.* Pſ. CV, 7. c. M. *in mari mari rubro.* Sapient. XVII, 1. Mogunt. et *enarrabilia verba*: haec: *et inenarrabilia verba.* Ier. XVIII, 6. c. Mog. *ſicut lutum* &c. c. XXI, 4. Mogunt. *quibus vos udgnatis:* haec: *pugnatis.* Ezech. XXIX, 1. Mogunt. *In anno decimo in duodecimo menſe:* haec: *in anno decimo et duodecimo menſe.* Matth. V, 4. Mogunt. *beati qui lugent, quoniam ipſi ſaturabuntur*: haec: *quoniam ipſi conſolabuntur.* Pluribus in locis conſentit haec editio cum Romana anni 1571. §. XXXV. e. g. Iob. II, 11. *Condixerant enim.* IV, 7. *recordare obſecro te.* V, 6. *non orietur.* 7. *ad volatum.* 10. *irrigat aquas uniuerſas.* 22. et *beſtias terre.* VI, 23. *eruite. Docete.* 25. *arguere.* VII, 4. *ſi dormiero dico.* 18. *parce michi; nichil.* Interim et ab Romana diverſitatibus lectionum diſtinguitur. Iob. I, 11. Romana: *benedixerit:* haec: *benedixerit tibi.* II, 3. Rom. *ac timens deum et recedens:* haec: *et timens deum ac recedens.* III, 4. Roman. *et non illuſtretur lumine:* haec: *et non illuſtret lumine.* VI, 9. Roman. *ſolvit manum:* haec: *ſolvat manum.* Jam vero de Typographo, cujus ope ſplendidiſſimum opus in vulgus exiit, nonnulla monenda ſunt. *Schelhornius* totus in eo eſt, ut editionem hanc omnium eſſe primam evincat, eamque *Guttenbergio* vindicet: cum quo conſentit *Meermannus*, qui huic editioni inter cognatas primum adſignat locum. In aliam vero abit ſententiam Cl. *Knochius*, qui cum *Bunemauno* editionem typographis Venetis *Johanni de Colonia* et *Joh. de Gerrezem*, qui Venetiis ab anno 1470. ad annum 1480. artem typographicam exercuerunt, adſignat. Verum hoc adſertum tum typorum hujus editionis ruditate, tum typorum ab *Johanne de Colonia* adhibitorum claritate et ſplendore ſatis refellitur. Neque idem Vir doctus in hac lite dirimenda judex videtur competens, ſiquidem *Rikelii* primam editionem §. XVI. pro illa omnium antiquiſſima venditat, quamvis illa jam litteras florentes habeat ligno inciſas, et ad calcem *Menardi* epiſtolam. *Friderico Creuſnero* majori veritatis ſpecie, quam iſtis Venetis, adſignari poſſet haec editio. De *Creuſnero* enim typographo Norimbergenſi conſtat, anno 1474. Pſalterium expreſſiſſe, eumque typorum formis, quibus litera *i* cum ſemicirculo exprimitur, uſum fuiſſe. Verum *Creuſnerus*, ſi non omnium primus, tamen inter primos Norimbergenſium typographos numerandus, adeoque *Guttenbergii* et *Fauſti* diſcipulus fuit, qui ab illis typorum formas ligno fabricare didicit. Secundo typi quibus *Creuſnerus* uſus eſt in excudendo Pſalterio, longe diverſi ſunt externa forma ab iis, qui exprimendis Bibliis adhibiti ſunt. Et denique perpauci tantummodo ejusmodi typi inter manus *Creuſneri* fuiſſe videntur, dum ipſe in antiquiſſimis libris, quos emiſit, jam typis melioris formae uſus eſt *f*). Unde Biblia

f) Inſervit rebus noſtris ſpecimen antiquiſſimum ex officina *Friderici Creuſneri*, ſine nota anni, ſed ante annum 1470. emiſſum, typis aeneis exſcriptum, in quo litera *i* acuto

blia noſtra *Creuſnero* haud addicenda eſſe cenſemus. Lateat itaque typographus, quia ipſe voluit. Exemplaria hujus editionis innotuerunt: 1) *Brunſvicenſe*, in Bibliotheca Biblica Sereniſſimae Principiſſae Viduae.* 2) *Jenenſe*, in Bibliotheca Danziana. 3) *Schelhornianum*, quod ſecundum volumen deſiderat. 4) Quod *Norimbergae* adſervatur in Bibliotheca Cl. *Panzeri*, quod exemplar Pſalterio finitur. Et 5) Fragmentum in Bibliotheca Lipſienſi g).

§. X.

Biblia lat. N. II.

Biblia Latina, charactere Miſſali impreſſa. Fol. Max. [1] S. I. et a.

Proxime ad praecedentem, tum numero foliorum tum linearum in columna ducti, jungimus Biblia Latina, quoad typorum formam maxime ſimilia. Conſtat integrum opus duobus Voluminibus, quorum prius 321. poſterius 316. continet folia, integrum opus 637. Folia in columnas ſunt diviſa, et folia quatuor priora 40. reliqua vero 42. lineas typo expreſſas in columna habent. In plurimis, ratione rubricarum, litterarum initialium, numerorum foliorum, cuſtodum, ſigraturarum et quae ſunt reliqua, editio praecedenti accurate conſentit. Sic et littera *i* interdum habet ſemicirculum, nimirum quando eſt litera conſonans, aut *i* longum, ſi vero eſt breve, aut puncto aut plane non eſt notatum. Quas ſupra notavimus ultimas ſecundae columnae lineas, in hac editione in ſecunda columna ſunt lineae 18. 19. 20. et ſecundae columnae lineae penultima et ultima ſunt:

ore tranſſuſa: fortius ſonat. Unde et
eſchineus cu rodi exularet: z legeretur

Liber Exodi incipit Fol. 25. a. col. 1. et lineae Capitis in eadem columna ſunt quinque, ultima vero: ierunt. Ruben. Simeon.

Verba ex Apocalypſi capite ultimo exſcripta hic occupant quatuor ultimas lineas columnae primae, et quatuor et dimidiam ſecundae columnae.

Column. 1. lin. 39 Et dns de9 Spirituu ppheta4 miſit
- 40 angelu ſuu: oſteudere ſ'uis ſuis queo-
- 41 portet fieri cito Et ecce uenio velociter.
- 42 Beat9 q cuſtodit verba prophetie libri

Column. 2. lin. 1 huius. Et ego iohannes q audiui et
- 2 uidi hec. Et poſtq; audiſſem z vidiſſe
- 3 cecidi ut adorare ante pedes angeli
- 4 qui michi hec oſtendebat. Et dixit mi-
- 5 chi. Vide ne feceris.

 De

acuto notatur. Siſtit illud Arborem conſanguinitatis et affinitatis ligno inciſam, cum lectura *Johannis Andreae*.

g) Conf. *Knochii* hiſtoriſch critiſche Nachrichten p. 724. *Joh. Georg. Schelhornii* diatribe de antiquiſſima latinorum Bibliorum editione, ceu primo artis typographicae foetu et rariorum librorum phoenice. Ulmae 1760. 4. *Mylii* memorabilia Biblioth. Ienenſ. p. 156. 157.

S. l. et a. De lectionibus hujus editionis nihil monendum eſt; accurate conſentit fere in omnibus cum editione Moguntina anni 1462. §. XXXIII. quo conjectura, eam eſſe primam a *Guttenbergio* inchoatam et a *Fauſto* conſummatam editionem, haud parum confirmatur. In aetate editionis vero determinanda in diverſas abeunt viri docti ſententias. Auctores Bibliothecae Berolinenſis, in eo maxime laborarunt, ut ſummam ejus antiquitatem non ſolum defenderent, ſed et illam etiam omnium eſſe primam comprobarent. Subſcribit illis *Meermannus* ſequentibus: „Exſtat Moguntiae in Coenobio Benedictinorum, Berolini in Bibliotheca Regia, ac Lutetiae in Collegio Mazarinico. Hanc editionem quod „Character (ſi a magnitudine receſſeris) multum accedat ad litteras Pſalterii a. „1457. imo magis quam praecedentis editionis Schelhornianae (§. IX.) (quanquam ille paulo grandior ſit) pro omnium principe Moguntinenſi a. 1450. habeo. Atque ita poſt me etiam ſenſit Clar. *de Bure* Bibliographie inſtructive „Vol. de Theologie Num. 25. Huic ſeſe mox oppoſuit *Fournierius* in Epiſtola „Gallica ad Clar. *Freron*, inſerta Diario, quod inſcribitur Année literaire a. „1764. et alteri Iournal des ſcavans ex edit. Amſtelod. a. 1764. Num. 5. p. 264. „At ejus ratiocinia duplici potiſſimum argumento enervare licet: primum quod „manifeſta utatur principii petitione, dum aliam editionem in eodem Collegio „Mazarinico reperiundam, ut principem nobis obtrudit, quae revera eſt Argentoratenſis anni 1468.; deinde quod ignoraverit, typos Moguntiae poſt plurium annorum exercitium inventos fuiſſe ſculpto-fuſos, et hoſce elegantes, „qualibus et memoratum Pſalterium a. 1457. prodiit.„ In eandem ſententiam quoque abiit *F. G. Freytagius*, qui vero in recenſione diverſas editiones confundit, atque hanc et praecedentem unicam eſſe ſibi perſuaſit. Contrarium vero ſtatuit D. *Clement*, qui editionem anni 1462. omnium eſſe antiquiſſimam multis argumentis evincere conatur [h]). Diſtinguenda eſt haec editio a praecedenti, uti manifeſta oſtendunt criteria. Perperam itaque a Viro docto adſeritur exemplar, quod Jenae, et quod Berolini adſervatur, ejusdem eſſe typographiae [i]).

Biblia Latina.

[II] Iungimus praecedentibus Bibliis Latinis Exemplar aliud, quod ſi non eſt ejusdem typographiae et editionis, certe tamen ſuperioribus quam maxime eſt ſimillimum. Membranae impreſſum eſt exemplar, quod adſervatur in Bibliotheca Monaſterii *S. Blaſii* ab Illuſtr. *Martino Gerberto* S. R. J. Principe et Abbate delineatum. Comparat ille in itinerario litterato exemplar cum illo, quod in Bibliotheca *Schelhorniana* fuit, quod §. IX. delineavimus, atque inter utrumque exemplar magnum quidem conſenſum, verum et multas diverſitates offendit. Differt enim tum foliorum numero, tum et linearum in qualibet columna numero. Verum cum exemplari quod Berolini in Bibliotheca Regia adſervatur ita conſentit, ut utrumque unius ejusdemque editionis eſſe videatur. Habet eundem

h) Berliniſche Bibliotheck Vol. 1. p. 269. 429. *Meermanni* origin. typogr. Ind. p. 284. *Freytagii* analecta literaria p. 115. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 62. *Widekindi* Verzeichnis von raren Büchern p. 547.

i) *Bernoullii* Reiſen vol. 5. p. 78.

eundem in qualibet columna linearum numerum, folia foliis, columnae columnis, lineae lineis accurate reſpondent, quin et typus conjunctus in utroque exemplari, in una eademque voce deprehenditur. Specimina hoc demonſtrabunt: S. I. et a.

Fol. 1. a. col. 2. lin. penult. ult.	ore tranſfuſa: forcius ſonat. Unde et eſchines cu rodi exularet. z legeretur
Fol. ult. col. 1. lin. ult.	Beatꝰ q cuſtodit verba prophetie libri
col. 2. lin prim.	huius. Et ego iohannes q audiui et
Lin. ult. Apocal.	Su. Gratia dni nri iheſu chriſti cu omnib3 vobis ame.

Addidit miniculator colore rubro: Explicit apocalipſis. In voce *verba*, littera *b* et *a* in unum coaleſcunt in utroque exemplari typum. Quae omnia, ejusdem editionis eſſe exemplaria probant. Verum ſpecimina typorum, quae ex exemplari Berolinenſi benevolentia Cl. Conſiliarii Aulici D. *Stoſchii* accepi, diſtinguuntur magnitudine ab iis, quae in modo laudato itinerario litterato exhibentur; nec conſentiunt cum iis, quae mecum communicavit R. P. *Aemilianus Uſſermannus*, Bibliothecarius Monaſterii S. Blaſii, ex quibus ultimas Apocalypſeos lineas aeri inciſas exhibemus. Idem ille vir doctus, mihi refert, litteras initiales et columnarum rubricas, exceptis iis ab initio libri usque ad Geneſin, manu eſſe factas, litteram *i* ſemper habere ſemicirculum, qui interdum non accurate expreſſus, duo repraeſentet puncta: ſigna diſtinctionis dari punctum quadratum, duo puncta et interrogationis ſignum: punctum vero, quod commatis locum ſuſtinet, poſitum eſſe non in baſi ſed in medio lineae. Quae omnia ita comparata ſunt, ut certi quid definire non audeamus. S. I. et a.

§. XI.

Biblia Lat. N. III.

Biblia Latina ſine loco et anno Fol. magn.

Editio a praecedentibus diverſa, duobus voluminibus conſtans, cujus prius habet folia 320. poſterius 312, totum opus 632. Columnarum diviſarum quaelibet habet lineas 41. Character quidem ſatis grandis eſt, attamen minor quam in praecedentibus. Fuit olim in Bibliotheca *C. G. Schwarzii*, qui illam ita delineat: „Biblia Latina duobus voluminibus majorum foliorum compre- „henſa, typisque ligneis, iisque mobilibus impreſſa, ſed ſine indicio vel anni „vel loci vel typographi. Nullis paginae numeris (niſi quos recentior manus „adſcripſit) neque chartarum quinterniones literis Alphabeti, quas ſignaturas „vocant, diſtinguuntur. Literae cujusque libri primae, ut et Capitum initiales, „ſunt adpictae. Inſcriptiones et tituli omnes librorum, Numerique Capitum, „modo minio modo colore caeruleo, calamo ſunt additi. Singulae paginae in „binas columnas dividuntur. Nullas adhuc rubricas typis impreſſas usquam de- „prehendes. Ipſi characteres Gothici, et typi ſunt ſatis pingues, quos ratione

S. I. et a. „quantitatis referas ad eam claſſem typorum, quae hodie a Typographis *Text-* „*antiqua*, item *Parangon antiqua* appellatur; litterae vero non ſunt ſibi invi- „cem ſatis aequales, adeo ut ſi exempli cauſa litera *o* in una pagina vel tricies „pluriesve occurrat, nunquam ex omni parte ſibi aequalis videatur, cum modo „craſſior appareat, modo tenuior; modo paulo altior, modo brevior; modo „vero oviformis, modo rotundior; et quae ſunt aliae varietates. Unde facile „colligas, iſtos typos non certae formae, vel matrici fuiſſe infuſos, ſed ex ligno „ſigillatim ſculptos; quamquam non raro unus typus etiam binas ternasque li- „teras junctim complectatur. Videntur adeo haec Biblia eadem eſſe, quorum „exemplar ejusdem prorſus formae Amicus obſervavit Leodii in Bibliotheca „Dom. Baronis de Craſſier, quod ille, haud praeter cauſam Bibliis Moguntí- „nis anni 1462 antiquitatis nomine utique praeferendum cenſuit, imo pro omni- „um editorum antiquiſſimo habuit. Ut alii habeant, quod cum ſuo exemplari, „ſi forte ſimile poſſideant, conferre poſſint, pauca loca ſpeciminis loco annota- „bo. Praemittitur operi Epiſtola Hieronymi ad Paulinum, ejusque Prologus „in Pentateuchum. Altera columna primi folii his duobus verſiculis finitur:

Nec hoc dico. q ſit aliqd in me ta
le qd vel poſſis a me audire vel

„Capite VIII. Geneſ. quod in ſeptimi folii pagina averſa extat verſu 5 haec le- „gimus: *Duodecimo em meſe pma die menſis apparuerunt cacumina mociu.* Geneſ. „XI. quod in averſa pagina folii octavi eſt: *Vixitque Arphaxad poſtqua genuit ſale* „*trecentis et tribus annis et genuit heber. Vixitque ſale poſtq genuit heber qdringen-* „*tis et tribus anis et genuit filios et filias.* — Superſedeo nunc alia loca variantis „lectionis hic annotare. Sicuti autem primus tomus horum Bibliorum finitur „Pſalterio Davidis, cujus Pſalmi non numeris, ſed titulis tantum, iisque minio „praeſcriptis, a ſe invicem diſcernuntur: ita alter tomus initium capit a Para- „bolis Salomonis praemiſſo prologo.„ Haec *Schwarzius*, quibus ut editionis characteres diſtinctius appareant, ſequentia addenda ſunt.

Exemplar quod olim *Schwarzii* fuit, jam in Bibliotheca Altdorffina adſervatur; duo vero ejusdem editionis exemplaria exſtant Norimbergae, alterum in Bibliotheca publica, alterum in Bibliotheca Cl. *Panzeri:* quae ſibi in omnibus ſupra enumeratis conſentiunt, et litera *i* ubivis acuto notatur. Interim in primi folii columnae ſecundae ultimis lineis obſervatur quaedam varietas. Verba ſunt eadem, at lineae et characteres compendii ſcribendi ſunt diverſi. Duo enim Exemplaria Norimbergenſia ultimas duas lineas ſic exprimunt.

Nec hoc dico q' ſit aliquid in me
tale q'd vl' poſſis a me audire l'.

Ex quo primum folium iterata vice eſſe expreſſum conſtat. Liber Exodi initium capit fol. 29. a. col. 1. et lineae capitis in eadem columna ſunt 15. earumque ultima.

ignorabat Joſeph. Et ait ad pplm ſuu.

Apo-

Apocalypſis ultimo, verba ſuperius ſpeciminis loco exhibita ita diſponuntur: S. I. et a.

Column. 1. lin. 38 — — — — Et dns
- 39 deus ſpirituu — angelu ſuu
- 40 oſtendere — fieri cito
- 41 Et ecce — q cuſto
Column. 2. lin. 1 dit verba — Et ego
- 2 iohanes — Et poſt
- 3 q audiſſem — ut adora
- 4 re ante — — oſtende
- 5 bat. Et dixit michi. Vide ne feceris. Co.

Apocalypſeos lineae ultimae.

cito amen. Veni domine iheſu Gracia
domini noſtri iheſu criſti cum omnibȝ
vobis amen.

Hiſce characteribus editio a reliquis omnibus diſtinguitur. *Meermannus* huic editioni tertium ratione antiquitatis adſignat locum, et de eadem ſequentia annotavit: „Exemplum habuit Cl. *Schwarzius*, et aliud ex Bibliotheca „Comitis Oxonienſis in meam tranſiit. Videtur autem perantiqua eſſe editio, „et forte a *Jo. Peterſhemio* Francofurti, aliove principe quodam in Germania im„preſſore, poſt *Fuſtii* et *Gutenbergii* ſeparationem excuſa.„ Verum haec celeberrimi Viri conjectura non firmo ſtat talo, ſed majori jure *Henrico Eggeſteyn* Argentinenſi, editio referenda eſt. Ipſum Exemplar ante oculos habet Cl. *Panzerus*, Norimbergenſis, qui illud cum *Conſtitutionibus Clementinis* ab *Henrico Eggeſteyn* 1471. Argentorati expreſſis, ſumma cura contulit, eundemque typum in utroque exemplari deprehendit. Confirmatur haec ſententia porro ſpecimine typorum *Eggeſteynii* a *Schoepflino* Tab. V. exhibito, cum quo character Bibliorum tam accurate conſentit, ut natale hujus editionis ſolum non amplius in diſcrimen vocari poſſit; quamvis aera ejus adhuc ſit dubia [k]).

§. XII.

Biblia ſ. l. et a IV.

Biblia Latina. Fol. magn. (Zellii). [I]

Editio antiqua, duobus voluminibus conſtans, quorum prius folia 345. S. I. et a.
poſterius 334. folia habet, cui adhaeret Tabula omnium divine ſcripture ſeu biblie librorum, fol. 28. adimplens. Columnae ſunt diviſae et quaelibet habet lineas 42.

Rubricae librorum et columnarum ſunt impreſſae, litterae initiales manu pictae. Littera i habet acutum. Fol. 1. a. col. 2. lineae ultimae ſic expreſſae ſunt

evāge-

k) *Vogtii* Catal. libror. rar. p. 118. Nützliche und auserleſene Arbeiten der Gelehrten im Reiche part. 6. p. 496. *Meermanni* origin. Ind. p. 285. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 79.

S. L. et a. evãgelium ne forte in vacuū cur
reret aut cucurriſſet. Habeȝ neſcio.

Liber Exodi incipit Fol. 31. b. col. 1. et Lineae Capitis in eadem ſunt columna 31.

Ultima columnae linea vero: ludentes z inuidentes eis atqȝ ad

Apoc. ult. a col. 1. lin. 28 liſſima ſūt z vera Et dn̄s deꝯ ſpiri
- 29 tuū — — oſtē
- 30 dere ſeruis — fieri cito
- 31 Et ecce — qui cu
- 32 ſtodit verba — huius
- 33 Et ego — vidi hec
- 34 Et poſtqȝ — ceci
- 35 di ut — angeli q̄
- 36 mihi hec — Et dixit m̄. Vi
- 37 de ne feceris. Cōſeruꝯ em̄ tuꝯ ſū z

Lineae ultimae Ve·
ni dn̄e ihu'. Grā dn̄i nr̄i ihū xp̄i cum
omnibꝯ vobis amen.
Explicit liber apocalipſis bea
ti Johannis apoſtoli.

Iudice *Meermanno* primi impreſſoris Colonienſis *Zellii* eſt prima editio.

[II] Biblia Latina. Fol. Magn. (*Zellii* ſecunda) Num. V.

Diſtinguimus hanc editionem a praecedenti, quamvis ſibi invicem ſint ſimillimae. Idem eſt foliorum numerus voluminis primi 345. et ſecundi 334. Idem linearum in columna numerus 42. Rubricae ſunt impreſſae, litterae initiales manu pictae: littera i habet acutum. Atque ita omnia ſibi conſentiunt. Verum accurate ſi Exemplaria inter ſe conferuntur, diverſitates, quae iteratam produnt editionem, ubivis offenduntur.

Fol. 1. col. 2. lineae ultimae:

gelium ne forte in vacuum curre
ret aut cucurriſſet. Habet neſcio

Lib. Exod. incipit fol. 31. b. col. 1. Lineae capitis I. ſunt 31. ultima vero
illudentes z invidentes eis atqȝ ad

Apocalipſeos ultimo, editiones conſpirant lineis 28-37. Ad calcem vero ſic legitur.

Veni dne iheſu. Grā dn̄i nr̄i ih'u
xp̄i cum onibꝯ vobis amen.
Explicit liber apocalipſis bea
ti Johannis apoſtoli.

§. XIII.

§. XIII.

Biblia ſ. l. et a. N. VI.

Biblia Latina ſine loco et anno, Fol. magn.

Biblia ſunt, quae alias ſub *Bamleri* nomine veniunt: ipſique et nos Circa 1466.
cum aliis addixiſſemus, niſi et exemplaria invenirentur, quae nomine hujus typographi carent. *Bamleri* nomen oſtendit Exemplar in Bibliotheca Biblica Brunſvicenſi; idem vero exemplar adſervatur in Bibliotheca publica, Francofurti ad Viadrum, at ſine nomine adſcripto, et plane ſine nota anni. Tam accurate cum mox ſequenti editione conſentit, ut qui non accurate ſingula momenta obſervat, facile unam eandemque eſſe editionem ſibi perſuaderet. Exemplar habet folia 492. quamvis Cl. *Knochius*, qui exemplar Brunſvicenſe deſcribit, 493. fol. ponat. Lineas habet in qualibet columna 45. Atque in his haec editio cum ſubſequenti accurate conſpirat. At jam in primo voluminis folio, et quidem in ſecundae columnae lineis ultimis diverſitas apparet.

Lin. 44 et omeʒ altitudinē excollentē ſe adu'ſus ſci-

\- 45 entia dei: et captiuātes omēm intellectū ad

Exodi liber incipit Fol. 23. b. col. 2. lin. 29. Lineae capitis 1. in columna ſunt 15. Ultimae lineae cum ſequenti editione accurate conſentiunt. In prologo in Parabolas

Salomonis haec legit: Iungat epiſtola quos iūgit ſacerdotiū: im-

Subſequens vero: Iungat epiſtola quos iungit ſacerdotiū: im-

In ultimo Apocalypſeos, columnae quidem et linearum numerus ſibi reſpondent. Verum in ipſis lineis non idem eſt verborum numerus:

Column. 1. lin. 44 conteſtor ēni om̄i audienti verba prophetie
\- 45 libri huiꝰ. Si q̄s appoſuerit ad hec. apponet
Column. 2. lin. 1 deus ſup illum plagas ſcriptas in libro iſto:
\- 2 et ſi quis diminuerit de verbis libri prophe-
\- 3 tie huius. auferet deus partē eius de libro vi-
\- 4 te et de ciuitate ſancta: et de hiis q̄ ſcripta ſunt
\- 5 in libro iſto. Dicit qui teſtimonium phibet
\- 6 iſtoꝝ. Etiā, venio cito amē. Veni dn̄e iheſu
\- 7 Grā dn̄i noſtri iheſu criſti cū omnibus vobis

Amen. Adſcripſit Miniculator. Accedit hiſce lectio Gen. III. erupnas, nec non aliae diverſitates, quas teſte *Meermanno* collegit *Fournierius*. Quae ſi inter ſe conferuntur, diverſas eſſe editiones, ſatis evincunt, quanquam unam ad alteram effigiatam eſſe haud unquam negaverim. Sed jam de typographo oritur diſceptatio, utrum nomen a miniculatore adſcriptum, ſit indicium, hanc editionem ex *Bamleri* typographia eſſe productam? an vero editio ſit ex officina *Eggeſteinii*, cui miniculator nomen ejus, cujus juſſu volumen coloribus diſtinxe-

 rit,

rit, nimirum *Bamleri* ut poſſeſſoris, adſcripſerit? Anceps eſt quaeſtio. Editio quae *Eggeſteinio* adſcribitur, nomen ejus itidem a miniculatore adſcriptum habet, non typo expreſſum. Si itaque nomen *Bamleri* ſolummodo voluminis poſſeſſorem denotaret, idem et de *Eggeſteiniana* dicendum eſſet. Nec objici poteſt, *Bamlerum* aliis typorum formis uſum fuiſſe: fieri enim potuit, ut Bibliis imprimendis ex eadem fabrica ſeu ab eodem ſculptore ſibi typos comparaverit, a quo *Eggeſteinius* ſuos adquiſiverit. In re tam ardua, nihil certi determinari poterit, niſi unicam, hanc editionem, quae jam anno 1466. anni notam a miniculatore accepit, antiquiorem eſſe illa, cui nomen *Eggeſteinii* cum nota anni 1468. adſcripta eſt.

§. XIV.

Biblia ſ. l. et a. N. VII.

Biblia Latina ſine loco et anno Fol. magn. II. Vol.

Circa 1468. Variis Characteribus diſtinguitur haec editio a praecedentibus, nimirum foliorum numero; volumen primum continet ab Initio ſeu Prologo *Hieronymi* uſque ad finem Pſalmorum folia 248. volumen ſecundum 244. folia, integrum opus folia 492. Diſtinguitur porro linearum numero in columna, quarum ſunt 45. Character ſeu typus praecedentibus eſt aliquantulum minor, lineae vero ipſae ſunt inaequales. Folio 1. a. col. 2. ultimae lineae ſic expreſſae ſunt:

lin. 44 et omne altitudine extollente ſe adverſus ſci-
- 45 entia dei: et captiuitates omne intellectum ad —

quo ſatis diſtinguitur ab editione praecedenti. Liber Exodi incipit Fol. 23. b. col. 2. lin. 29. ſequuntur 15. lineae Capitis primi typis expreſſae, quarum ultima:

populu ſuum. Ecce populos filioru iſrahel —:

Quae ſupra ex Apocal. cap. ult. exſcripſimus, hic leguntur fol. ultimo b. col. linea 16-23. Eodem folio columna 2. linea 1-7. haec leguntur:

lin. 1 deus ſup illu plagas ſcriptas in libro iſto:
- 2 et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetie
- 3 huiꝰ. auferet deꝰ parte eiꝰ de libro vite et de
- 4 ciuitate ſancta: et de hys q ſcripta ſut in libro
- 5 iſto. Dicit qui teſtimoniu phibet iſtorꝝ. Etia
- 6 Venio cito amen. Veni dne iheſu. Gratia do
- 7 mini nri iheſu criſti cu omnibis vobis ame.

Accurate haec exſcripſimus, ſervato vitio in ultima linea typographico *omnibis*, ut eo facilius in poſterum exemplar diſtingui poſſit. Quoad externam formam, praecedentibus haud diſſimilis eſt editio. Rubricae et litterae initiales manu pictae ſunt. Foliorum numeri, cuſtodes et ſignaturae plane deſunt. Lectiones habet editio plures, in quibus ab aliis editionibus recedit, et in his mo-

do

do cum editione N. II. conſentit, modo et ab illa diſſentit: e. g. Gen. II, 24. Circa 1468.
N. II. uxori ſue; haec: uxori ſui. Exod. V. 13. N. II. §. X. inſtabant dicentes. Haec: dicebant. Luc. XI, 4. N. II. dimittimus omni debenti nobis. Haec: debitoribus noſtris. Rom. X. 17. N. II. ergo fides. Haec: vides. Plura variarum lectionum ſpecimina proferuntur a *Joh. Henr. Tode* in Bibliotheca Berolinenſi, qui exemplar hujus editionis deſcribit, quod *Luneburgi* in Bibliotheca civica adſervatur. • Praemittuntur exemplari Auctoritates utriusque Teſtamenti, quae non, uti ibidem legitur 39. ſed tantummodo 37. folia occupant. Idem auctor computum foliorum haud accurate inſtituit, dum volumini primo exceptis hiſce auctoritatibus folia 257. adſignat. Theodorus Havemannus, qui anno 1502. hoc exemplar poſſedit, ſingulis foliis a primo folio *Auctoritatum* incipiens, numerum adſcripſit, hinc fol. 38. eſt Bibliorum initium, et Hieronymi prologus. Secundum hunc modum computandi volumen primum habet folia 285. *D. Clement* manibus idem tractavit exemplar, ſed errorem commiſſum haud detexit. *Meermannus* diſtinguit hanc editionem ab alia, quae eundem foliorum numerum et itidem 45. lineas in columna habet: „Secundum (Volu„men) duntaxat in Collegio Mazarinico Lutetiae reperitur; utrumque in Bi„bliotheca Commendae S. Johannis Hieroſol. Argentorati, e quo exemplo evi„dens eſt, prodiiſſe hanc editionem Argentorati typis *Eggeſteinii* a. 1468. quan„doquidem a miniculatore, qui rubricas appoſuit, ad calcem primi voluminis „adſcriptum legitur: Explicit Pſalterium — per Magiſtrum Henricum Egge„ſtein anno LXVIII. cujus ſubſcriptionis integritatem vindicavi in conſpectu p. „42. Ut vero haec editio diſtingui a priore, (*Bamleri*) poſſit, notandum eſt, in „prima ſtatim linea ſecundi voluminis hic legi: jungat epiſtola quos jungit ſacer„dotium: im- quae in praecedente Bamleriana eodem plane modo impreſſa „ſunt, ſi exceperis quartam vocem abbreviate illic legi: iugit. Alias differen„tiae notas collegit *Fournierius* Diſſ. II. p. 208 ſeq. qui ambas has editiones pri„mis impreſſoribus Moguntinis injuria accenſuit.„ Verum et in hiſce errorem latere, non ſine veri ſpecie arbitramur. Exemplar Collegii Mazarinici accurate delineavit Abbas *Sallier*. *in hiſtoire de l'Academie des Inſcriptions et des Belles Lettres* vol. XIV. p. 252. quo teſte in illo exemplari legitur: jungat epiſtola quos iungit ſacerdotiu: imp - dum in hac legitur: jungat epiſtola quos iungit ſacerdotiu: im- *l*).

§. XV.

Biblia Latina. Fol. N. VIII.

Biblia Latina. S. l. et a. Fol.

Notitiam hujus exemplaris, quod in Eccleſia Marggröningenſi Ducatus S. l. et a.
Würtenbergenſis adſervatur, debemus Cl. *Naſtio* m), felici illi de Bibliis germanicis antiquiſſimis commentatori. Sed non integra ibidem extant Biblia, verum

l) Berliniſche Bibliotheck. vol. 1. p. 410. *Meerman*. l. c. *Clement*. l. c. p. 77. *Weislingeri* armamentarium cathol. p. 8. et Catal. Biblioth. S. Joh. Hieroſol. p. 26.
m) Ex Litteris ejus ad Cl. *Panzerum* Norimbergenſem datis.

rum ſolummodo poſterius volumen adeſt. Continet volumen, quod, uti antiquiora conſueverunt exemplaria, a Proverbiis Salomonis incipit, folia 216. et Apocalypſis deſinit fol. 216. columna 3. in medio. Singulae columnae habent lineas 48. Rubricae et capitum litterae initiales calamo ſunt pictae: initiales vero litterae Librorum ſacrorum ornamentis frondibusque cinctae, vel ligno vel ſtanno ſunt expreſſae. Ultimae Apocalypſeos lineae ſic expreſſae ſunt.

Venio cito amē. Veni dn̄e ihesu. Gracia domī
noſtri ihesu criſti cū omnib; vob' amen.

Dari editionem Latinorum Bibliorum antiquiſſimam, ſine die et conſule evulgatam, quae Eſai XXXVII, 29. legit: *ponam circulum in* avibus *tuis;* cum fere omnes antiquiores legant; *ponam circulum in* auribus *tuis,* ex *Vogtii* Catalogo [*]) diſcimus. Atque niſi omnia nos fallunt, haec editio hoc errore typographico ab aliis diſtinguitur.

§. XVI.

Biblia ſ. l. et a. N. IX.

Biblia Latina II. Vol. Fol. Max.

Richelii prima. Diſtinguitur haec editio a praecedentibus litteris capitalibus ligno inciſis et typo expreſſis. *Meermannus* ipſi 49. lineas adſcribit; quod non ſatis eſt accuratum. Plurimae columnae habent 48. lineas, perpaucae tantummodo 49. Foliorum numerus eſt 468. Rubricae impreſſae ſunt, et quidem Rubricae librorum colore rubro, capitum nigro colore. Litterae initiales ligno ſunt inciſae partim majores partim minores. Littera i habet acutum. Fol. 1. a. col. 1. Incipit prologus:

Incipit epiſtola ſancti iheronimi ad pauli-

Lineae columnae ſecundae ultimae ſic expreſſae ſunt

lielis. legē moyſi et pphetas didiciſſe ſe glo
riatur: vt armatus ſpiritualibus telis. poſtea.

Liber Exodi incipit Fol. 23. a. col. 2. Lineae Capitis 1. in columna ſunt 33. et ultima

tricibus hebreorꝝ: q̄ꝝ vna vocabat' ſephora.

Apocal. ult. b. col. 1.

Lin. 15 liſſima ſunt et vera. Et dn̄s de9 ſpirituum pphe
- 16 taꝝ miſit angelum — ſuis q̄
- 17 oportet fieri — Beat9
- 18 q' cuſtodit v'ba — ego iohā
- 19 nes q' audivi — z vidiſ,
- 20 ſē cecidi — oſtē
- 21 debat. Et dixit michi. Vide ne fecer. &c. Cōſerv9

Ultimae

*) Catalog. libr. rar. p. 118.

Ultimae Apocalypſeos lineae Richelii prima.

Venio cito amen. Veni domine iheſu. Gracia do
mini noſtri iheſu criſti cum omnibꝫ vob' amen.
Et ſic eſt finis

Sequitur Epiſtola *Menardi* ad Iacobum de Iſenaco, cum ſubjunctis verſibus:

Qui memor eſſe cupit librorum bibliothece &c.

Exemplar hujus editionis teſte *Meermanno*, ex Bibliotheca Cl. *Gros de Boze* adſervat Lutetiae Ia. Praeſes *de Côte*. Idem adſervatur in Collectione Sereniſſ. Viduae Brunſvic. et a Cl. *Knochio* delineatur, nec non exſtat in Bibliotheca Cl. *Dietelmayer* Altdorffii. Cl. *Knochius* hanc editionem vetuſtiſſimam appellat, eamque *Johanni Fauſto* et *Petro Schoeffero* adſcribit. Verum recentiorem eſſe editionem et poſt annum 1470. eam natam eſſe, ex Epiſtola *Menardi*, verſibusque: *Qui memor eſſe cupit* &c. conjiciendum eſt. Utrumque enim additamentum, ab editione *Moguntina* anni 1472. abeſt. Conſentit haec editio quoad litteras florentes, typos et externam formam, cum editione, quae notam anni 1475. adſcriptam habet, et ex una eademque typographia in Vulgus ambae exiere; diverſae tamen ſunt editiones, poſterior enim ubivis 48. habet lineas; haec vero interdum 49. lineas in columna oſtendit. Quis vero ille fuerit typographus, cui hanc debemus editionem, tum e typorum forma, tum maxime ex litteris initialibus ligno inciſis dijudicari poterit. Quodſi tum typi tum litterae initiales cum editione *Richel.* 1477. conferuntur, ipſe conſpectus, utraque Biblia ex una eademque typographia in publicum prodiiſſe, unumquemque docebit. Habemus itaque hic primam *Richelii* editionem; ſecundam infra annus 1475. nobis monſtrabit; tertia ejus denique et nomen typographi et loci oſtendit.

§. XVII.

Biblia ſ. l. et a. N. X.

Biblia Latina Fol. II. Vol.

S. l. et a.

Notitiam hujus editionis potiſſimum debemus *Meermanno*, qui illam ipſe poſſidet et ſequentia de illa annotavit: „Lineis 56. duobus voluminibus, et cha„ractere quidem Romano impreſſa, quum ad praecedentes editiones omnes Go„thicus adhibitus fuerit. Hanc ipſe adſervo, ſuſpicorque, eam prodiiſſe Augu„ſtae Vindelicorum typis *Guntheri Zainer*, utpote qui primus in Germania Ro„manas literas adhibuit, indice *Schelhornio* in dict. Diatribe p. 30. Hoc ſi ve„rum, prodiit illa certiſſime ante a. 1475. quo obiit *Zainerus* d. 14. Aprilis (vi„de *Maittaire* tom. 1. annal. p. 299. in not. edit 2.) imo probabiliter ante a. „1472. quando libris ſuis Romano charactere excuſis apponere nomen coepit.„ Eadem editio adſervatur in Bibliotheca publica Memmingenſi, quam annunciat *J. G. Schelhornius:* „Coronidis loco hic annecto, in noſtra quoque Bibliotheca „publica aſſervari, editionem Bibliorum latinorum *charactere Romano* ſine anni, „loci et typographi indicio, in primae magnitudinis forma impreſſam, et qui-

 „busvis

o) *Knochii* hiſtor. crit. Nachr. p. 715. Meermannus ind. p. 286.
p) Meermann. l. c. p. 286. *Schelhornii* diatribe de antiquiſſima Latinor. Bibliorum editione p. 19. not. k.

„busvis vetuſtatis characteribus inſignitam. Ita quidem uno duntaxat volumi-„ne, ſed adeo, ob chartae etiam denſitatem, ſpiſſo, comprehenſa eſt, ut concin-„ne poſſit in duo disjungi, quorum prius Pſalterio finiendum conſtaret foliis 212. „alterum a Proverbiis Salomonis inchoandum totidem abſolveretur. Chartula-„riorum ſigna ſunt roſae illae, quas *Schwarzius* in tabula ſua documentis de ori-„gine Typographiae Parti III. ad pag. 41. inſerta Num. 13. 14. et 15. inſigni-„vit, nec non Uva Num. 18. conſpicua. Silendum autem haud eſt, capitum „numeros typis exſcriptos et vocali i punctum rotundum impoſitum eſſe. „

§. XVIII.

Biblia Latina. N. XI.

Biblia Latina ſ. l. et a Fol ordin. II Vol.

S. l. et a. In numero Bibliorum Latinorum, quae ſine ulla aut temporis aut loci nota prodiere, quae hic recenſemus, procul dubio omnium ſunt recentiſſima; typus enim eſt minor, clarus et diſtinctus. Conſtat integrum opus biblicum duobus voluminibus, et foliis 422. et quaelibet columna integra habet lineas 53. Typus clarus et nitide ſculptus, eo prorſus ſimilis eſt, quo uſus eſt Venetiis *Octavianus Scotus*. Plagulae ſuas habent ſignaturas; rubricae librorum et capitum typis ſunt expreſſae. Litterae vero initiales et foliorum numeri deſiderantur. Rariores ſyllabae unico typo exprimuntur; diphthongi nullibi reperiuntur; attamen ad finem Libr. III. Regum legitur, et fortaſſis per errorem typographicum: *finit liber tercius Regum ſoeliciter.*

Fol. 1. a. Col. 2. lin. 52 et captiuates omnē intellectū ad obediendū
- 53 xpiſto: et parati ſubiugare oēm inobediētiaȝ

Liber Exodi incipit fol. 19. b. col. 2. lin. 35.

Hec ſunt noīa &c.

Ultimae hujus columnae lineae ſunt

lin. 52 hel multus z fortior nobis ē; venite ſapienter
- 53 opprimamus eum: ne forte multiplicetur: et ſi

Verba ex Apocalipſ. ultimo ſuperius data hic incipiunt linea 15. vocula *et* et linea 16.: *Dn̄us deus* &c. finiunt vero linea 23. verbis: *Vide ne feceris. Conſeru9*. In ultima Columna editio ab aliis hoc modo diſtinguitur:

Lin. 49 Amen Ueni dn̄e iheſu. Gracia domini noſtri
- 50 iheſu Xpriſti cum oībus vobis amen.
- 51
- 52 Finit apocalipſis.

Quemadmodum hiſce characteribus ab aliis haec editio ſatis diſtinguitur, ſic et ſtatim in fronte nota apparet characteriſtica: Prologus enim *Hieronymi* inſcribitur: *Prologus in bibliam:* cui et alter accedit character, nimirum Pſalmus CLI. *Puſillus eram*, qui apocryphus in Bibliis Colonienſibus A. 1479. ſacris Davidis canticis additus eſt. Editio haec a *Meermanno* ſilentio praetermiſſa eſt.

Adſer-

Adſervatur vero in Bibliorum collectione ſereniſſimae Viduae Brunſwic. et in Bibliotheca civica Luneburgenſi. Cl. *Knochius* numerum foliorum notat 428. pro quo 422. legendum eſt. Idem hanc editionem *Petro Schoeffero* adſignat, majori fortaſſis jure ob typum minorem, eam cuidam Typographo Veneto tribueremus *t*).

§. XIX.

Biblia Latina. N. XII.

Biblia cum Concordantiis
Veteris et novi teſtamenti f. l. et a. Fol.

Ultimo loco hanc recenſemus editionem, quia omnium, qui nullam vel temporis vel loci notam habent, recentiſſima eſſe videtur. Exemplar quod in Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi adſervatur, uti nos per litteras docuit Cl. *Alterus* uno volumine integrum opus Biblicum conjunctum exhibet. Deſunt exemplari cuſtodes, foliorum numeri, et litterae initiales; ſed adſunt plagularum ſignaturae. Folium primum ſiſtit titulum, quem ſupra dedimus. Folium ſecundum, quod in margine inferiori a. 2. ſignatum eſt, exhibet Prologum Hieronymi: **S. l. et a.**

Incipit Epiſtola Sancti Hieronymi ad Pau
linum preſbyterum de omnibus divine hyſto-
rie libris. Capitulum I.

Folii hujus recti columnae ſecundae lineae penultima et ultima:

iuſtificationes tue in loco peregrinatiois mee
et in deſcriptione iſti viri. cu eum arbori vite.

Ad calcem Apocalypſeos:

Veni dne ieſu. Gra dni noſtri ieſu chri-
ſti cum omnibus vobis. Amen.

Accedunt Interpretationes nominum hebraicorum. Signa diſtinctionis ſunt punctum et colon; littera *i* acuto graeco notatur. Singula editionis criteria, Titulus, nimirum et Interpretationes nominum hebraicorum adjectae, editionem poſt annum 1471. procuratam eſſe, evincunt.

§. XX.

Biblia Latina.

Biblia Latina Fol.

Incertam ſalutamus hanc Bibliorum Latinorum editionem, ſiquidem utrum ſit ſine die et conſule, an vero ad calcem operis natalem oſtendat annum, nobis non conſtat. Prius volumen detexit Cl. *Naſtius* in Bibliotheca Eccleſiae Marggröningenſi, cujus ſi criteria ſpectamus, antiquiſſimis editionibus et haec annumeranda videtur. Continet volumen folia 192. quibus ab initio quatuor accedunt folia, in quibus regiſtrum ſiſtitur, ex quo rubricator quid et quo loco quodvis adſcribendum ſit, diſcat. Lineae in qualibet columna ſunt 50. Litterae **S. l. et a.**

t) *Knochii* hiſtor. crit. Nachr. p. 727. Berliniſche Biblioth. vol. 2. p. 744.

Digitized by Google

rae initiales, rubricae, paginarum numeri, ſignaturae, cuſtodes, plane ab exemplari abſunt. Columnarum vero rubricas et litteras initiales miniculator adpinxit. Folio 1. incipit prologus Hieronymi; fol. 3. columna 4. lin. 21. incipit Liber Geneſeos; Fol. 21. column. 2. lin. 8. incipit Exod.; Fol. 35. column. 2. lin. 12. incipit Levit. Pſalmi numerantur 166. Charta ipſa ſignatur lit. D. cum linea verticali per litteram ducta. Ultimae Pſalterii lineae ſic exſcribuntur.

> et organo. Laudate eū in cymbal' bene ſonā
> tib9 laudate eū in cȳbal' iubilatoīs: omīs ſpi
> ritus laudet dominum Alleluia .:.

§. XXI.

Biblia Latina.

Biblia Latina. 1457. Fol.

A. 1457. Vix fidem inventuri eſſemus, ſi Biblia latina cum nota anni 1457. exſtare aſſerere vellemus, niſi ad manus eſſet, hujus rei teſtis; verum num et huic fides habenda ſit, id ipſi judicabunt lectores. Non exſtare editionem antiquiorem, quae certam indubitatamque anni notam habeat, quam Moguntina, anni 1462. quam certiſſime conſtat. Sed ecce *Tobiam Eckhardum*, virum in re litteraria notiſſimum, qui in templo D. Benedicti Quedlinburgi ſervari Biblia Latina, quibus addita ſit Menardi compendioſa librorum Bibliorum notitia, Iacobo de Iſenaco inſcripta; impreſſa autem eſſe A. 1457. ſine mentione loci, refert r). Erraſſe *Eckhardum*, id eſt, de quo nunquam dubitavimus; ſed in quo error lateat, et quae qualisve illa ſit editio, conjicere haud potuimus. Jam vero litteris Cl. *Goezii*, Quedlinburgenſis, edocti, ſingula quam accurate determinare poſſumus. Eadem ſunt Biblia cum iis, quae infra ad annum 1475. recenſebimus, ex officina *Rihelii*, quamvis nomen ejus haud adſcriptum ſit. Annus charactere antiquo expreſſus eſt, quo fortaſſis typographiae noſtrae carent. ıϗΛꝛ. id eſt 1475. Adſcripſit miniculator colore rubro annum, quo codicem coloribus diſtinxit ıϗΛΛ. i. e. 1477. priorem vero numerum *Eckhardus* per 1457. interpretatus eſt.

§. XXII.

Biblia Latina.

* Biblia Latina. Auguſtae Vindelicorum Joannis Bemler 1466. fol.

J. Bemler. Melchior Adam in vita Joannis Guttenbergii: „Auguſtae Joannes Bem„ler Biblia Latina excudit anno 1466. s). „

[Non deſunt huic editioni teſtes fide digni, ſed et adſunt, qui exiſtentiam ejus in dubium vocant. *Melchiore Adamo* longe antiquior eſt *Achilles Pirminius Gaſſarus* vel *Gaſſerus*, Medicus Auguſtanus, vir omni fide dignus, cujus vitam accurate delineavit *Jac. Bruckerus* t). Hic omnium primo Biblia Bemleriana

r) Recenſ. Cod. MSS. Quedlinb. 1723. 8. p. 55.

s) *Le Long* p. 251. col. 1. E.

t) Inſerta legitur *Bruckeri* diſſertatio amoenit. litterar. J. G. Schelhornii tom. 10. p. 987. &c.

riana memoriae conſecravit, eumque *Tenzelius*, *Stengelius*, *Cruſius*, *Adami*, *Maittaire*, *Clement* et *Meermannus*, quin et recentiores annalium Auguſtanae typographiae ſcriptores ſecuti ſunt [u]). Audiamus ipſum *Gaſſarum* in Annalibus Auguſtanis ad annum 1466. „Hocce ipſo anno evulgavit *Joannes Bemlerus* Augſt-„burgi noſtri ſacra Biblia latine, nova typographica ex arte, quam *Joannes Fu-„ſtius* apud Moguntiacum, Rheni metropolim ante ſedecim annos, primus ho-„minum adinvenerat, ac tinctis atramento vernice apparato formis literarum „(ad id initio characteribus ligno ſculptis, poſtea ex aurichalco paratis, nunc „vero ſtanno fuſis) inverſis, chartas et paginas pro libris, ſub praelo imprimere „atque excudere docuit. Cujus nobiliſſimi inventi rationem, aſcito ſolo *Petro* „*Scheffero*, licet diu ſecretiſſime quoſcunque, etiam operas, celaverit is, intra „paucos tamen annos, ſcribendi illud non tam laudatiſſimum quam utiliſſimum „genus, latius emanavit, indiesque magis ac magis pulchrius inſtructum, et „orbi, divino prorſus beneficio, communicatum eſt, *Joanne Guttenbergio* Stras-„burgi, *Ulrycho Hano* Germano Romae, et *Sixto Ruſſingero* itidem Germano „Neapoli id exercentibus poſtea.„ In dubium vocarunt *Gaſſari* relationem Auctores Novellarum Lipſienſium Eruditorum, atque in nota anni vitium latere ſuſpicati ſunt. Sed *Gaſſari* autographum *Bruckerus* conſuluit, ibique annum 1466. claris et diſtinctis notis numeralibus expreſſum invenit. Recenſentur porro hujus editionis exemplaria. In Catalogo Bibliothecae Harlejanae tom. 1. p. 3. n. 36. *Biblia Latina literis quadratis* 2 Vol. *per Bemler* 1466. In Bibliotheca Biblica Brunſvicenſi idem ſervatur exemplar, cui adſcriptum eſt: *Bamler* 1466. *Meermannus* eandem editionem illis annumerat, quae ſine die et conſule prodiere, uti et a nobis ſupra §. XIV. factum eſt, eique quintum adſignat locum. Verum et alii, *Bamlerum* Biblia haec exſcripſiſſe negant, quibus nuper Cl. *Panzerus* Norimbergenſis acceſſit, qui duas editiones, quas ſupra §. XIV. et XV. deſcripſi, unam eandemque eſſe credidit; in quo viro mihi amiciſſimo adſentiri haud poſſum; varietates enim ſunt tam manifeſtae, ut editionum diverſitas negari nequeat. Exemplar Brunſvicenſe, quod fortaſſe idem eſt, quod olim in Bibliotheca Harlejana fuit, oſtendit ad finem Pſalterii nomen. Miniculator enim addidit: *Explicit Pſalterium*. BAEMLER 1σσσ. Jam vero miniculatoribus in uſu fuit, typographi nomen adſcribere. Bibliis §. XV. recenſitis idem adſcripſit ad calcem Pſalterii: *Explicit Pſalterium per Magiſtrum Henricum Eggeſtein anno* LXVIII. Quin et Bibliis, quae in calce anni notam habent, Miniculator ad finem Voluminis primi aeram editionis annotavit. In Exemplari Bibliorum Moguntinorum anni 1462. quod Berolini in Bibliotheca Regia adſervatur, minicula-

J. Bemler.

u) *Melch. Adami* vitae german. philoſoph. p. 2. *Tenzelii* monathliche Unterredungen A. 1692. p. 695. *Stengelii* res auguſtae p. 243. Gelehrte Zeitungen Lipſiae A. 1727. p. 442. *Knochii* hiſt crit. Nachrichten p. 744. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 87. *Widekindi* Verzeichnis von raren Büchern p. 552. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 276. *Schelhornii* amoenit. litterar. tom. 6. p. 457. *G. W. Panzeri* Beſchreibung der älteſten Augſpurgiſchen Bibeln pag. 1. Annales Typographiae Auguſtanae §. V. p. X. et p. 1. n. 1.

niculator colore rubro adſcripſit ad finem Pſalterii ſeu Voluminis primi: *Explicit Pſalterium Anno* M CC CC LXXij. Quid itaque de *Bämlero* ſtatuendum ſit, lectori, poſtquam editionem ipſam ſupra delineavimus, liberum relinquimus judicium.

§. XXIII.

Biblia Latina.

* Biblia Latina; absque loco et typographo 1473. II. Vol. Fol. x).

S. loco. Editionem recenſet *Maittaire* quidem, ſed nulla, quae ad meliorem ejus cognitionem conferre poſſit, nobis ſuppeditat. Exſtat exemplar editionis Viennae Auſtriae, in Monaſterio S. Petri, quod notam anni typis expreſſam ad calcem voluminis oſtendit. In fine apparet *Menardi* Epiſtola ad Iacobum *de Iſenaco*: adeoque prima eſt editio, cui typographus hanc junxit epiſtolam, quae deinde in plures tranſiit editiones inprimis Norimbergenſes y).

§. XXIV.

Biblia Latina N. XIII.

Biblia Latina ſ. l. 1474.

S. loco et an. Ipſa Editio in ſe eſt ſine loci et anni nota; a ſuperioribus tamen, uti ex indubiis conſtat criteriis diverſa; miniculator vero ad calcem Exemplaris, quod Viennae Auſtriae adſervatur, notam anni 1474. adſcripſit. Cum ſuperioribus editio conſpirat, ut cuſtodes, foliorum numeri, litterae initiales, rubricae et columnarum tituli plane deſiderentur. Addidit vero miniculator colore rubro litteras capitales et rubricas. Columna prima folii primi habet lineas 44. reliquae vero lineas 47.

Fol. 1. a. col. 2. lineae penultima et ultima:

Spiritualibꝫ telis. poſteā cōfidet'
Arma enī nrē milicie nō carnalia ſut. ſed.

Vol. 1. in fine Pſalterii haec leguntur:

bal' cnſonātibus: laudate eū ī cymbalis iubi
lacōis: ōis ſpūs laudet dn̄m All'a .:.

Apocal. ult.

Venio cito amen. Veni domie ihesu. Gra-
cia dn̄i nr̄i ih'u xpi cū omibꝫ vobis amen.

Addidit Rubricator: Biblia finit 1ꝗλꝗ (1474). Specimina, ſi cum ſuperioribus conferuntur, hanc a ſuperioribus diverſam eſſe ſatis evincunt z).

§. XXV.

x) Le Long p. 151. col. 2. E.
y) Maittaire annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 322. F. C. Alteri bibliographiſche Nachrichten p. 92.
z) Ex Litteris Cl. Alteri Graecae Linguae Profeſſoris Viennae Auſtriae.

§. XXV.
Biblia Latina.

Biblia Latina. 1475. Fol.

Integrum opus conſtat foliis 460. et in columna lineas 48. habet, ſuperbit haec editio, quae rubricas oſtendit typo expreſſas, at nullas habet ſignaturas aut foliorum numeros, litteris initialibus ſeu florentibus ligno inciſis, et quidem iisdem, quae in editione ſine loco et anno, quam ſupra §. XVI. deſcripſimus. Charta eſt alba et denſa, capite bovino, quia et littera D linea perpendiculari diviſa ſignata eſt; nota anni vero charactere arabico tunc temporis uſitato indicata eſt. Quod ad lectiones attinet, conſentit editio cum ſuperiori et cum Baſileenſi *Richelii* Gen. III, 15. *erumpnas:* Pſalmi vero inſcribuntur: Incipit liber ymnorum vel Soliloqueorum. Littera i acuto ſignatur. Ad calcem accedit *Menardi* Epiſtola ad *Iacobum de Iſenaco*, et Canones Euſebii. Editio cum illa, quae eſt ſine nota anni §. XVI. in omnibus accurate conſentit, quamvis ex ipſo linearum numero diverſas eſſe editiones ſatis appareat. Typi vero minores, quibus Canones Euſebii in margine Evangeliſtarum notantur, accurate cum typis, quibus *Berhardus Richelius*, Petri de Bergamo tabulam in omnes Thom. Aquinatis libros 1478. exſcripſit, conſentiunt. Richelii ſecunda.

Rubricae impreſſae ſunt; et quidem librorum, rubro, capitum et Columnarum nigro colore. Litterae initiales eaedem ſunt, quae in Bibliis §. XVI. cernuntur. Littera i acuto ſignatur.

Fol. 1. a. c.
incipit prologus
Preuatio.
Incipit epiſtola ſancti iheronimi ad paulinuꝫ
Lineae columnae ſecundae ultimae:

gamaliel': lege moyſi et pphetas didiciſſe ſe
gloriatur. ut armatꝰ ſpiritualibꝰ telis. poſtea

Liber Exodi incipit Fol. 22. a. col. 2. Lineae capitis 1. ſunt 31. et ultima in columna:

cabatur Sephora altera phua: precipiens eis.

Apoc. ult. b. col. 1.

lin. 15 liſſima — et dns deꝰ ſpirituum pphe
- 16 taruꝫ miſit — ſuis q
- 17 oportet — Beatꝰ
- 18 q' cuſtodit — ioha
- 19 nes — vidiſ
- 20 ſe cecidi — oſte
- 21 debat. Et dixit — Coſ,uꝰ

a) *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 756. *Alteri* bibliogr. Nachr. pag. 92.

Ultimae Apocalypſeos Lineae:

Venio cito amen. Veni domine iheſu. Gracia
domini noſtri iheſu criſti cu omnibꝫ vob' amen.
Et ſic eſt finis 1ꝗΛ7 (1475).

Sequitur *Menardi* Epiſtola ad Iacobum de Iſenaco, cum verſibus Qui memor eſſe cupit &c.

Editio eſt *Richelii* ſecunda.

§. XXVI.

Biblia Latina.

Biblia Latina 1476. Fol.

Sine loco. Hujus editionis haud meminit Auctor in Syllabo; verum in indice Chronologico Bibliorum excuſorum recenſentur p. 745. Biblia Pariſiis excuſa, in Bibliotheca P. P. Coeleſtinorum, et in Bibliotheca S. Genovefae Pariſiis obvia. Quae vero qualiaque ſint, haud determinamus. *Maittaire* vero, editionem, quam ſupra laudavimus, indicavit, eique Verſus illos: *Qui memor eſſe cupit* &c. ad calcem operis additos eſſe adſeverat. Adſervatur exemplar hujus editionis in Bibliotheca Conſiſtorii Stuttgardienſis. Conſtat integrum volumen foliis 392. Pars prima, quae Pſalterium includit, numerat folia 196. ſecunda quoque 196. Columna habet lineas 57. Geneſis incipit folio 3. b. in medio columnae primae. Poſt decimum ſeptimum folium inſertum eſt folium dimidiatum, ita ut uni tantum columnae adaequatum ſit; in cujus pagina averſa legitur pars capitis 46. et initium capitis 47. Geneſeos: reliqua vero capitis 47. leguntur in pagina averſa folii decimi octavi, ita ut quae typographus omiſerat, folio dimidiato inſcripta inter utramque folii decimi octavi paginam inferenda ſint; id quod et miniculator certis indicavit ſignis. In Parte ſecunda folio 116. b. columna ſecunda fere ad finem legitur: Explicit Machabeorum ſecundus. Incipit novum Teſtamentum Fol. 193. a. col. 1. finis eſt Apocalypſeos additis verbis: *et ſic eſt finis.* In ſecunda ejusdem folii columna ſequitur *Menardi* Epiſtola, usque ad folium 196. b. col. 1. In eadem columna expreſſi ſunt verſus illi aliis exemplaribus jam adſcripti, quos et *Maittaire* integros exſcripſit: *Qui memor eſſe cupit librorum bibliothece* &c. Verſibus hiſce ſubjicitur minori charactere arabico expreſſa anni nota 12Λ6: quam miniculator ita colore rubro oblineavit, ut numerum 2 in 4 permutaret. Litterae initiales, foliorum numeri, ſignaturae et cuſtodes abſunt. Tituli vero columnarum et librorum, et capitum numeri nigro colore expreſſa ſunt. Editio ſequitur *Richelianam* ſecundam §. XXV.

§. XXVII.

Biblia Latina.

Fontibus ex graecis. Celebratiſſimae ſunt in ſacra Bibliorum ſacrorum hiſtoria editiones, quibus ad calcem additi ſunt verſiculi, quorum initium eſt: *Fontibus ex graecis hebreorum quoque libris* &c. quamvis non omnes, quae hiſce verſibus lau-

b) *Maittaire* annal. tom. 4. part. 1. p. 362. Weislingeri armament. cathol. p. 148.

Digitized by Google

laudantur editiones, ejusdem ſint generis, easdemque mereantur laudes. Non defuerunt, quibus hi verſiculi, multa ſibi ſingularia et vero minime conſentanea imaginandi, anſam dederunt. Verſionem eſſe novam, quae hiſce editionibus exhibeatur, eamque recentem e textu authentico hebraeo et graeco eſſe factam, longe eſſe aliam et a latina diverſam Vulgata, quin et a Huſſitis vel Wiclefitis eam eſſe concinnatam; haec ſunt quae ſibi homines parum circumſpicientes imaginati ſunt. Provocarunt, ut aſſertis aliquam redderent ſpeciem, ad Prologum in Iobum, ubi ſequentia leguntur: „Haec autem „translatio nullum de veteribus ſequitur interpretem, ſed ex ipſo hebraico „arabicoque ſermone interdum Syro: nunc verba, nunc ſenſus, nunc „ſimul utrumque reſonabit. Obliquus enim etiam apud hebreos totus „liber fertur et lubricus, et quod graeci rhetores vocant ſchematismenos, „dum quid aliud loquitur aliud agit. — Audiant quapropter canes mei. „idcirco me in hoc volumine laboraſſe: non ut interpretationem antiquam „reprehenderem. ſed ut ea quae in illa aut obſcura ſunt. aut omiſſa. aut certe ſcriptorum vitio depravata. manifeſtiora noſtra interpretatione fierent: „et hebreum ſermonem ex parte didicimus. et in latino pene ab ipſis incunabilis inter grammaticos et rhetores et philoſophos detriti ſumus. Quod „ſi apud graecos poſt ſeptuaginta editionem: iam chriſti euangelio coruſcante iudaeus aquila et ſymmachus ac theodotion iudaiçantes haeretici „ſunt recepti qui multa myſteria ſaluatoris ſubdola interpretatione celarunt et „tamen in hexaplis habentur apud eccleſias et explanantur ab eccleſiaſticis „viris: quantomagis ego chriſtianus et de parentibus chriſtianis natus. et „vexillum crucis in meo fronte portans. cuius ſtudium fuit omiſſa repetere. „deprauata corrigere. et ſacramenta eccleſiae puro et fideli aperire ſermone: „vel a faſtidioſis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant „qui volunt veteres libros vel in membranis purpureiſ auro argentoque deſcriptoſ. vel uncialibus ut vulgo aiunt litteris onera magis exarata quam codiceſ dummodo mihi meiſque permittant pauperes habere ſcedulas. et non „tam pulcros codices quam emendatos. Vtraque autem aeditio et ſeptuaginta iuxta graecos et mea iuxta hebraeos. in latinum meo labore translata „eſt.. Eligat unus quisque quod vult. et ſtudioſum me magis quam maliuolum probet.„ Haec omnia fatemur, in prologo priori Libro Iobi praemiſſo legi, eſt in aprico; exſcripſimus illa ex editione anni 1481. Sed idem ille prologus in omnibus exſtat antiquioribus Vulgatae editionibus ſub titulo: *Incipit prologus primus in librum Iob ſecundum translationem ſeptuaginta:* in recentioribus vero: *Hieronymi in librum Iob praefatio* ſalutatur. Mirum itaque eſt Cl. *Knochium*, qui plures verſiones Vulgatae editionis recenſuit, in recenſione editionis anni 1481. in hunc prologum Hieronymi animadvertiſſe, perinde acſi interpres quidquam de hac editione memoratu dignum praedicaſſet. Idem ille voculam abbreviatam *ſacra* cum impoſita linea, *ſacra* legit loco *ſacramenta*. Verſionem denique ipſam quod attinet, eam eandem eſſe, quae in omnibus Vulgatae editionibus tum prioris tum poſterioris aevi deprehenditur, cuique diverſas editiones conferenti patebit. Quae itaque ex

Fontibus ex graecis.

 hoc

Fontibus ex graecis. hoc fonte derivantur editionum laudes, re penitus perſpecta et curatius ponderata, in totum evaneſcunt. Nihilo tamen ſecius hujusmodi editiones aliis ſunt longe praeferendae. Sunt vero ut diſtinctius rem pertractemus, editiones triplicis generis, *genuinae* nimirum, *derivatae* et *ſpuriae*. *Genuinae* hujus generis editiones habent verſus iſtos, ſed ſine ulla typographi aut loci mentione adjecta; excepta omnium prima, ſola anni nota. Quis illarum fuerit editor, quisve typographus penitus ignoratur. Ex ipſa vero editionum inſpectione earumque cum aliis collatione, multa in antiquioribus obvia typothetarum manifeſta errata, hic, etiamſi multa remanſerint, et hiſce nova interdum acceſſerint, ſtudioſe eſſe emendata; et cum priores editiones inprimis Norimbergenſes *Kobergeri* ad archetypum Moguntinum exemplar formatae ſint, hic Vulgatam ad MStum codicem revocatam et emendatam eſſe conſtat; ita ut editiones hiſce verſibus diſtinctae, quam proxime ad editiones Venetas accedant. Editor editionum, inprimis ſecundae, diphthongum *ae* ab *e* ſimplici ſigno litterae *e* ſubmiſſo diſtinguere coepit, quo in ſcribendi modo ſeculo XV. nullos, et in initio ſeculi XVI. paucos invenit ſectatores. Verum et ex hoc, typographum typos ſingulari cura ſibi formari curaſſe apparet. Denique hiſce editionibus acceſſerunt argumenta capitum in Novo Teſtamento, ſeu Regiſtrum, uti et concordantiae ſeu loca parallela Novo Teſtamento in margine additae ſunt. Interim verſus iſti, quibus hujus generis editiones commendantur, ipſis magnam conciliaſſe famam, certum eſt. Plures itaque easdem editiones iterum proelo ſubmiſerunt, integrasque eas recudi fecerunt, appoſito tamen typographi et loci nomine: quas editiones *derivatas* ſalutamus. *Spuriae* denique ſunt, ubi typographis placuit editionibus, qualesve illae ſint, verſus iſtos memoriales, quibus editio ipſa commendatur, apponere. Ultimi generis ſunt inter alias editiones *Saconi* Lugdunenſes, quae textum habent ab *Alberto Caſtellano* emendatum, nihilo tamen minus hiſce verſiculis celebrantur. Reſtat denique, ut editiones hujus generis genuinas ſeu authenticas enumeremus. Calculum eorum inſtituit jam *Dav. Clement*, et octo ejus generis recenſet; verum duas editiones calculo ſuo inferuit, quae non ſunt genuinae, ſed ab aliis typographis addito nomine et indicio loci recuſae. Authenticae vero tantummodo ſunt ſequentes.

Prima, in folio, ſine die et conſule.

Secunda, anni 1479. fol.

Tertia, anni 1481. fol.

Quarta, anni 1483. fol.

Quinta, anni 1485. fol.

Sexta, anni 1486. fol. in qua *Hieronymi* prologus epigraphen habet: Prologus Biblie.

Septima, ejusdem anni 1486. ubi legitur ſtatim ſub initio Voluminis: *Prologus in bibliam*.

Octava

Octava 1487. fol.

Nona denique 1489. fol.

Reliquae vero editiones iisdem verſibus diſtinctae vel ſunt ex ſuperioribus derivatae vel ſpuriae [c]).

§. XXVIII.

Editiones primae.

Biblia Latina, ſine loco et anno fol.

Fontibus ex graecis.

„Fuit olim exemplar hujus editionis in Bibliotheca *Danielis Salthenii*, Theologi Regiomontani. Praemittitur in Catalogo Bibliothecae editio anni 1486. et ſequens additur nota: „Ibidem ex eorum numero, quae in fine con„decorata ſunt verſibus iſtis: *Fontibus ex graecis* &c. Et quamvis ibi neque anni „neque loci neque typographi facta ſit mentio, nihilo minus tamen hanc editio„nem vetuſtiorem eſſe altera iſta anni 1486. fol. ſub num. praec. ex utriusque „collatione colligi poteſt. Illius enim typi nitidiores, hujus autem paulo anti„quiores ſunt; in illa diphthongus *ae* exprimitur ſubſcripto ſigno *e*, in hac vero „ſemper *e* ſimplex adhibetur. Illa jam ad finem adjecta habet Indicem textuum „biblicorum, et Interpretationes nominum Ebraeorum, haec utroque addita„mento caret, ideoque ſimplicior eſt. Utraque editio *libris rariſſimis* recte an„numeratur: haec autem rarior et antiquior. *Bunemannus* in catal. libr. rar. „p. 17. n. 6. huic ipſi operi de Anno 1481. pretium 12. Thalerorum conſti„tuit." Jam vero eadem argumenta, quibus hanc editionem illa anni 1486. eſſe antiquiorem evincitur, eadem quoque hanc editionem illa anni 1479. aetate eſſe ſuperiorem demonſtrant. Nam et hiſce eſt ſimplicior hinc et antiquior. Editionem itaque ſine die et conſule in hac editionum ſerie omnium eſſe primam cum *Clemente* ſtatuimus [d]). Quo vero haec editio, cujus exemplar Viennae Auſtriae adſervatur, ab aliis diſcerni queat, ſequentia notamus. Caret cuſtodibus, paginarum et foliorum numeris: plagulae vero ſuas oſtendunt ſignaturas. Signa diſtinctionis ſunt puncta et colon. Littera *i* acuto graeco notatur. Litterae initiales calamo ſunt pictae, ſed ipſa littera minori typo indicata eſt. Folium primum *a* 2 ſignatum in ſuperiori parte oſtendit epigraphen: *Prologus in Bibliam.* Fol. 1. a. col. 2. lineae penultima et ultima.

pſbyterii. Tito precipit ut inter ceteras virtu-
tes epiſcopi quas brevi ſermone depinxit: ſci-

Ad calcem operis in columna ſecunda leguntur verſus:

Fontibus ex grecis hebraeorum qq; libris
Emendata ſatis et decorata ſimul
Biblia ſum pns Supos ego teſtor et aſtra
Eſt impſſa. nec in orbe mihi ſimilis.

Singu-

c) Conf. *D. Clement* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 98. 99. Hamburgiſche Berichte A. 1742. p. 303. *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 784.

d) Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 99. Bibliotheca libror. rar. *Dan. Salthenii* p. 199. n. 991.

Fontibus ex graecis.

Singula qq; loca cum concordantib; extat
Orthographia ſimul q; bene pſſa manet.

Nulla denique adeſt nec loci nec anni nota: quapropter hanc ſuperioribus ſine die et conſule notis annumerare potuiſſemus, niſi haſce editiones ſibi invicem cognatas uno ordine enumerare, ſatius viſum eſſet.

[II] * Biblia Latine Gothice (1479.) fol.

Abſque mentione loci et typographi. Ad calcem leguntur hi verſus diſtincti, qui etiam reperiuntur in ſequentibus editionibus:

Fontibus ex graecis hebraeorum quoque libris
Emendata ſatis et decorata ſimul
Biblia ſum praeſens ſuperos ego teſtor et aſtra
Eſt impreſſa nec in orbe mihi ſimilis.
Singula quaeque loca cum concordantiis extant
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.
M. CC CC LXXIX. e).

[Integrum volumen conſtat foliis 538. Columnae ſunt diviſae 47. lineis conſtantes. Rubricae typis ſunt expreſſae et plagulis ſignaturae additae; paginarum vero cuſtodes et numeri deſunt. Litterae initiales minori typo ſunt indicatae. Charta habet ſignum vel capitis bovini, impoſita corona et cruce, vel circuli, vel ſolius crucis. Praemittitur libris ſacris *Hieronymi* prologus, cui inſcriptio data eſt: *prologus in bibliam.* Pſalmorum liber inſcribitur: *Liber Pſalmiſta* et ob diſtinctionem Pſ. CXIX. in plures ſectiones, ultimo numerus CLXXI. additus eſt, in quo editor *Matthiae Moravi* editionem Neapoli 1476. §. XLIII. et *Richelii* editionem Baſileae 1477. §. XLIV. imitatus eſt, conſentientemque habet *Nicolaum Ienſonium* in editione Veneta Anni 1479. §. XLI. In Novo Teſtamento marginem occupant concordantiae ſeu loca parallela; pleriſque libris regiſtrum praemiſſum eſt, quod cujusvis capitis argumenta brevi conſpectui ſiſtit. Inter Apocalypſin et verſus ſupra exſcriptos intercedunt alii verſus, qui ordinem ſacrorum continent librorum. In primo vocula *nunc* omiſſa minori typo ſupra lineam expreſſa eſt.

Biblia quem retinet ſequitur *nunc* metricus ordo
Gignit. et exit. leuiticus. numerique. deut. Ioſ.
Iudex. ruth. reges. paralip. eſdre, neemias.
Esdras. tobque. iudith. heſter. iob. Pſalque proae.
Eccleſ. cantica. Sap. Eccleſſ. Yſai. Hieremias.
Threna. baruth. eçech. daniel. oſeae, Iohelque.
Amos. Abdias. Ionas. Mich. naque. abacuchque.
Soph. agge. çachari. malachi. machabeaque bini
Matth. mar. Luçque. Iohann. rhoman. corinth. galath. epheſ.
Philipp. et colo. theſſque. timoth. titusque philemon

Hebrae-

e) *Le Long* p. 252. col. 2. B.

Hebraeos. actus. Iacoque. Petrus. Iohannes
Iudae canonica. finem tenet apocalypſis.

Fontibus ex graecis.

Qui verſus ab illis, quae Bibliis *Frobenii* praemiſſa ſint §. XIX. maxime ſunt diverſi, horridi et incomti. Ad calcem accedit Regiſtrum textuum evangelicorum, ad cujus finem additum eſt:

Marcus romanis ſed iohannes aſianis.
Lucas achaiis matthaeus ſcripſit hebraeis.
Matthaeus ſcripſit euangelium anno dni 39.
Marcus 43. Lucas 55. Johannes 85.
finis. Deo gratias.

Diphthongus ae in hac editione per e cum ſubmiſſo unculo eſt expreſſa, et littera c cum abſimili unculo in locum litterae z ſucceſſit. Emendatior quidem eſt editio, ſed non ab omnibus vitiis immunis. Gen. III. communem ſervat Vulgatae lectionem: *ipſa.* Ad errata autem referenda ſint: 2 Maccab. XIII.

Enuncunciauit. loco *enunciavit.* Marc. VI. *Herodias but* loco *Herodias autem.* Iac. II. *vos autem exhonoriſtis* loco *exhonoraſtis. Superexaltat autem miſericordia judicio* loco *judicium* f).

* Biblia Latina, charactere perpulchro, in fol. absque nomine loci et Typographi. M CC CC. LXXXI. [III]

[Biblia ipſa 529. folia, appendices 41. fol. habent, integrum opus quinquernionibus et 570. foliis conſtat. Ad praecedentem editionem Cl. *Goezius* de exemplari Bibliothecae ſuae obſervavit, folium primum in margine inferiori ſignum a. 2. habere: nec exinde tituli paginam abeſſe vult conjicere. Noſtro exemplari idem accidit. *Keſlerum* vero ſuam Baſileenſem editionem anni 1487. §. LVI. ex hiſce editionibus exſcripſiſſe; folium primum, quod *Hieronymi* prologum continet, habere itidem ſignum *a* 2; praemiſſum vero folium in medio, oſtendere vocem typis majuſculis *Biblia*, haec omnia ſi reputamus: dum et hiſce editionibus tituli paginam et nomen *Biblia* adſcribimus, hoc citra rationem fieri haud credimus. Folium primum habet rubricam: *Prologus in bibliam;* Pſalmis vero rubrum datum eſt: *Pſalterium:* rubricae vero tantum in folio recto apparent. Numerus Pſalmorum hic eſt CL. in Pſalmo CXIX. legitur *Lameth,* ſed in Threnis *Lamech.* Reliqua inprimis quae Novum Teſtamentum ſpectant, praecedenti omni ex parte ſunt conſentanea. Verſus vero memoriales librorum ſacrorum in fine Apocalypſeos hic non adeo horridi, ut in priori procedunt, et in primo vocula nunc debito poſito eſt loco:

Biblia

f) *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 775. *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 98. *Widekindi* Verzeichnis p 561. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 298. *J. G. Schelbornii* amoenit. litterar. tom. 3. p. 26. n. 9. Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 13. Hamburg. gelehrte Berichte A. 1741. p. 723. A. 1742. p. 303.

Fontibus ex graecis.

Biblia quem retinet ſequitur nunc metricus ordo.
Generat. Exodus. leui. numeri quoque. deutro.
Ioſuae. iudicum. ruth. reges et paralipon.
Eſdre. neemias. eſdras. tobiaque. iudith.
Heſter. iob. pſallit. prouerbia. eccleſiaſtes.
Cantica ſunt ſapientis. eccleſiaſticus et eſaias.
Hieremia. threna. baruch. eçech. danielis.
Oſeeque. iohel. amos. abdiaque ionas
Michaeas. naum. abachuc. ſophoni. aggeus.
Zacharia. malchi. machabeorque duo.
Matth. mar. lucque. iohan. roman. corinth. galath. epheſ.
Phil. colo. theſſal. timoth. titnſque deinde philemon.
Hebraeos. actus. iacobus. petrus et iohannes.
Iudae canonica. finem tenet apocalypſis.
Fontibus ex graecis hebraeorum quoque libris
— — — — —
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.
M. CCCC. LXXXI.

Appendices accedunt; nimirum regiſtrum textuum biblicorum, cum verbis: *Marcus Romanis.* — *Finis. Deo gratias*, et interpretationes hebraicorum nominum ſecundum ordinem alphabeti. De litteris *e* et *c* idem quod ſupra et hic notandum. Litterae ita connexae, ut ſyllaba unico typo exprimatur, saepius occurrunt. Charta plerumque habet ſignum capitis bovini cum cruce erecta inter cornua. Lectio Vulgatae conſueta Gen. III. *ipſa conteret caput*, et in hac editione occurrit. Errata ſuperioris editionis hic emendata ſunt, excepto loco *Iacobi* II. ubi lectio: *Superexaltet autem miſericordia judicio*, retenta eſt. Acceſſerunt vero et nova, quorſum referendus eſt columnae titulus ad Daniel cap. II. ubi adhuc *ezechiel* expreſſum eſt. Haec vero editio ſi cum aliis comparatur, ita lectionibus diſtinguitur, ut hujus generis editiones e MSto quodam peculiari procuratae videantur, id quod inſtituta collatio cum exemplari Romano et Norimbergenſi §. XXXVI. facta demonſtrabit.

[IV] * Biblia Latina cum iisdem verſibus ſupra laudatis absque nomine loci et typographi 1483. fol. *g*).

[Conſtat 44. quaternionibus et 352. foliis. Typographum editionem anni 1481. iterum prelo ſubmiſiſſe, ex verſiculis memorialibus librorum ſacrorum ſatis apparet. Legitur ad calcem Apocalypſeos, uti in praecedenti:

Biblia quem retinet ſequitur nunc metricus ordo
Generat. exodus. leui. numeri quoque deutro
— — — —
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.
M. CCCC. LXXXIII.

Singu-

g) *Le Long* p. 253. col. 1. A.

Singula itaque praecedenti editioni reſpondent. Interim nonnulla immutata ſunt. In praecedenti, quinternae ſignantur a. 2. 3. A. 2. 3. et, 1, 2. 3. 2, 2. 3. hic vero primum alphabetum literis, ſecundum vero characteribus numeralibus ſignatum eſt. Littera *e* hic ſine ſigno diphthongum denotat; et Gen. III. eſt: expreſſum *Ipu conteret caput.* Appendices et hic accedunt, regiſtrum: cum clauſula *Marcus Romanis* &c. et hebraicorum nominum interpretationes. Quarta haec eſt hujus generis editio [b]). Fontibus ex graecis.

* Biblia Latina (1485.) fol. [V]

Biblia latina abſque nomine loci et typographi 1485. 1486. 1487. 1489. Forſan non diverſa ſed una eademque editio [i]).

[Non omni ex parte eaedem ſunt, quamvis ſibi maxime cognatae, quae diverſis annorum notis diſtinguuntur editiones, uti ex ſequenti patebit earum recenſione. Accurate editionem anni 1483. ſequitur, et Geneſ. III. eandem habet lectionem, in fine lineae ſyllabam Ip et in altera linea *u* cum *ſ* calamo adſcripto. Poſt Apocalypſin:

Biblia quem retinet ſequitur nunc metricus ordo.
Generat. exodus. leui numeri quoque deutro.
— — — —
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.
M. CCCC. LXXXV.

Appendices hujus editionis eaedem ſunt ac praecedentis, Regiſtrum cum Clauſula: *Marcus Romanis* &c. et interpretationes nominum hebraicorum. Typi ſunt gothici, ſed claritate et nitore priori longe inferiores. Diſtinguitur haec editio ab editionibus anni 1481. et 1486. Pſalm. I. Edit. A. 1481. qui non abiit in *concilio* impiorum. — in *cathedra peſtilentiae* non ſedit. Edit. A. 1485. qui non abiit in *conſilio* impiorum. in *Kathedra* peſtilentie non ſedit. Edit. A. 1486. qui non abiit in *concilio* impiorum. in *cathedra peſtilentiae* non ſedit [k]).

Textus biblie 1486. fol. [VI]

Referenda ad Biblia, quorum natalia ignorantur: nulla enim adeſt nec typographi nec loci nota. Duae vero ſunt hujus anni editiones ſibi maxima ex parte ſimiles, interim revera tamen diverſae. Altera quam antiquiorem judicamus, in medio folii primi habet titulum, quem in fronte hujus articuli exſcripſimus. Prologus *Hieronymi* inſcribitur *Prologus biblie.* Liber Geneſeos incipit fol. 4. recto in columna ſecunda. Alphabetum primum finit libro Heſtherae, et nova datur ſignatura *A.* capite octavo in fine. Compendia ſcribendi maxime

b) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 1. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 99. not. 54. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 439.

i) *Le Long* p. 253. col. 2. C.

k) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 5. Berlinſche Bibliothek. vol. 1. p. 432. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 460. In catalogo Bibliothecae Baumgart. p. 7. n. 98. recenſentur haec Biblia; perinde acſi et hic verſus illi: *Symmachus atque Theodotion vel ſeptuaginta* &c, additi eſſent; in quo auctor catalogi erravit. Index Biblior. Wernigerod.

Fontibus ex graecis. ſunt frequentia, voxque *deus* plerumque per *deo* exprimitur. Geneſ. III. legitur: *ipſa conteret caput*. Pſ. I. *in concilio — in cathedra*. Eſai XXXVII, 29. ponam circulum in *navibus* tuis. Ad calcem Apocalypſeos adduntur verſus: Biblia quem retinet &c. et *Fontibus ex graecis hebraeorum* &c. cum nota anni M. CCCC. LXXXVI.

[VII] Biblia Latina 1486. fol.

Editio a praecedenti diverſa, quae titulo caret. Initium prologi *Hieronymi* inſcribitur *Prologus in bibliam*. Initium Geneſeos exſtat fol. 4. verſo in fine columnae primae. Alphabeti ſecundi initium cum ſignatura *aa* eſt libro I. Eſdrae cap. quinto. Compendia ſcribendi ſunt rariora, et vox *Deus* ſemper plenarie exprimitur. Textus in utraque editione idem eſt. Ad calcem additi ſunt verſus:

Biblia quem retinet ſequitur nunc metricus ordo &c. et deinde:

Fontibus ex graecis, hebraeorum quoque libris
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.
M. CCCC. LXXXVI.

Utraque editio habet in novo teſtamento Regiſtrum ſingulis libris praemiſſum, argumentum cujusvis capitis recenſens; et in fine regiſtrum textuum ſacrorum dominicalium et feſtivorum, cum interpretationibus nominum hebraeorum. Poſterior haec editio recenſetur a Cl. *Goezio:* utraque vero exſtat in Collectione ſplendidiſſima Illuſtr. Comitis Stolbergenſis l).

[VIII] * Biblia Latina 1487. Fol.

Forſan eadem editio m).

[Conjungit Auctor noſter plures editiones ſine nomine loci et typographi annorum 1485. 1486. 1487. et 1489., additque: *Forſan non diverſa, ſed una eademque editio.* In quo vero fallitur. Editiones enim annorum 1485. 1486. et 1489. quamvis ſibi invicem ſint cognatae, revera ſunt diverſae, et verſibus: *Fontibus ex graecis*, ornatae. Quod vero editionem anni 1487. attinet, illa, revera a reliquis diſtinguenda eſt. Ad calcem folii ultimi apparent iidem verſus, ſed aliis ſcribendi compendiis expreſſi:

Fontibus ex grecis hebreorꝝ q̄ȝ libris
Orthographia ſimul q̄ȝ bn̄ pſſa manet.

Mait-

l) *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 102. Index Biblior. Wernigerod. p. 46. Bibliotheca Salthenii p. 199. n. 889. Berliniſche Bibliothek vol. 1. p. 432. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 98. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 471.

m) *Le Long* p. 253. col. 1. C.

Maittaire hanc editionem recenſet ex Biblioth. anonym. anno 1716. evulgata. Extat exemplar in Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi, cujus notitiam nobis Cl. *Alterus* ſuppeditavit [n]). Fontibus ex graecis.

Biblia Latina, ſine nomine loci aut Typographi 1489. fol. [IX]

Primus hanc editionem, ab alia hujus anni, quam infra delineabimus, diverſam detexit Cl. *Goezius* Hamburgenſis. Habet illa ad calcem verſus ſupra ſaepius exſcriptos, cum nota anni M. CCCC. LXXXIX. Alphabeta quaternionum ſunt, a. aa. A-Y., quibus appendices 20. plagulis AA-EE. ſignatis accedunt. Apocalypſi jungitur regiſtrum textuum biblicorum cum: *Marcus Romanis — Deo gratias*, et interpretatio nominum hebraicorum. Columnae ſunt bipartitae, paginae non numeratae nec cuſtodibus inſtructae. Editio in omnibus cum ſecunda anni 1486. conſentit, exceptis verſibus memorialibus; *Biblia quem retinet* &c., qui hic deſiderantur. Fallitur vero Cl. *Goezius*, qui hanc editionem, quae nominum hebraicorum interpretationes habeat adjunctas, unicam hujus generis eſſe adfirmat. Contrarium certum eſt. Ex quo anno Interpretationes prima vice Bibliis additae ſunt, et editor harum editionum illas ab hiſce abeſſe noluit [o]).

§. XXIX.

Editiones iteratae.

Superiores editiones cum tantopere verſibus commendatae eſſent et lectoribus et typographis, hi rebus ſuis, ſi ad harum normam novas effigiarent editiones, optime conſultum eſſe reputarunt. Variae inde diverſorum typographorum natae ſunt editiones, quae vel accurate illas repraeſentant, vel nova, ut editio locupletior redderetur, adjunxerunt. Aliae editiones appoſitos habent ad calcem verſiculos *Fontibus ex graecis* &c. ut origo illarum manifeſta redderetur, meliorque novis et fama et auctoritas conciliaretur. Aliae apprime cum illis conſentiunt, interim verſiculos iſtos omittunt, atque in ejus locum epilogum foecundiorem et locupletiorem ſubſtituunt; et ex hiſce aliae iterum natae ſunt novae editiones. Quae cum ita ſint, et ipſa plurium editionum collatio nos eo ducit, iteratas editiones vel immediatas, vel mediatas appellari, et hoc modo ſibi invicem ſubjungi poſſe. Verum et hic ordo multis premeretur difficultatibus, et ordo typographorum diſturbaretur, quin et editiones unius ejusdemque typographi a ſe invicem ſeparandae eſſent. Sequantur itaque primo editiones iteratae, quae nomine typographi carent, etiamſi tantummodo aliis intercedentibus editionibus natae ſint: quibus demum editiones, quae et nomen typographi et annum oſtendunt, ſubjiciendae ſunt.

 §. XXX.

n) *Maittaire* annales tom. 1. p. 200. tom. 4. part. 2. p. 487. Biblioth. Anon. p. 2. n. 17. *Averi* bibliographiſche Nachrichten p. 95.

o) *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſammlung pag. 136.

§. XXX.

Sine loco. [I] Biblia: cum concordantiis: et terminorum hebraicorum interpretationibus (1489.) fol.

Conſtat foliis 451. Ad mediatas referimus hanc editionem, quia ex editione prima *Nicolai Keſleri* Baſileenſis civis, tam accurate eſt exſcripta, ut et idem epilogus, omiſſo tantummodo typographi nomine, ſervatus ſit. „Immenſas omnipotenti Deo Patri qui leges et mandata ore ſuo edita et digito „ipſius ſcripta in hoc ſacroſancto volumine mortalibus tradidit. Et Filio qui in „hac ipſa lege promiſſus. atque ſanctorum prophetarum ore diuulgatus. media„tor dei et hominum verus Deus et homo. humanum genus a diaboli poteſtate „redemit. Et ſpiritui ſancto qui huius ſancti operis verus autor et inſpirator „extitit. intemerate quoque virgini marie. in qua uniuerſe leges et prophetie „huius voluminis conſummate ſunt. Simulque toti militie triumphanti: gratia„rum referimus actiones. Cuius iuuamine hoc ſacroſanctum opus in preſidium „ſancte fidei catholice: ſolicitius emendatum: claris literis impreſſum: feliciter„que eſt conſummatum. Anno legis nove Milleſimo quadringenteſimo octuage„ſimo nono.„ Baſileenſis ſolummodo in tituli pagina habet unicum: *Biblia* hic titulus auctior redditur, ut ſimul editionis conditionem indigitet. Vetus teſtamentum ſine, Novum vero cum concordantiis ſeu locis parallelis et regiſtro argumenti, Libris praemiſſo expreſſum eſt. Charta capite bovino eſt ſignata. Appendices Baſileenſes de translatoribus biblie, regiſtrum Textuum biblicorum et Interpretationes nominum hebraicorum et hic exhibentur. Gen. III. lectio antiqua *ipſa conteret caput*, et hic occurrit. A vitiis typographicis non immunis eſt. Gen. VI, 6. *petiuit* loco *penituit.* 1 Joh. V, 8. verba, *et hi tres unum ſunt*, in Baſileenſi exſtantia, hic omiſſa ſunt. Litterae initiales minori typo indicantur *p*).

[II] Biblia cum concordantiis. Veteris et novi Teſtamenti (1491.) fol.

Conſtat foliis 383. quibus accedunt 26. folia Interpretationum hebraicarum. Epilogus ad calcem exſtat praecedenti admodum conformis, ſed in compendium redactus: „Immenſas omnipotenti deo patri filio et ſpiritui ſancto ſimul„que toti militie triumphanti: gratiarum referimus actiones. Cuius iuuamine „hoc ſacroſanctum opus in preſidium ſancte fidei catholice: ſollicitius emenda„tum: claris literis impreſſum: feliciterque eſt conſummatum: Anno legis no„ue: Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo.„ Typographi vero nullum hic exſtat veſtigium, interim ex eadem cum editione anni 1489. prodiiſſe typographia, errata manifeſtum reddunt. Rubricae et ſignaturae additae ſunt, cuſtodibus vero et paginarum numeris adhuc caret. Signa diſtinctionum ſunt punctum et colon, et litera i acuto ſignatur. Litterae initiales typo minori indicantur. Charta oſtendit ſignum capitis bovini. Priori editione multo eſt perfe-

p) *Knochii* hiſtor. crit. Nachrichten p. 798. Index Biblior. Wernigerod. p. 47.

perfectior. Omnibus capitibus tam Veteris quam Novi Teſtamenti argumenta, ſeu *caſus ſummarii* praemiſſi ſunt, exceptis Pſalmis et Cantico Canticorum, cui ſequens praepoſita eſt nota: „Canticum Canticorum Salomonis a diverſis „doctoribus diverſimode explicatur. quod ſecundum ſenſum litteralem intelligi„tur de rege ſalomone et filia pharaonis regis egypti. Sed beatus Gregorius ex„ponit ipſum de Chriſto et eccleſia. Alanus vero de Chriſto Ieſu, et de virgine „maria. Et ſic ex diverſis expoſitionibus diuerſi poſſunt caſus ſummarii fabri„cari:„ quae verba ſequenti tempore in plerisque editionibus Cantico Canticorum praemiſſa ſunt. Verba 1 Joh. V, 7. *et hi tres unum ſunt*, huic editioni ſunt reſtituta. Sed Gen. VI, 6. error prioris editionis *petiuit* loco *penituit* recurrit. Baſileae hanc editionem procuratam eſſe a *Keſlero*, probabile videtur Cl. *Goezio.* Verum eundem typographum bis eodem anno Biblia expreſſiſſe, et quidem expreſſo, et iterum ſuppreſſo nomine, ego adfirmare non auderem. Exemplar hujus editionis olim fuit in Bibliotheca Doctoris *Quadii*, Rectoris Gymnaſii Sedinenſis, qui illud recenſet in Continuatione III. Speciminis ſupplementorum ad *M. Maittaire* annal. typogr. Bibliothecae Berolinenſi inſerta, et in adjecta nota obſervat, Libros Apocryphos Canonicis eſſe immiſtos, nonnullos vero, ut Librum Tobiae, Iudith, Baruchi et Maccabeorum plane eſſe omiſſos. Verum aut ipſe haud bene circumſpexit, aut exemplar mutilum fuit. Integra enim Biblia in Bibliotheca Cl. *Goezii* adſervantur, qui illa accurate deſcribit, et ſimul, quae antea contra *Widekindum* de C. S. ſeu *caſibus ſummariis* ſcripſerat emendat *r*).

§. XXXI.

Biblia Latina.

Biblia Latina. 1489. Fol.

Tres dantur unius anni editiones diverſae; quarum duas priores jam ſupra deſcripſimus. Sequitur tertia; quae in medio primi folii unicam oſtendit vocem *Biblia*. In folio verſo vero leguntur verſus: **Sine loco.**

Biblia quem retinet ſequitur ſic metricus ordo
Genera: exodus: levi: numer. quoqꝫ dentro
  Iofae: indicum: ruth: reges: et paralipon.
Eſdre: neemias: eſdras: tobiaqꝫ: iudith
  Heſter: iob: pſallit: proverbia: eccleſiaſtes
Cantica ſunt ſapientis: eccleſiaſticus: et eſaias
  Hieremias: threni: baruth: eʒech. danielis
Oſeeqꝫ. iohel: amos: abdiaqꝫ: ionas
  Micheas: naun: abachuc: ſophoni: aggeus
Ȝacharias: malachia: machabeor: quoqꝫ duo
  Matt. marc. lucqꝫ: iohan: roman: chorinth: galath: ephes:

Phil:

r) *Clement* tom. 4. p. 106. not. *Widekindi* Verzeichnis p. 565. Berliniſche Bibliothek Vol. 3. p. 739. *Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 23.

Digitized by Google

Phil: colo: theſſal: timoth: titusq; deinde Philemon
Hebreos: actus: iacobus: petrus et Iohannes
Iude canonica: finem tenet apocalypſis.

Accedunt ad calcem octo folia, in quibus regiſtrum Evangeliorum et Epiſtolarum dominicalium ſiſtitur. Qua ex typographia prodierit editio, hoc certe ignorabimus; interim ex officina *Octaviani Scoti* cui editio anni 1489. tribuitur, non prodiiſſe, diverſitas typorum hujus editionis, et eorum, quibus *ſcotus* uſus eſt, ſatis demonſtrat r).

§. XXXII.

Diſpoſitio.

Editiones ſpuriae. Duplex editionum genus ſupra deſcripſimus. Editiones incertae aetatis, quibus typographi nullum aut loci aut temporis indicium adjecerunt, §. IX-XX. enumeravimus. Acceſſerunt editiones, quae anni notam quidem habent, ſed nomen typographi occultant. §. XXI-XXXI. Tertio nunc loco ſequuntur editiones, quae duplicem illam et anni et typographi, aut ad minimum Loci notam oſtendunt. Haſce vero ut et praecedentes, non ex uno archetypo MSto, ſed ex diverſis MStis codicibus eſſe expreſſas, jam ſupra obſervavimus. Optimo itaque ordine variae editiones recenſerentur, ſi, quae ex uno archetypo derivatae ſunt, conjungerentur, ut interna illarum conditio et nexus manifeſtetur. Verum quo minus hoc fieri poſſit, duo potiſſimum prohibent. Primo nemini tanta eſt editionum copia, nec tantum cuivis eſt otii, ut ſingulas editiones tam accurate examinare poſſit, ut unicuique ſuum adſignet locum competentem. Deinde ipſi typographi adeo varii ſunt in excudendis libris, ut unius ejusdemque typographi editiones, a ſe invicem multis in locis recedant, et diverſa archetypa habere videantur. Alio itaque ordine ſingulae editiones diſponendae ſunt: ſed quali? Praeivit nobis *J. G. Walchius* s), qui Bibliorum Latinorum editiones ſecundum nomina locorum recenſuit. Verum haec methodus, quae ſi editiones ejusdem ſunt generis, facile admitti poteſt, ordinem editionum antiquiorum, quae inter ſeſe nexum habent, maxime diſturbat, et primo loco Antwerpienſes ex recognitione *Joannis Hentenii*, ultimo vero Ulmenſem *Joh. Zaineri* editionem anni 1480. recenſet. Conſultius itaque nobis viſum eſt, editiones ita ordinare, ut ex parte ordinem chronologicum obſervemus, et tamen vnius typographiae editiones conjungamus. Hoc modo antiquiores praecedunt junioribus, et quae combinanda ſunt non divelluntur. Sed omnium primo ab ipſo editionum numero removendae ſunt editiones ſpuriae, et opera, quae inter Biblia recenſeri ſolent, verum ſola tituli ſpecie locum in Syllabo Bibliorum ſacrorum obtinuerunt: quorſum ſequentes referendi ſunt Libri:

1) * Bi-

r) *Alteri* bibliograph. Nachr. p. 95.

s) Bibliotheca exeget. p. 55 - 58.

1) * Biblia Latina Reutlingae Joannis de Averbach. 1469. fol. t). Editiones ſpuriae.

Majora ſi vota in re litteraria et hiſtoria quidquam valerent u) de exiſtentia hujus editionis nunquam dubitandum eſſet. Sed omnis res redit ad *Sauberti* Catalogum Bibliothecae Norimbergenſis, qui alios ſeduxit ſcriptores. Annunciat quidem illa Biblia; verum liber, quem ante oculos habuit, eſt *Summa Jo. de Averbach*, eodem anno per *Guntkerum Zainer de Reuthlingen* expreſſus.

2) * Biblia aurea Ulmae 1476.

An hoc exemplar ſacros contineat codices, non indicavit mihi Cl. Ottius, qui illud recenſet in commentariis ſuis mſſ. x).

[Titulo *Aurea Biblia* ſibi imponi paſſus eſt *Ottius*, ut ſub illo Biblia ſacra latere crediderit: verum ſub rubro tam ſplendido latet *Antonii Ampigolli*, ſeu *de Rampelogis*, vel *Rampigolli* foetus, cujus prima editio inſcribitur: „Liber „manualis ac introductorius in biblie hiſtorias figuraſque veteris ac novi teſta„menti peroptimus Aurea biblia vocatus. Incipit feliciter.„ Fol. et ad calcem notam habet ſequentem: „Vigore infiniti entis explicit liber bonus et per„utilis Aurea Biblia appellatus, veteris ac novi Teſtament. Ulm diligenter per „iohem zeiner de reutlingen artificialiter effigiatus. Anno dni. M. CCCC. LXXVI. „cui ſit honor et gloria in ſecula ſeculorum. Amen.„ Nomen auctoris in fronte praefationis apparet. Antiquior extat editio, ſi non, uti maxime eſt probabile, error in nota anni latet; quae eundem cum ſuperiori habet titulum; ad calcem vero addit: „Peracta eſt Biblia aurea V. ac N. T. magna cum diligentia et „fideli ſtudio reviſa. Impreſſaque per Magiſtrum Joh. Grüninger Dominice na„tivitatis anno M. CCCC. LXVI. octavo denique Idibus Decembrium, finit fe„liciter.„ Forma editionis eſt quarta: *Grüningerus* vero circa finem ſeculi XV. inter typographos apparere ſolet; ſine dubio eadem eſt editio, quam Auctor noſter recenſet, *absque loco typis Johannis Granger* 1515. 4. ut loco C. typotheta L. poſuerit. Idem liber et Norimbergae impreſſus eſt. In primo folio legitur: „Incipit tabula in directorium biblie aureum ordine alphabeti deſignata„ et ad calcem: „Explicit aureum repertorium biblie Anthonii Rampigolis de Senis or„dinis Fratrum heremitarum Sancti Auguſtini, impreſſum Nurembergae per Fri„dericum Crüſſner. Anno domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo pri„mo.„ (1481.) Fol. Editio Colonienſis prima inſcribitur: „Figurarum biblie „opus conducibile et perutile. Quoniam in eo omnes materie contente per „clariſſimum virum Anthonium de Rampegolis ordinis ſancti Auguſtini in Bibli„am ſtudioſe applicatum.„ ad calcem: „Figurarum Biblie opus inſigne. per „quam utile predicatoribus. curaque pervigili Coloniae juxta conventum predica„torum elaboratum fauſto ſidere finem accipit. Anno chriſtiane ſalutis „M LCCCC V. die vero VI. Martii. 8.„ Addimus denique editionem Lugduni

t) *Le Long* p. 251. col. 2. A.

u) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 281. et ab illo laudati, *Chevillier* p. 77. *Caille* p. 26. Bunemannus e Sauberti Catal. Biblioth. Norimb. p. 117. *Hallerwordi* biblioth. curioſ. p. 37. quibus addendus. *Weislingerus* in armament. Cathol. p. 146.

x) *Le Long* p. 252. col. 1. D.

Editiones ſpuriae. duni apud *Guillelmum Rouillium* 1558. 8. quae in Indice *Sotomajoris* expurgatur, et *Colonienſem* anni 1628.; cujus mentionem facit *Hendreichius*. Haſce editiones accurate determinare voluimus, quia Auctori noſtro incognitae fuerunt. Recenſet ille vero ſequentes editiones: Mediolani 1494. 8. Venetiis 1496. 1500. 1510. 8. Pariſiis 1497. 1506. 8. 1503. 4. absque loco typis *Johannis Granger* 1515. 4. Lugduni, 1578. 1615. 8. Coloniae 1609. 1618. 8. Tot editiones, quibus et verſio germanica Ulmae edita accedit, non de dignitate et praeſtantia, ſed de aeſtimatione, teſtes ſunt [y].

Biblia Moraliſata. Argentorati 1474. Fol. max.

Hoc ſub rubro apparet opus in Bibliotheca biblica Brunſvicenſi, et a Cl. *Knochio* inter Biblia Latina recenſetur [z]. Sed nullo jure ſuum hoc in albo occupat locum. Biblia enim Moraliſata ſunt *Petri Berthorii* reductorium morale per *Caſparum Wenzlerum* civem Argentinenſem anno 1473. expreſſum; quod inter res noſtras numeramus et in ſymbolis litterariis delineavimus [a]. Saepius recuſum exſtat opus, de quo Auctor noſter conſulendus, qui hanc primam ignoravit editionem [b].

* Biblia Latina Embricae 1465. fol. II. Vol.

Haec vidiſſe ſe ſcribit clariſſ. v. Maſtricht [c].

[Unicus editionis teſtis, qui quamvis alias graviſſimus ſit, hic tamen num fidem mereatur, lectores judicent. Non deſunt exemplaria, quibus manu adſcripta ſunt verba: *Embricae. Conventus ordinis S. Crucis*, quibus poſſeſſores Codicis indicantur. Obtulit ſeſe fortaſſis Clariſſimi *von Maſtricht* oculis exemplar hoc modo manu ſignatum, quod in ſe ſine die et conſule fuit, et exinde editio Embricenſis, aliis omnibus ignota, originem traxit.

§. XXXIII.

Editio originalis Moguntina.

Schoefferus. [1.] * Biblia Sacra Latina juxta Vulgatam editionem II. Vol. in folio. *Legitur ad calcem:* Preſens hoc opuſculum finitum ac completum et ad Euſebiam dei in ciuitate maguntina per Joannem fuſt civem et Petrum Scheoiffer de gernsheym clericum diocesis ejusdem eſt conſummatum Anno incarnationis dominice M CCCC LXII. in vigilia aſſumptionis glorioſe virginis Marie.

Haec eſt prima et exſtans omnium bibliorum impreſſorum editio, quae licet rariſſima ſit, attamen novem ejus exemplaria in membrana excuſa, Pariſiis in

y) Nachrichten von einer halliſchen Biblioth. vol. 7. p. 500. et 502. *Freytagii* apparatus litterarius tom. 2. p. 1107. *Roedereri* catal. libr. Norimb. impreſſ. p. 19. n. 135. *J. G. Schelhornii* amoenit. litter. tom. 3. p. 142. *Hederici* Pandectae Brandenburg. p. 156. Samlung von A. und N. A. 1729. p. 64.

z) Bibliotheca Biblica p. 44. n. 15. 16. *Knochs* hiſt. crit. Nachrichten p. 751.

a) Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher p. 277.

b) Tom. 2. p. 634.

c) *Le Long* p. 251. col. 1. E.

in Bibliotheca Colbertina, Dn. Couſtard Senatoris Pariſienſis, Dn. de Eſtrées Schoefferus. Franciae Mareſchalli, Dn. de Lamoignon Praeſidis infulati, Navarraea, Regia, Sangenoveſaeana, Dn. de Verthamon in magno conſilio Praeſidis Primarii, et in Bibl. Victoriana videre mihi contigit. Extat etiam Mutinae in Bibl. S. Benedicti Pandolironenſis, teſte Montſauconio p. 31. Diarii Italici, Bononiae in Bibl. Canon. Regal. S. Salvatoris (idem p. 57.) et Florentiae in Bibl. S. Laurentii plut. 16. cod. 1. 2.

Aliud eſt exemplar in Bibliotheca Achillis de Harlay nuper Pariſienſis Senatus Principis, quod a praecedentibus diſcrepat; chartaceum enim eſt, et inſcriptio libri, quae ad calcem voluminis ultimi legitur, alia fere eſt; ſic ſe habet: *Pns hoc opuſculū Artificioſa adinuētione imp̄mendi ſeu caracterizandi. abſq; calami exaracon̄. in ciuitate Moguntū ſeic effigiatū. et ad euſebiā dei induſtrie per Jo̅h'em fuſt ciue̅ et Petrum Schoiffher de gerns'heym clericū dioces ejusdem eſt conſummatuȝ Anno dn̄i.* M. CCCC. LXII. *In vigilia aſſumpcois virg' marie.* Hujus inſcriptionis meminit Corn. a Beughem. d)

„Hanc editionem (inquit Joh. Alb. Fabricius) e) Jo. Fauſtus et Petrus „Schoefer pararunt Moguntiae, et tanquam ſcripta manu eſſent, vendiderunt „ejus exempla Pariſiis pretio 60. coronatorum. Hinc ex multitudine illorum „in ſuſpicionem artis magicae venerunt, donec comperto artis typographicae „artificio, ſententia Parlamenti fuerunt abſoluti.„ Haec a me ut minus vero conſona praetermiſſa fuerunt, ſiquidem impreſſa eſſe anno 1462. haec exemplaria, ad calcem libri legitur: forte haec dicta ſunt de codicibus quibusdam, in quibus haec ſuperior ſaltem clauſula deſiderabatur f).

[Exſtat exemplar hujus editionis in membrana impreſſum, in Bibliotheca Regia Berolinenſi, cujus epilogus accurate cum epilogo poſteriori ab auctore noſtro ex exemplari Bibliothecae *Achillis de Harlay* ſuppeditato conſentit. Integrum opus conſtat 491. foliis *non* numeratis, nimirum 44. quinternis, una Sexterna, quatuor quaternis, una ternione et dimidia plagulae. Characteres ſeu typi ſunt elegantes, atque forma litteris manu ductis proxime accedunt, ſimilesque ſunt illis, quibus *Schoefferus* circa annum 1472. uſus eſt. Paginae ſingulae in duas columnas diſtinctae ſunt, quarum quaelibet 48. habet lineas. Titulus plane uti tunc temporis moris erat, abeſt; folio vero primo haec verba typis expreſſa leguntur: *Incip̄ epl'a ſci̅ iheronimi ad paulinū p̄ſbiterū: de omnibꝰ diuine hiſtorie libris.* Sequitur Prologus *Hieronymi* in Pentateuchum, ad cujus calcem: *Expl' plogus. Incip Liber breſith que̅ nos geneſim dicimus.* Folio 19. plagula averſa in fine columnae primae legitur colore rubro typis expreſſum: *Explicit liber genes. Incip̄ ellesmoth que̅ nos exodi dicimus.* Similii modo diſtinguun-

d) In Diſcurſu praeliminari incunabul. typographiae p. 12. Amſtelod 1686.

e) Biblioth. gr. lib. 4. c. 5. vol. 3. p. 198. provocans ad *Serarium* rerum moguntinar. lib. 1. et *Chevillerium* in origin. typogr. Pariſ part. 1. cap. 1.

f) *Le Long* p. 250. col. 2. C.

Schoefferus. guuntur libri epilogo colore rubro expreſſo usque ad initium libri tertii Eſdrae: *Incipit liber esdre tercius. capitulū primū.* In ſequentibus vero nullae amplius typis expreſſae vel librorum vel capitum occurrunt diſtinctiones; ſed quae ſunt, manu vel colore rubro vel ceruleo adpictae ſunt. Simili modo litterae initiales librorum et capitum manu exaratae ſunt; in Pſalterio vero ſingulae periodorum litterae capitales manu factae ſunt coloratae. Diſtinctionum ſigna tantummodo ſunt *punctum, colon, et ſignum interrogandi.* Litterae i et y ſaepius habent acutum, ſaepius illo carent. In Libro Threnorum periodi diſtinguuntur litterarum hebraicarum nominibus; ſed loco *Lamed,* uti in multis aliis editionibus usque ad annum 1490. *Lamech* expreſſum eſt. Nonnullae plagulae diſſectae ſunt, unde folia nonnulla vitiis maculata, ſecundis curis emendatiora expreſſa eſſe, conjiciendum eſt. Differunt exemplaria quoad ſubſcriptionem, quae, quamvis ubique inſignia *Fuſti* et *Schoeferi* adjecta ſint, tamen non omnibus eadem eſt. Nonnullis exemplaribus ad finem Pſalterii quoque adſcriptum eſt: Explicit pſalterium. Anno M. CCCC. lxy. Verum non duplex exſtat ſub eadem anni nota editio, ſed folium ultimum tantummodo recuſum et mutatum eſt. Quae de fatis *Fuſti* Pariſienſibus ſupra narravit *Fabricius,* et a *Gabriele Naudaeo, Andrea Chevaillerio,* et *de Boze* ſimili modo referuntur. Iudice auctore noſtro, qui in prima operis editione, relationem iſtam proferre noluerat, minime vero ſunt conſentanea, quae relata ſunt. Id tamen obſervatu dignum eſt, quod novem exemplaria, quae ipſe vidit, epilogum habent, a quo verba iſta: *artificioſa adinventione imprimendi ſeu caracterizandi abſque calami exaratione,* remota ſunt. Ejusmodi exemplaria Pariſiis emtoribus oblata ſunt. Quid illi, qui inventam artem typographicam ignorabant, de exemplarium oblatorum numero cogitarint, quamve ſuſpicionem aluerint, definire noſtrum non eſt. Reſtat denique ut de lectionibus hujus editionis ſingularibus, quo eo facilius ab aliis diſtingui poſſit, ſpecimina quaedam in medium proferamus.

Gen. I, 14. *Dixitque* autem Deus, l. *dixit* autem.
- VII, 24. *Optinueruntque* aque *terras,* l. *Obtinueruntque* aquae *terram.*
- XVII, 12. et quicunque fuerit de ſtirpe veſtra, l. et quicunque *non* fuerit de ſtirpe veſtra.
- XVII, 18. Dixitque ad *Dominum,* l. ad Deum.

Exod. V, 13. Praefecti quoque operum inſtabant, *dicentes,* al. *dicebant.*
1 Sam. XV, 9. Et *peperit* Saul et populus agag, l. *pepercit.*
Tob. VI, 18. Hii namque qui conjugium ita ſuſcipiunt, ut deum a ſe et a ſua mente *excludant,* al. excutiant.
Eſth. II, 25. et *animalibus* traditum coram rege, l. *annalibus.*
Iob. XXXIX, 13. Nunquid alligabis rinocerotam ad arandum *loco* tuo, l. *loro* tuo.
Pſ. IX, 7. et *civitas* deſtruxiſti, l. et civitates eorum deſtruxiſti.
- CV, 7. in *mari mari rubro,* l. in *mare mare rubrum.*

Sapient XVII, 1. et *enarrabilia* verba tua, l. *inenarrabilia.*
Eſai XXXVII, 29. ponam circulum in *auribus* tuis, l. *naribus.*

Eſai

Eſai LXVI. in fin. et *ertum* usque, l. *erunt.* Schoefferus.

Ierem. XVIII, 6. Sicut lutum in *manibus* figuli, ſic vos domus iſrahel in manu mea, l. in *manu* figuli, ſic *vos in manu mea domus Iſrael.*

- XXI, 4. quibus vos *adgnatis* adverſum regem, l. *pugnatis.*

Ezech. XXIX, 1. In anno decimo in *duodecimo menſe una die* menſis, l. decimo menſe duodecima die.

Matth. V, 4. beati qui lugent, quoniam ipſi *ſaturabuntur*, l. *conſolabuntur.*

Matth. XXII, 34. Phariſei autem audentes, l. audientes.

- XXVII, 35. 36. Poſtquam autem crucifixerunt eum, diviſerunt veſtimenta ejus *ſortem mittentes: et ſedentes* ſervabant eum. Deſunt verba poſt: ſortem mittentes; *ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam, dicentem: Diviſerunt ſibi veſtimenta mea et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.* Et ſedentes ſervabant eum.

Luc. XI, 4. ſiquidem et nos dimittimus *debenti nobis*, al. *debitoribus noſtris.*

2 Cor. XI, 6. *maniſtus* ſum, l. *manifeſtus* ſum.

Haec ſpeciminis loco ſufficiant. Id demum monemus, Biblia antiquiſſima, quae ad annum 1450. referri ſolent §. X., easdem fere, quas jam recenſuimus, habere lectiones. Eadem ſpecimina infra ex editione ultima ipſius *Robergeri* anni 1480. et ex Bibliis per verſus: *Fontibus ex graecis* &c. commendatis, exhibebimus, ut exinde num poſteriores editiones prioribus ſint emendatiores, dijudicari poſſit. Satis nota et plerisque editionibus communis lectio vitioſa eſt Eſai XXXVII, 29. *ponam circulum in* auribus *tuis.* Prima haec Moguntina eſt editio, quam itaque, cum editiones ſine loco et conſule incertae ſint aetatis, quamvis illam quam primo loco §. IX. recenſuimus, aetate hanc Moguntinam ſuperare credamus, tanquam archetypam plurium conſideramus g).

* Biblia Latina II. Vol. in fol. *Legitur ad calcem.* Pn̄s hoc opus p̄clariſſimū. Alma in urbe magūtina. inclite nationis germanice quā dei clementia. tam alti ingenii lumine. donoqȝ gratuito. ceteris terrarum nacōnibus p̄ferre, illuſtrareqȝ dignata ē. Artificioſa quadam adinvencōe imprimēdi ſeu caracterizādi absqȝ ulla calami exaracōne ſic [illegible]tu. et ad euſebiam dei. induſtrie ē cſūmatu p̄. Petrum Schoiffer de Gernsheȝ. Anno dn̄ice incarnacōis Milleſimo q̄dringēteſimo ſeptuageſimo ſecūdo. In vigilia Matthie apli. (Monguntiae 1472.) [II]

Non aliam hac editione priorem agnovit poſt Lucam Brugenſem Brianus Walton Proleg. 4. ſub finem. „Prima, inquit, Bibliorum editio impreſſa

„(erat

g) Conf. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 80. Widekindi Verzeichnis p. 550. *Freytagii* analecta de libris rar. p. 116. *J. G. Schelhornii* amoenit. litterar. tom. 2. p. 330. tom. 7. p. 286. Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 5. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 272. tom. 4. part. 1. p. 372. *Joh. Vogtii* catal. libr. rar. p. 116. Hamburgiſche Berichte A. 1741. p. 391. *Joh. Georg. Walchii* Biblioth. exeget. p. 57.

Schoefferus. „(erat Latinae Vulgatae) Moguntiae anno 1472. teſte Luca Brugenſi, praefat. „Libri de variantibus ſcripturae locis; aliam tamen illa priorem quidam ſe vi- „diſſe dicunt.„ Mirum eſt profecto, quod haec prima editio Lucam Brugenſem fugerit, quum codices, quibus in praeclariſſima ſua editione anni 1540. Rob. Stephanus uſus eſt, quas inter recenſetur et illa prior editio Moguntina anni 1462. ipſe Lucas laudaverit [h]).

(Subſcriptionem, quam ſupra dedimus, colore rubro expreſſam ſequuntur inſignia *Johannis Fuſti* et *Petri Schöfferi*, quamvis hic poſterior tantummodo ad calcem nominetur. Opus ipſum in omnibus editionem praecedentem anni 1462. repraeſentat. Plagularum ſignaturae, paginarum cuſtodes ut et numeri deſiderantur; columnarum et capitum rubricae ut et literae initiales Librorum, calamo exaratae ſunt. Sed tituli praefationum, earum ſubſcriptiones ut et clauſulae finales librorum jam typis expreſſae ſunt. *Meermannus* teſte *Lav. Clement*, utramque editionem Moguntinam accurate contulit, talemque, ut pagina paginis, linea lineis reſpondeat, conſenſum deprehendit, ut primo conſpectu unam eandemque eſſe editionem, quamvis diverſam anni notam oſtendat, ſibi perſuadere quis poſſit. Verum cum litteras cum litteris comparavit, diverſas omnino eſſe editiones aſſerere coactus eſt. Si ipſi notas diverſitatis aliquas exponere placuiſſet, gratum hoc procul dubio lectoribus fuiſſet. Interim luculentum exſtat teſtimonium Eſai XXXVII, 29. ubi prior editio habet: *ponam circulum in* auribus *tuis*, haec poſterior vero: *ponam circulum in* naribus *tuis*. Recenſetur haec editio a Cl. *Knockio*, atque folia computantur. Vol. I. 232. et Vol. II. 239. ut integrum opus foliis 471. conſtare ſcribat. Verum aut exemplar fuit mutilum, aut error in computandis ſecundi voluminis foliis irrepſit; conſtat enim illud foliis 259. integrum vero opus foliis 491. Quod ad orthographiam attinet, ea eadem eſt, ut in priori; littera *i* et hic habet acutum; charta vero plerumque capite bovis eſt ſignata [i]).

§. XXXIV.

Biblia Lat. Placentiae.

[I] Biblia Latina. Placentiae 1470. 1471. 4.

Non deſunt teſt[illegible]i de hac loquuntur editione; verum ſatis dubia eſt ejus exiſtentia, uti ex [illegible]entibus patebit [k]).

[II] * Biblia Latina. Placentiae Joannis Petri de Ferratis Cremonenſis 1475. 4. [l]).

(Editio typis minutiſſimis diviſis columnis, quarum quaelibet 60. habet lineas, inſcripta. Paginarum numeri, cuſtodes et plagularum ſignaturae penitus

h) *Le Long* p. 252. col. 2. C.

i) Conf. *Knochii* hiſtoriſch critiſche Nachrichten p. 746. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 90. *Widekindi* Verzeichnis p. 554. *Maittaire* annales typogr. tom. 4. part. 1. p. 34.

k) Hiſtoire de l'Origine et des prémiers progrès de l'imprimerie. Hagae Comit. 1740. p. 57. *Weislingeri* armamentarium Cathol. p. 809.

l) *Le Long* p. 151. col. 2. E.

tus abſunt, ſicuti et librorum capita haud indicantur. *Hieronymi* prologi praemittuntur; Apocalypſis vero Epiſtolam ad Hebraeos ſequitur; poſt Apocalypſin Epiſtolae Catholicae et ultimo loco Actus Apoſtolorum. Ad calcem Veteris Teſtamenti ſequentia annotata ſunt: „Vetus Teſtamentum a religioſis viris et „prudentiſſimis correctum ac per me Johannem petrum de ferratis cremonenſem „placentie impreſſum. Anno dni M. CCCC. LXX. quinto feliciter explicit.„ In fine vero Novi Teſtamenti: „Explicit liber actuum apoſtolorum cum reliquis „novi libris teſtamenti ſumma diligentia impreſſus, finis.„ Accedunt interpretationes nominum Hebraicorum. Quibusdam libris Novi Teſtamenti addita ſunt argumenta; nulla vero notantur loca parallela. In Cantico Canticorum perſonae loquentes diſtinguuntur: vox Eccleſiae: vox Chriſti; vox adverſus haereſes; Chriſtus ad Apoſtolos dicit; Synagoga eccleſiae dicit. Editio ad Romanam anni 1471. formata videtur, ad minimum cum illa multis in lectionibus conſentit. Gen. I, 2. *Spiritus Dei. Dixit autem Deus.* c. II, 24. *adherebit uxori ſue.* c. VII, 24. *obtinuerunt.* c. XVII, 12. *et quicunque non fuerit.* 1 Sam. XV, 9. *et pepercit Saul.* Eſai XXXVII, 9. *ponam circulum in auribus.* Matth. XXVII, 35. 36. adſunt verba Prophetae in aliis editionibus omiſſa. Iob. I, 11. *niſi in faciem benedixerit.* c. II, 11. *condixerant enim.* c. III, 4. *et non illuſtretur.* c. IV, 6. *ubi eſt timor.* v. 7. *obſecro te.* c. V, 6. *non orietur.* v. *ad volatum.* Integrum volumen comprehendit folia 358. et interpretationes nominum hebraicorum folia 34. Antequam vero editionem hanc rariſſimam dimittimus, cur de antiquiore ſupra indicata dubitemus, ratio eſt reddenda. Annus editionis ſingulari plane modo ad calcem Veteris Teſtamenti expreſſus eſt M. CCCC. LXX. quinto. Facile exinde ſibi quis imaginari potuit, vocem *quinto* non anni ad numerum eſſe referendum, aut dum notam anni Romanis litteris expreſſam vidit, in vocem *quinto* plane non animadvertit: atque ſic nata eſt Veteris Teſtamenti editio anni 1470.; cui cum Novum acceſſit Teſtamentum, et acceſſit ex hariolatione annus 1471. ac ſi in illo altera pars Libri expreſſa ſit. Conjectura eſt, quae vero exinde, quod ipſa prior editio in Italia plane ſit ignota, comprobatur [m]).

§. XXXV.

Romae.

* **Biblia Latina cum opuſculo Ariſteae, et Epiſtola Joannis Andreae Epiſcopi Alerienſis, ad Paulum II. Pont. Max. ſcripta Romae 15. Martii natalis Domini anno M CCCC LXXI. II. Vol. fol.**

In quorum fine legitur:

Aſpicis illuſtres Lector quicumque libellos
Si cupis artificum nomina noſſe, lege.
Aſpera videbis cognomina Teutona forſan
Mitiget ars muſis inſcia verba virûm.
Conradus Suueynheym: Arnoldus pannarzque magiſtri
Romae impreſſerunt folia multa ſimul.

Petrus

m) *Maittaire* annales typogr. tom. 4. part. 1. p. 343. *Weiſlingeri* armamentarium Catholicum p. 148.

Petrus cum fratre Franciſco Maximus ambo
Huic operi optatam contribuere domum.
M CCCC LXXI.

Extat Romae in Bibl. Vallicellana, et Pariſiis in Bibl. Regia n).

[Secundum hujus editionis volumen adſervatur in Bibliotheca Regiomontana; et ſi *Clementio* fides habenda eſſet, in Bibliotheca Heilbronnenſi integra extarent Biblia. Verum iſte haud probe circumſpexit; recenſet enim *Heckerus* in Bibliotheca Heilbronnenſi, non editionem Romanam, ſed editionem Norimbergenſem ad Romanam formatam. Praemiſſa *Joannis Andreae* Epiſtola tum ipſa Biblia, tum *Ariſteae* libellum commendat, atque de adjectis Interpretationibus nominum hebraicorum queritur, quod illae, quia typis hebraicis officina carebat, latinis typis exprimendae fuerint. Sequitur *Matthiae Palmerii* Epiſtola, et ejusdem Verſio libri *Ariſteae* de ſeptuaginta interpretibus. *Hieronymi* prologi tum Veteri Teſtamento, tum ſingulis utriusque foederis libris praemiſſi ſunt. Ad calcem operis accedunt Interpretationes nominum hebraicorum, quae hic omnium primo prodeunt. Typographi, qui una cum arte ſua e nativo ſolo primo ad Coenobium ſublacenſe, deinde Romam migrarunt, tantummodo DL exemplaria typis exſcripſerunt; eodemque anno, quo Biblia emiſerunt, Poſtillas *Nicolai de Lyra* praelo ſubmiſerunt. Editio ipſa non ab erroribus plurimis editionibus communibus immunis eſt, e. g. Pſ. I. abiit in *conſilio;* Eſai XXXVII, 29. circulum in *auribus* tuis. Phil. I, 2. *Diaconibus;* et quae ejusmodi ſunt generis. Attamen permultis in locis ab aliis editionibus recedit; uti, dum de iterata editione Norimbergenſi *Senſenſchmidii* §. XXXVI. nobis agendum erit, exemplis demonſtrabimus. Vnde, Epiſcopum *Andream* vel ex MSto codice aliquo hanc editionem excudi, aut ad minimum exemplar Moguntinum e codice MSto emendari curaſſe, colligendum eſt. Editio itaque Romana exemplar ſecundum authenticum nobis ſiſtit, ad quod plurimae editiones, inprimis illae, quae verſibus: *Fontibus ex graecis* &c. diſtinguuntur, formatae nobis videntur.

§. XXXVI.

Biblia Latina.

Biblia Latina. Norimbergae per Andream Fiſner et Joan. Senſenſchmidt 1475. Fol.

Editio maxime infrequens et tantae raritatis, ut Auctor noſter, quin et ipſe *Maittaire* illam ſilentio praetermiſerint. Tria tantummodo innotuerunt ejus exemplaria, primum in Bibliotheca publica Norimbergenſi, cujus mentionem facit *Roederus*, ſecundum in Bibliotheca Coenobii *Heilsbrunnenſis*, et tertium in Bibliotheca *Gottwicenſi.* Praeſtantiſſima vero eſt editio, cujus textus non ad exemplar Moguntinum, ſed ad Romanum formatus eſt, quam nuper nobis ſatis accurate et multo acumine delineavit Cl. *M. Georg. Wolfg. Panzerus,* Norim-

n) *Le Long* p. 251. col. 2. A.

o) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 88. Erleutertes Preuſſen tom. 1. p. 741. *Widekindi* Verzeichnis p. 553. *Maittaire* annales typogr. tom. 4. part. 1. p. 30. Conf. *J. W. Panzeri* Geſchichte der Nürnb. Ausgaben der Bibel p. 35.

Norimbergenſis. Ad calcem Apocalypſeos ſequentia leguntur: „Hoc opus Bi„blie effigiatum eſt. ĩ nuremberga oppido germanie celebratiſſimo iuſſu Andree „Friſner Bunſidelenſis artium liberalium magiſtri et Joannis Senſenſchmit civis „pſati oppidi atiſimpreſſorieq; magiſtri, ſociorum, ſuis ſignis anotatis. Anno „ab incarnatione domini M. CCCC. LXXV. quinto idus decembris.„ Accedunt inſignia typographorum: qui unde ſua hauſerint, quamque archetypam iterum exſcripſerint editionem, ſtatim in fronte libri aperte ſignificant: „Quia ve„ſtigia ſequimur Joann. An. Epi. Alerienſis, quem nihil reliquiſſe comperimus, „quod ulteriori emendatione egeat, pręter pauxilla q̄ vicio compoſitorum litte„rarum viciata ſunt. Ideoque epiſtolam quam ipſe praepoſuit omittere nolui„mus, ne cujus doctrinam imitamur, ejus condignam laudem videamur ſuppri„mere.„ Provocant hiſce Typographi ad editionem Romanam anni 1571. §. praeced., quam accurate exprimunt, ita ut *Andreae* Epiſtola, *Palmeni* Verſio libri *Ariſteae*, et ad calcem Interpretationes nominum hebraicorum hic uti in Romana, exhibeantur. Externa editionis forma elegans eſt et ſplendida. Charta eſt maximo candore nitens; typi majuſculi, nigri; orthographia emendatior; Textus prologos habet conſvetos; diviſis columnis inſcriptus, 60. in Columna adimplet lineas. Nulli cernuntur foliorum numeri; nec cuſtodes nec ſignaturae adſunt; rubricae vero columnis typis majoribus ſunt impreſſae. Quo vero interna hujus, ut et *Romanae* archetypae editionis conditio diſtinctius cognoſci poſſit, cum aliis editionibus conferenda eſt. Subſidio nobis eſt modo laudatus *Panzerus*, qui duabus columnis lectiones hujus editionis et *Coburgeri* primae anni 1475. lectoribus ad oculum poſuit; addimus vero lectiones editiones anni 1481., quae verſibus *Fontibus ex graecis* &c. notatur, in tertia Columna.

Ed. Rom. et Senſenſchm.	*Edit. Coburgeri 1475.*	*Editio anni 1481.*
Iob. I, 11. niſi in faciem benedixerit	niſi in faciem benedixit tibi	niſi in faciem benedixerit tibi
- II, 3. ac timens deum et recedens	et timens deum ac recedens	ac timens deum ac recedens
- 11. condixerunt enim	condixerunt enim ſibi	condixerant enim ut
- III, 4. et non illuſtretur lumine	et non ſit in recordatione nec illuſtretur lumine	et non illuſtretur lumine
- IV, 6. ubi, deeſt,	ubi timor tuus	ubi timor tuus
- 7. recordare obſecro te	recordare obſecro	recordare obſecro te
- V, 6. non orietur	non egredietur	non egredietur
- 7. ad volatum	ad volandum	ad volatum
- 10. irrigat aquas univerſas	irrigat aquis univerſis	irrigat aquis univerſa

Ed. Rom. et Senſenſchm.	*Edit Coburgeri 1475.*	*Editio anni 1481.*
Iob. V, 22. et beſtias terrae	et beſtiam terrae	beſtias terrae
- 26. tritici, deeſt.	acervus tritici	acervus tritici
- VI, 4. ſolvit manum	ſolvat manum	ſalvat manum
- 23. eruite	eruite me	eruite me
- 25. arguere	arguere me	arguere me
- VII, 9. ſi dormiero, dico	ſi dormiero dicam	ſi dormiero dicam
- 16. parce mihi	parce mihi domine	parce mihi .
Luc. I, 17. incredibiles ad prudentiam	incredulos ad prudentiam.	incredulos ad prudentiam
- 26. angelus Gabriel	angelus Gabriel a Deo	angelus Gabriel a Deo
- 45. beata quae credidit	beata quae credidiſti	beata quae credidiſti
- 45. dicta ſunt ei,	dicta ſunt tibi	dicta ſunt tibi
- 50. in progenie et progenies	a progenie in progenies	in progenie et progenies
- 54. memorari miſericordiae ſuae	recordatus miſericordiae ſuae	memorari miſericordiae ſuae
- 59. in die octava	die octava	in die octavo
- 67. repletus eſt	impletus eſt	repletus eſt
- II, 5. ut proficeretur	ut profiteretur	ut profiteretur
- 22. dies purgationis ejus	dies purificationis ejus	dies purgationis ejus
- 24. ut daret hoſtium	ut daret hoſtiam	ut darent hoſtiam
- 33. et mater ejus	et mater	et mater ejus
- 36. haec proceſſerat	et haec proceſſerat	haec proceſſerat
- 38. redemtionem Hieruſalem	redemtionem Iſrael	redemptionem Iſrael
- 51. verba haec in corde ſuo	verba haec conferens in corde ſuo	verba haec in corde ſuo
- III, 7. quis oſtendet	quis oſtendit	quis oſtendet
- [illegible]. et publicani	publicani	et publicani
- 16. veniet autem fortior cujus	veniet autem fortior me poſt me, cujus	veniet autem fortior cujus
- IV, 1. Deus autem plenus	Ieſus autem plenus	Ieſus autem plenus
- 1. in deſerto	in deſertum	in deſerto
- 2. diebus illis	in diebus illis	in diebus illis

Ed.

Digitized by Google

Ed. Rom. et Senſenſchm.	*Edit. Coburgeri 1475.*	*Editio anni 1481.*
Luc. IV, 4. in pane ſolo	in ſolo pane	in pane ſolo
- 5. in momenti temporis	iu momento temporis	in momento temporis
- 22. deeſt	dixerunt pharifaei ad Ieſum	deeſt
- 24. deeſt	quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis.	quia nemo propheta acceptus eſt in patria. In veritate dico vobis.
- 34. qui ſis	quia ſis	qui ſis
- 35. increpavit illum dicens	increpavit illum Ieſus dicens	increpavit illum Ieſus dicens
- 35. in medium exiit	in medio exiit	in medium exit
- 40. curabat eos	curavit eos	curabat eos
- V, 4. ut ceſſavit autem	ut autem ceſſavit	ut ceſſavit autem
- 7. ut mergerentur	ut pene mergerentur	ut pene mergerentur
- 22. quid cogitatis in cordibus veſtris	quid cogitatis mala in cordibus veſtris	quid cogitatis in cordibus veſtris
- 37. nemo mittet	nemo mittit	nemo mittit
- VI, 4. in domum domini dei	in domum dei	in domum dei
- 11. et reſtituta eſt manus ejus.	et reſtituta eſt ſanitati manus ejus	et reſtituta eſt manus ejus
- 11. quidnam facerent Ieſu	quidnam facerent de Ieſu	quidnam facerent de Ieſu
- 17. et deſcendens cum illis ſtetit	et deſcendens Ieſus de monte cum illis ſtetit	et deſcendens cum illis ſtetit
- 42. aut quomodo poteſt dicere.	aut quo potes dicere	aut quomodo potes dicere
- VII, 37. quod accubuit	quod Ieſus accubuiſſet	quod Ieſus accubuit
- VIII, 14. in ſpinas cecidit	in ſpinis cecidit	in ſpinas cecidit
- 18. quid audiatis	videte ergo quo audiatis	videte ergo quod audiatis
- 23. et compellabantur et periclitabantur	et compellabantur fluctibus et periclitabantur	et compellebantur et periclitabantur

Digitized by Google

Ed. Rom. et Senſenſchm.	*Edit. Coburgeri 1475.*	*Editio anni 1481.*
Luc. VIII, 27. et quum de navi egreſſus eſſet	et cum egreſſus eſſet	et cum de navi egreſſus eſſet
- 51. veniſſet domum	veniſſet ad domum	veniſſet domum
- et Iacobum et Johannem	et Johannem et Iacobum	et Iacobum et Iohannem
- IX, 16. benedixit illis	benedixit illos	benedixit illis
- 19. unus propheta	propheta unus	unus propheta
- 25. quid enim proficit homo	quid enim proficit homini	quid enim proficit homo
- 32. qui cum illo gravati erant ſomno	qui cum illo erant gravati erant ſomno	qui cum illo erant, gravati erant ſomno
- 54. deeſt	ſic Helias fecit	deeſt
- X, 2. in meſſem	in meſſem ſuam	in meſſem ſuam
- 15. Capharnaum	Capernaum	Capharnaum
- 19. ſupra ſerpentes	ſuper ſerpentes	ſupra ſerpentes
- 27. ille reſpondens	at ille reſpondens	ille reſpondens
- XI, 1. ex diſcipulis ſuis	ex diſcipulis ejus	ex diſcipulis ejus
- 2. fiat voluntas tua	deeſt	deeſt
- 4. et nos dimittimus debenti nobis	et nos ipſi dimittimus omni debenti nobis	et nos dimittimus debitoribus noſtris
- 16. ſignum quaerebant	ſignum de coelo quaerebant	ſignum de coelo quaerebant
- 25. ſcopis mundatam	ſcopis mundatam et ornatam	ſcopis mundatam
- 29. Ionae	Ionae prophetae	Ionae
- 40. quod deintus	id quod deintus	id quod deintus
- 54. de ore ejus	ex ore ejus	de ore ejus
- XII, 5. in Gehennam	in Iehennam	gehennam
- 25. pluris eſtis	plures eſtis vos	plures eſtis

Ex

Ex inſtituta trium exemplariùm collatione, quorum duo uno loco et anno in publicum prodiere, tertium vero ſexto anno poſt emiſſum eſt, quam certiſſime ſequitur, diverſas dari editiones reliquarum archetypas, editionesque primum diverſis ex MStis procuratas eſſe. Exemplar Romanum, quod exacte ſecuti ſunt *Senſenſchmid* et *Friſner*, differt a Norimbergenſi, et ab utroque diverſum et tertium anni 1481. cum verſibus: *Fontibus ex graecis* p).

§. XXXVII.

Biblia Latina Kobergeri.

Biblia Vulgata; anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo per Anthonium Coburger in regia Civitate Nürnbergenſi (1471.) Fol.

Si *Maittairio* fides habenda eſt, prima eſt, quae ex officina *Antonii Kobergeri* prodiit editio q). Aſſenſum ei praebuerunt *Paulus Roederus*, qui dum inprimis in editiones librorum Norimbergenſes inquirit, et hanc editionem recenſet, eamque typographo praeſtantiſſimo et de ſacris literis inprimis meritiſſimo adſcribit r); idem fecit et Cl. *Knochius* s). Auctor vero noſter editionem ignorat, et Cl. *Pauzerus* iis, quae ut fictitiae e medio tollendae ſunt editiones, illam adnumerat t). Jam anno 1472. *Kobergerum* artem exercuiſſe typographicam certum eſt, ſed num jam anno praecedenti 1471. facultates ejus tam eximio et ſumptuoſo operi imprimendo pares fuerint, non aeque certum eſt. Poſteriori vero tempore facultates ejus tantopere adauctae ſunt, ut in officina XXIV. praeſſa quotidie occupata, et centum hominum manus laboribus quotidianis vix pares fuerint. Haud parvus certe eſt Bibliorum ab hoc typographo expreſſorum numerus; ſed et plura, quam unquam procuravit, ipſi tribuuntur. *Kobergerum* magni nominis virum typographum et bibliopolam, de edendis multiplicandisque Bibliis optime meritum laudat Cl. *Goezius* u) ſed et illum ab anno 1471. usque ad annum 1522. quotannis ſplendidam procuraſſe editionem vel propriis typis expreſſam, vel expenſis ſuis et typographia Lugdunenſi *Iacobi Sacon* emiſſam, adfirmat. *J G. Walchius* ipſi adſignat Bibliorum Latinorum editiones annorum 1475. 1477. 1478. 1479. 1480. 1481. 1482. 1483. 1487. 1493. 1496. 1497. 1501. omnes in forma magna x). Cl. denique *Knochius* ab anno 1471. ad annum 1497. novendecim recenſet editiones, in quorum numero ſunt quatuor editiones verſionis Bibliorum germanicae y). Nihil certe famae, gloriae meritisque *Kobergeri* detrahere credimus, dum quae vera ſunt, a falſis ſeparamus, quem in finem ſequentia notanda veniunt: 1) diſtinguendi ſunt tres *Kobergeri* typographi et bibliopolae: *Antonius* qui anno 1513. vitam finivit; *Antonius* filius, qui officinae paternae praefuit, *Johannes*, *Antonii* ſenioris ex fratre nepos:

 Anto-

p) Conf. *Panzeri* Geſchichte der Nürnberg. Ausgaben der Bibel p. 23-46.

q) *Maittaire* annales typogr. tom. 1. p. 305.

r) Catalogus librorum qui ſec. XV. Norimbergae impreſſi ſunt p. 2.

s) Hiſtoriſch critiſche Nachrichten p. 771.

t) Geſchichte der Nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel p. 11.

u) Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 101.

x) Bibliotheca exegetica p. 57.

y) Loc. cit. Conf. de *Kobergero* die höchſtnöthige und nützliche Buchdruckerkunſt. Lipſ. 1740. vol. 2. p. 84.

Antonii rei typographicae operam dederunt, ſuasque in publicum emiſerunt editiones; *Johannes* vero maxime bibliopolam egit. *Antonius* ſenior primam editionem Bibliorum, dum illa de anno 1471. ſuſpecta eſt, evulgavit anno 1475. die 16. Novembris, et Moguntinam anni 1462. recudi ſecit: cum vero anno 1475. vel 1476. prima prodiiſſet editio cum Canonibus Euſebianis, ſeu concordantiis Evangeliſtarum; hanc anno 1477. praelo iterum ſubmiſit, aut ad minimum Concordantias iteratae editioni adjecit: ſequuta eſt tertia anno 1478. menſe Aprili, et quarta eodem anno menſe Novembri: quinta 1479. menſe Auguſto; ſexta 1480 menſe Aprili. Hae editiones eodem charactere et forma prodiere. 3) Accedit editio anni 1482., quae minori typo et fortaſſis impenſis *Kobergeri* ab alio quodam typographo expreſſa eſt, et editio anni 1484., quae dubia eſt. Ab hoc anno usque ad ſeculi ſequentis primum, nulla vel e *Kobergeri* officina vel ejus impenſis prodierunt Biblia Latina; hoc enim anno Frobenianam anni 1495. vel 1500. minori typo in forma octava editionem, in forma majori typisque majoribus iterum expreſſit. Quo vero factum ſit, ut typographus, qui intra paucos annos tam multas emiſerat editiones, per plures annos ſeſe ab opere edendo retinuerit, nullibi relatum legimus. Si conjecturae locus eſſet, *Kobergerum* ſuarum facultatum rationem habuiſſe crederemus. Prodierant ab anno 1479. fere quotannis Biblia Latina per verſus: *Fontibus ex graecis, hebraeorum quoque libris* &c. maxime commendata. Impreſſa erant in charta minori, minorique typo, quam quo uti ſolebat *Kobergerus.* Minorum erant itaque impenſarum, minorique aere comparari poterant, ipſisque lectoribus communique eorum uſui magis erant accommodata, quam illa volumina grandiora Norimbergenſia. Haud improvide itaque egit *Kobergerus*, ſibique ne fruſtra impenſas faceret, prudenter proſpexit. Interim 4) ne rei ſacrae deeſſet, emiſit anno 1483. Biblia germanica, et plures Bibliorum Latinorum cum Poſtillis Lyranis, additionibus *Pauli Burgenſis* et replicis *Matthiae Doringi* nimirum A. 1481. 1485. 1487. 1493. 1497. et Novum Teſtamentum cum iisdem commentariis A. 1484. Quae cum ita ſint, e numero editionum *Kobergeri* ſenioris removendae ſunt ſecundum recenſionem Cl. *Knochii* tres editiones verſionis germanicae Annorum 1477. 1479. et 1490. et ex recenſione *Walchii* editiones annorum 1481. 1483. 1487. 1493. 1496. 1497. 5) Impenſis *Antonii Kobergeri* ſenioris ex officina *Iacobi Sacon* Lugduni prodiere duae editiones annorum 1512. et 1513. reliquae vero editiones ex eadem officina Lugduni, et unica ex officina *Johannis Marion*, ad *Antonium* juniorem referendae ſunt.

[1] *** Biblia Latina, in folio; opus impreſſum conſummatumque in regia civitate Nürnbergenſi per Antonium Coburger incolam civitatis ejusdem. Anno incarnationis dominicae 1475. ipſo die Othmari confeſſoris. 16. Novembris.**

Haec tanquam Bibliorum hebraicorum editionem primam laudat Marianus, Victorius, in indice operum S. Hieronymi *).

[Inte-

*) *Le Long* p. 251. col. 2. E. ubi per vitium typographicum annus 1479. loco 1475. expreſſus eſt.

Digitized by Google

[Integrum opus adimplet 482. folia, quorum in ultimo ſequentia leguntur: „Opus Veteris novique Teſtamenti. Impreſſum ad laudem et gloriam „ſancte ac individue trinitatis. Intemerateque virginis marie feliciter finit. „Abſolutum conſumatumque eſt. In regia civitate Norimbergenſi per Antho„nium Coberger incolam civitatis ejusdem. Anno incarnacionis dmce. „M. CCCC. LXXV. ipſo die ſancti Othmari confeſſoris. XV. Novembris.„ Plagulis deſunt ſignaturae, cuſtodes et numeri foliis. Litterae initiales et columnarum rubricae calamo pictae ſunt. Pſalmorum liber appellatur *liber ymnorum ſeu ſoliloquiorum*: ſingulis vero Pſalmis numerus non additus eſt. *Menardi* Epiſtola, quae jam 1473. et Canones Euſebiani, qui 1475. Bibliis additi ſunt, huic editioni nondum acceſſere. Lectiones ſingulares notandae ſunt: 1 Sam. XXV, 6. deſunt verba: *et multis annis ſalvos faciens tuos et omnia* tua. Eſdr. IX, 8. *pax illius*. Eſai. XXXVII. 29. *in auribus tuis*. c. XLII, 2: *rex ejus*. Ierem. XVIII, 6. *Ecce ſicut lutum in manibus ſiguli ſic et domus iſrl in manu mea*. Ezech. XXIX, 1. *In anno decimo, et duodecimo menſe, una die menſis*. Pſal. I, 2. *Diaconibus*. Iac. V, 3. *et erugo eorum in teſtamentum*. Apoc. XIX, 1. *tubarum* loco *turbarum*.

Prima haec eſt *Cobergeri* editio, quam revera extare quam certiſſime conſtat. Addunt nonnulli editionem ſecundam, et illam ad annum ſequentem 1476. referunt. Expreſſe illam nominat *J. P. Roederus* in catalogo librorum, qui ſeculo XV. Norimbergae impreſſi ſunt [a]). „Biblia Latina cum canonibus „et concordantiis, fol. per Antonium Koburger III. Kal. Auguſt. Norimber„gae.„ Ad teſtes provocat, nimirum *Orlandum* in origine et progreſſu typographico et *V. E. Loeſcherum*. Poſterior ad auctorem noſtrum provocat; qui tamen hujus editionis haud meminit; Prior vero illam nominat, ſed ejus loco editionem anni 1477. omiſit. Teſtes itaque non ſunt, quibus fides haberi queat. Omiſimus itaque hanc editionem in breviore editionum omnium recenſione, quia illam ſuppoſititiam eſſe, certum eſt [b]).

Biblia Latina II. Vol. in folio. Ad calcem legitur: Anno incarnationis Dominicae milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Auguſti vero Kl. tertio. Inſigne Veteris Novique Teſtamenti opus cum canonibus, Evangeliſtarumque concordantiis impreſſum in regia civitate Nürnbergenſi per Antonium Coburger (1477). [c]). [II]

[Opus quod titulo adhuc caret, 466. foliis conſtat. Clauſulam ſimillem ab Auctore noſtro abbreviatam hic integram damus: „Anno incarnatōnis „dnice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Auguſti vero Kl. „tercio. Qū inſigne veteris noviqз teſtamenti opus. Canonibз evangeliſta„rumqз

a) pag. 9. n. 62. *Orlandus* p. 140. Loeſcherus in Stromateo p. 242.

b) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 92. *Widekindi* Verzeichnis p. 555. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 343. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſamlung p. 19. *G. W. Panzeri* Geſchichte der nürnberg. Ausgaben der Bibel p. 11.

c) *Le Long* p. 252. col. 1. E.

„rumq; concordantiis. Attentis quibus facile dinoſcitẑ apud quacumque rela-„tonez ſi unius (cum X ponitur numerisve canonū ſub aliis) an plurimorẑ ſit „evangeliſtarẑ. Verẑ notato numero adjūcto faciliusq; capitulo conſcripto re-„piēnda ex ↄcordantia ipa numerum ꝑ annotatum ī euangelii margine. Ad „laudē et gloriam ſancte ac indiuidue tīnitatis. Intemerate virginisq; marie im-„preſſum. In regia ciuitate Nürnbergū p Antonium Coburger ciuitatis ejusdez „incolam cuius etiam induſtria q̄ diligentiſſime fabrefactū. finit feliciter. Laus „Deo.„ Non citra rationem *Coburgerus* in clauſula finali lectores de uſu Canonum et concordantiarum Evangeliſtarum inſtruit; adjunxit enim iſtos prima vice huic editioni una cum *Menardi* epiſtola ad *Iacobum* de Yſenaco. In utroque, ut novam priori redderet meliorem editionem ſecundam, Biblia anni 1475. §. XXV. ſequutus eſt. Nullae hic, uti et in ſuperiori cernuntur ſignaturae, Cuſtodes, aut paginarum numeri; rubricae vero et literae initales manuſcriptae ſunt. Pſalmi eodem rubro decorantur uti in praecedenti. Signa diſtinctionis ſunt tantummodo punctum et colon; littera vero i lineola eſt notata. Lectiones hujus editionis eaedem ſunt ac ex praecedenti notavimus, quas hic repetere ſuperfluum foret, quia haec editio antiquiorem accurate ſequitur. Paginae in columnas ſunt diſtinctae, et Columna 51. habet lineas; Charta ſignum Roſae ſex foliorum oſtendit d).

[III] * Biblia Latina cum canonibus Evangeliſtarumque concordantiis, Menardi Monachi. Norimbergae, Antonii Coburger 1478. II. Vol. fol. e).

[Ita *Le Long*, perinde acſi canones et Evangeliſtarum concordantiae *Menardum* agnoſcerent auctorem. Diſtinguitur haec editio a praecedenti tum rubricis, quae typis expreſſae in priori folii facie extant, plagula averſa vero illis caret, tum numero foliis addito, quorum numerantur CCCCLXI. Litterae initiales adhuc deſiderantur; et Pſalterium inſcribitur: *Liber ſoliloquiorum;* Pſalmis vero numerus adſcriptus eſt, et nonnullis Pſalmis breves notae in fine additae ſunt. Pſalmo CXIX., uti et in Threnis ſectionibus praefiguntur litterarum hebraicarum nomina, ubi loco *Lamed* ſemper *Lamech*, uti in Bibliis Moguntinis §. XXXIII. expreſſum eſt. Signaturae plagularum vero et cuſtodes paginarum nullibi cernuntur. Ad calcem ſequentia notata ſunt: „Anno incar-„nationis dominice. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo. Mai „vero Kl. octauo decimo. Q. inſigne veteris nouique teſtamenti opus, cum „canonibus euangeliſtarumque concordantiis. In laudem et gloriam Sancte et „indiuidue trinitatis. Intemerate virginisque marie impreſſum. In oppido „Nurnbergē. per Antonium Coburger praefati oppidi incolam induſtria cuius „quam

d) Conf. *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 769. *Clemens* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 93. Erleutertes Preuſſen tom. 1. p. 742. *Roederi* catalog. p. 12. n. 79. 80. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 100. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part 1. p. 371. *Panzerus* p. 46.

e) *Le Long* p. 252. col. 2. A.

Digitized by Google

„quam diligentiſſime fabrefactum finit feliciter.„ *Menardi* epiſtola hic ultima in fine occupat folia IV. ſequitur tabula Canonum duobus foliis inſcripta. Lectiones ſingulares etiamſi vitioſae, quas ſupra ex editione anni 1475. communicavimus, hic omnes ac ſingulae iterum occurrunt. Exemplar, quod rebus noſtris inſervit praemiſſum habet folium, cujus prima pagina vacua, ſecunda vero catalogum librorum ſacrae ſcripturae ſiſtit, ſub rubro: *Locus librorum. numerus. dinoſcitur ordo:* quod folium ab exemplari, quod in Bibliotheca Cl. *Goezii* Hamburgenſis adſervatur, abeſſe videtur f).

Biblia Latina cum canonibus Evangeliſtarumque concordantiis, et Menardi Monachi epiſtola. Norimbergae, Antonii Kobergeri 1478. II. Vol. fol. [IV]

Duo exſtant hujus anni editiones, eadem forma externa, cum iisdem foliorum numeris, quae tamen a ſe invicem diverſae ſunt. Superior editio finita eſt, Anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo *Mai vero Kl. octavo decimo.* Altera eundem habet epilogum, ſed finita eſt *Novembris ydus quarto.* Diverſitas duorum exemplarium ex collatione foliorum, linearum et typorum ſatis apparet, fol. XXVII. prioris editionis ita prima verba expreſſa ſunt:

quicquid in egypto curruuȝ fuit: 7 duces to-
cius exercit9. Induravitqȝ dns cor Phara-
onis.

In poſteriori vero ita expreſſum eſt:

quicquid in egypto curruum fuit: 7 duces
toci9 exercit9. Induravitqȝ dns cor phara-
onis.

Utrumque exemplar adſervatur in Bibliotheca publica Academiae Ienenſis g).

* Biblia Latina. Norimbergae Antonii Coburger 1479. fol. h). [V]

[Quam accuratiſſime repraeſentat editionem praecedentem, ut pagina paginis, rubrica rubricis in omnibus reſpondeat, habet itidem folia CCCCLXI. Ad calcem Apocalypſeos ſequentem habet clauſulam finalem: „Anno icarnatois „dominice. Milleſimo qdrigenteſimo ſeptuageſimo nono. Sexto die auguſti. „Qu inſigne veteris noviqȝ teſtameti op9 cum canonib9 euageliſtaruqȝ 9corda„tiis. In laude et gliaȝ ſcte ac idiuidue trinitatis. Intemerate virginisqȝ marie „im-

f) Berliniſche Biblioth. vol. 1. p. 430. Erleutertes Preuſſen tom. 1. p. 741. *Clemens* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 96. Hamburg. Berichte A. 1735. p. 723. *Roederi* Catalogus p. 12. n. 86. et p. 14. n. 102. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 20. n. 531. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 384. *Panzerus* p. 50.

g) Conf. *Panzeri* Geſchichte p. 51. not.

h) *Le Long* p. 252. col. 2. A.

„impreſſu. In oppido Nurnbergn per Antoniuȝ Coburger preſati oppidi inco-„lam, induſtria cuius qȝ diligentiſſime fabrefactum, finit feliciter.„ *Menardi* Epiſtola hic primum occupat locum, ſed quis illum ei dederit, typographus an Bibliopega incertum eſt. Nullum plane, unde locus ipſi competens determinari poſſit, exſtat indicium [i]).

[VI] * Biblia Latina, in folio. Ad calcem legitur: Anno incarnationis Dominicae milleſimo quadringenteſimo octogeſimo, Maji vero Kl. octavo decimo, hoc inſigne veteris et novi Teſtamenti opus, cum canonibus, Evangeliſtarum concordantiis in oppido Nürnbergenſi per Antonium Coburger, cum Epiſtola Menardi Monachi ad Iac. de Yſenacho (1480.) [k])

[Complet integrum opus itidem uti praecedentes editiones folia CCCCLXI., iisque plane in omnibus reſpondet. Praecedit folium cum catalogo librorum ſacrorum. Ad finem Apocalypſeos ſequentia notantur. „Anno „incarnationis dnice. Milleſimoquadringenteſimooctuageſimo. Mai vero Kl. „octauodecimo. Qu inſigne veteris novique teſtamenti opus. cum canonibus „euangeliſtarumque concordantiis. In laudem et gloriam ſancte ac individue „trinitatis. Intemerate virginisque Marie impreſſum. In oppido Nurnbergn „per Antonium Coburger preſati oppidi incolam induſtria cuius quam diligen-„tiſſime fabrefactum, finit feliciter.„ Ad calcem accedit Menardi epiſtola. Singula praecedentibus accurate reſpondent, ita ut nobis plura non addenda eſſent, niſi nos ipſos a fide data nos liberare oporteret. In recenſione Bibliorum Moguntinorum §. XXXIII. aliquam antiquorum promiſimus collationem, ut eorum conſenſus et diſſenſus eo facilius dijudicari queat. Siſtimus itaque hic in prima columna lectiones hujus editionis Coburgeri, in ſecunda lectiones editionis Moguntinae, in tertia, lectiones editionis Anni 1481. verſibus *Fontibus ex graecis* &c. notatae, et in quarta lectiones primae editionis *Iacobi Saconi*, quae *Alberti Caſtellani* habet emendationes.

Coburgeri 1480.	*Mogunt 1462.*	*1481.*	*Sacon.*
Gen. I, 14. Dixitque autem Deus	Dixitque autem	Dixit autem	Dixit autem
- VII, 24. Optinueruntque aque terras	Optinueruntque - — terras	Obtinueruntque - — terram	Obtinueruntque - — terram
- XVII, 12. et quicunque fuerit de ſtirpe veſtra	et quicunque fuerit	non fuerit	non fuerit

1480,

i) *Roederi* Catalogus p. 16. n. 113. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 297. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 395. *Panzerus* p. 55.
k) *Le Long* p. 252. col. 2. C.

1480.	*1462.*	*1481.*	*Sacon.*
Gen. XVII, 18. Dixitque ad dominum.	ad Dominum	ad Dominum	ad Dominum
Exod. V, 13. Praefecti quoque operum inſtabant dicentes	dicentès	dicentes	dicentes
1 Sam. XV, 9. et pepercit Saul	peperit	pepercit	pepercit
Tob. VI, 18. ut Deum a ſua mente excludant	excludant	excutiant	excutiant
Eſth. II, 25. et annalibus	animalibus	annalibus	annalibus
Iob. XXXIX, 13. ad arandum loro tuo	loco tuo	loro tuo	loro tuo
Pſ. IX, 7. et civitates deſtruxiſti	civitas	civitates eorum	civitates eorum
- CV, 7. in mare: mare rubrum	mari: mari rubro.	mare: mare rubrum	mare: mare rubrum
Sapient. XVII, 2. et inenarrabilia	enarrabilia	inenarrabilia	inenarrabilia
Eſai XXXVII, 29. ponam ergo circulum in auribus	auribus	naribus	auribus
Ierem. XVIII, 6. ſicut lutum in manibus figuli: ſic et domus Iſrael in manu mea	— ſic vos	— ſic vos	— ſic vos
Ezech. XXIX, 1. In anno decimo et duodecimo menſe una die menſis	— in duodecimo	— et duodecimo	et duodecimo
Matth. V, 4. beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur	— ſaturabuntur	— conſolabuntur	— conſolabuntur

1480.

1480.	*1462.*	*1481.*	*Sacon.*
Matth. XXII, 34. Phariſaei audientes	— audentes	— audientes	— audientes
- XXVII, 35. 36. diviſerunt veſtimenta ejus ſortem mittentes. Ut impleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem. Diviſerunt ſibi veſtimenta mea et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem: et ſedentes ſervabant eum.	diviſerunt veſtimenta ejus ſortem mittentes: et ſedentes ſervabant eum	Conſentit cum Coburgeri editione	Conſentit cum Coburgeri editione
Luc. XI, 4. ſiquidem et nos ipſi dimittimus omni debenti nobis	— debenti nobis	— debitoribus noſtris	— debitoribus noſtris

Paucis ex hiſce in medium productis ſpeciminibus. *Coburgerum* non accurate illam Moguntinam exſcripſiſſe editionem ſatis apparet l).

[VII] * Biblia Latina. Norimbergae, Antonii Coburger 1482. fol. m).

[Externa forma haec editio aliquantulum a praecedentibus differt, nimirum foliorum numero. Biblia ipſa adimplent folia CCCC XXVII. et additae nominum hebraicorum interpretationes folia XXXIII. integrum opus itaque foliis 460. conſtat. Ad calcem legitur: „Inſigne hoc opuſculum omnes veteris ac novi teſtamenti codices juxta beati Hieronymi interpretationem in ſe claudens: non abſque alacri ſtudio impenſis Anthonii Koburger Nurenberge eſt conſummatum. Anno dominice incarnationis Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, pridie Kalendas Ianuarias." Quibus ex verbis, niſi omnia nos fallunt, non ipſum *Coburgerum* hanc editionem procuraſſe, ſed alii cuidam

l) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 97. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 93. *Maittaire* annales typogr. tom. 1. p. 154. tom. 4. part. 1. p. 404. *Panzerus* l. c. p. 56.

m) *Le Long* p. 253. col. 1. A.

cuidam typographo Norimbergenſi, ſubminiſtrante *Coburgero* impenſas, opus commiſſum fuiſſe, conjiciendum eſt. Qui quidem typographus praecedentis editionis exemplar recudi fecit, ſed quia aliquantulum minoribus typis uſus eſt, opus ipſum minorem paginarum numerum adimplet. Interim folia, ut in ſuperiori editione numeris diſtincta ſunt, et rubricae et capitum numeri expreſſi ſunt. Cum vero Coburgerus primam et Libri et capitis lineam majori charactere exſcribere ſoleret, hic typographus duas lineas charactere aliquantulum reliquis majore expreſſit. Specimina lectionum hujus editionis ſequentia notamus: *Num.* XII, 2. iratus eſt, l. iratus eſt valde v. 4. ſtatim locutus ad eum, l. Dominus ad eum v. 12. ut abortivum quod *abjicitur;* praecedens editio legit: *proiicitur.* 1 Sam. XVI, 7. Homo enim videt que parent in facie; dominus autem *juuet* cor; praecedens legit: *intuetur cor.* In reliquis vero, ſibi editiones invicem reſpondere videntur. 1 Reg. I, 34. unguat l. ungat. 2 Paral. XXXI, 16. Quidquid per ſingulos dies conducebatur, l. conducebant. Prov. XVI, 2. Omnes viae hominum, l. hominis. Eſai XXXVII, 29. in auribus. Cap. XLII. 15. gramen eorum l. germen. Ierem. XVIII, 5. Ecce ſicut lutum in manibus figuli, ſic et domus Iſrael in manu mea. Ezech. XXIX, 1. In anno decimo et duodecimo menſe, una die menſis. 1 Sam. XXV, 6. deſunt verba: et multis annis ſalvos faciens tuos et omnia tua. Quae omnia in antiquioribus *Coburgeri* editionibus iisdem verbis leguntur, et Samuelis locus, uti jam ſupra monuimus, ibidem deſideratur. In locum epiſtolae *Menardi* hic ſucceſſerunt Interpretationes nominum hebraicorum, quas primo Bibliis adjecit *Andreas* Alerienſis Epiſcopus Romae 1471. §. XXXV. [n]).

* Biblia Latina. Norimbergae 1484. fol. [o]). [VIII]

[Haec tantummodo ſunt, quae Auctor noſter memoriae reliquit. Recenſet eadem Biblia *Roederus*, et addit: *per Antonium Koberger Norimbergae ex verſione Hieronymi*, provocatque ad *Beughemium* et *Orlandinum*. *Maittairius* eadem nominat, ſed tantummodo ex noſtro auctore. Num vero exiſtat, incertus ſum. Si eſt, praecedens ultima editio ab eodem typographo recuſa data eſt; ſiquidem ex verſione *Hieronymi* eſſe perhibetur [p]).

* Biblia Latina. Norimbergae 1500. fol. [q]). [IX]

Vide anno ſequenti.

Biblia cum concordantiis Veteris et Novi Teſtamenti. (Norimbergae per Anthonium Koberger 1501.) fol. [r]). [X]

P 3 [Per

n) Coof. *Roederi* catal. p. 23. n. 166. *Widekindi* Verzeichnis p. 562. *J. G. Schelhornii* amoenit. litterar. tom. 3. p. 27. n. 10. Berliniſche Biblioth. vol. 2. p. 752. *Maittaire* annales typogr. tom. 1. p. 164. tom. 4. part. 2. p. 429. *Panzerus* p. 62.

o) *Le Long* p. 253. col. 1. C.

p) Roederi catal. p. 27. n. 201. *Beughemi* diſcurſ. praelim. *Orlandi* origin. typogr. p. 141. 293. *Maittaire* annal. tom. 1. p. 175.

q) *Le Long* p. 253. col. 2. E. *Maittaire* annal. tom. 1. p. 148. *Roederi* catal. p. 54.

r) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 4.

[Per plures annos *Kobergerus*, vel *Coburgerus* ſacrarum litterarum impreſſor ſolertiſſimus, de edendis Bibliis cum Commentariis *Lyrae* et Additionibus *Pauli Burgenſis*, nec non Replicis *Matthiae Doringi* interim occupatiſſimus, nulla Biblia latina ſine commentariis ediderat. Primo tandem ſeculi decimi ſexti anno hanc novam antiquioribus jungit editionem, atque in edendo opere editionem *Frobenii* anni 1495. ſequutus eſt. In fronte libri conſpicitur duplex *Hieronymi* effigies tum ſedentis, tum in genua devoluti: et verſibus ex Frobeniana adſcriptis:

Simmachus atque Theodotion vel Septuaginta &c.

Titulum ſequitur 1) tabula alphabetica ex ſingulis libris et capitulis totius biblie tam ex veteri quam novo teſtamento a reverendo in ſacra ſcriptura magiſtro *Gabriele bruno Veneto* ordinis minorum miniſtro provincie terre ſancte ſumma cura et ſollicitudine compoſita ac ordinata &c. 2) ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortatio et 3) ſummarium librorum totius ſacre ſcripture in bibliis comprehenſe, cum diviſione librorum in legales hiſtoriales, ſapientiales et prophetales. Ad calcem leguntur interpretationes nominum hebraicorum. Apocalypſi vero annexus eſt ſequens epilogus: „Biblia „cum caſibus ſummariis et concordantiis novi et veteris teſtamenti illuſtrata: „per Anthonium Koberger Nuremberge impreſſa finit feliciter. Anno poſt „chriſti nativitatem primo ſupra Milleſimum et quingenteſimum die 24. menſis „Martii.„ Satis diſtincte primus ſeculi annus expreſſus eſt; nullo itaque jure auctor noſter, ut et *Maittaire* editionem ad annum 1500. referunt. Ex hoc vero tempora nulla amplius ex hac officina prodiere Biblia latina, ſed quae *Kobergeri* nomen oſtendunt, ab aliis, et potiſſimum a *Iacobo Sacon*, typographo Lugdunenſi in Gallia expreſſa ſunt. Qua ratione id factum ſit, non uno definitur modo; alii enim *Saconum* fraudem emptoribus facere voluiſſe credunt, ut ſuis editionibus majorem famam conciliaret, et nomen typographi celeberrimi, quae emiſerat aliis commendaret; alii vero, *Kobergerum* ſuis impenſis per *Saconum* Biblia excudi curaſſe ſtatuunt. Quid vero ſtatuendum ſit, infra ubi ipſas editiones recenſebimus, ſub examen vocabimus. Hic tantummodo notamus, duas editiones nempe Anno 1512., et 1513. menſe Auguſto, a *Sacono* expreſſas et finitas nomen *Kobergeri* oſtendere, quod ſuperſtite *Kobergero* adhuc factum eſt; hic enim anno 1513. die Lunae poſt feſtum Michaelis ad ſuperos abiit. Succeſſit defuncto in typographia adminiſtranda et bibliopolio exercendo filius ejusdem nominis *Antonius Kobergerus*, cujus ſub nomine reliquae prodierunt editiones, cum hac diſtinctione, ut cum pater in epilogo: *Notabilis vir Dominus*, ſalutatus ſit, filius tantummodo *Notabilis Vir* audiat. Quae vero horum ſub nomine in typographiis Lugdunenſibus exſcriptae ſunt editiones, infra recenſendae, hic tribus tantum annunciamus verbis.

Biblia Latina: Lugduni, per Iacobum Sacon. 1512. 1 Calendas Auguſti Fol.

Biblia — — — — 1513. Calendas III. ſeptembris Fol.

Biblia

Digitized by Google

Biblia Latina:	Lugduni,	per Iacobum Sacon.			1514. Fol.
Biblia	—	—	—	—	1515. Fol.
Biblia	—	—	—	—	1516. die 16. Decembris Fol.
Biblia	—	—	—	—	1518. die decimo menſis Maii Fol.
Biblia	—	—	—	—	1519. die decimo nono menſis Octobris Fol.
Biblia Latina.	Lugduni	per Johannem Marion.			1520. die decimo nono.
Biblia Latina	Lugduni	per Iacobum Sacon.			1520. die duodecimo menſis Decembris Fol.
Biblia	—	—	—	—	1521. die 24 Iulii. Fol.
Biblia	—	—	—	—	1522. ad decimum quintum Calendas Decembris Fol.

§. XXXVIII.

Biblia Latina Pariſienſia.

* **Biblia Latina: per Ulricum Gering, Martinum Crantz et Michaelem Gering. Friburger (Pariſiis 1475.) fol.**

[Editio prima Pariſienſis, cujus aetas dubia eſt, per calculum tantummodo determinanda. Bis itaque hujus editionis meminit Auctor noſter, duplicemque inſtitnit calculum, quo illam primo ad annum 1464. et deinde ad annum 1476. refert. Videamus ipſum:

„Annus non eſt expreſſus niſi his ſequentibus verſibus:

Jam ſemi undecimus luſtrum Francos Ludovicus
Rexerat, Ulricus, Martinus, itemque Michael
Orti Teutonia hanc mihi compoſuere figuram.

„Coronatus eſt Ludovicus undecimus Gallorum Rex XI. die menſis Auguſti an-„no 1461. unde ſequitur haec Biblia fuiſſe typis expreſſa anno 1464. Aſſerva-„tur iſtud rariſſimum exemplar, cujus nullum ſupereſt Pariſiis veſtigium, in Bi-„bliotheca Cantabrigienſi, nuper huic Bibliothecae datum a Sereniſſimo Rege „Angliae cum omnibus libris Joannis Mori Epiſcopi Norwicenſis, ut refert Mi-„chael Maittaire p. 71. annalium typographicorum.„ s).

Altero loco ſequentia exponit: „Biblia latina in folio, Pariſiis (1476.) „ut patet his verſibus, quae leguntur ad calcem voluminis:

Jam tribus undecimus Luſtris Francos Ludovicus
Rexerat, Ulricus, Martinus idemque Michael
Orti Teutonia hanc mihi compoſuere figuram.
Pariſiis arte ſua me correctam vigilanter
Venalem in vico Iacobi ſol aureus offert.

„*Tribus luſtris*, id eſt quindecim annis. Obiit Carolus VII. anno 1461. die „22 Iulii, et coronatus fuit Ludovicus XI. die 15 Auguſti ejuſdem anni; anno „itaque hujus regni decimo ſexto ineunte, hoc eſt anno Chriſti 1476. typis ex-„cuſa

s) *Le Long* p. 251. col. 1. D.

„cuſa ſunt haec Biblia et abſoluta Pariſiis. Ulricus Géring. Martinus Crantz, „Michael Friburger, in vico ſancti Iacobi, ad inſigne ſolis aurei [r]).„ *Maittaire*, ad quem auctor noſter provocat, editioni duplicem eandem anni notam diverſis in locis annalium adſcribit. Sed unica tantummodo eſt editio, quam Pariſienſes triumviratui e Germania oriundo debent, in cujus annum natalem jam inquirendum eſt. Ipſe *Maittairius* teſtis, Auctoris noſtri Biblia iſta non vidit, ſed quaecunque habet, ex relatione alterius iterum communicavit; nec ipſe hanc relationem cum hiſtoria artis, typographicae in Gallia conciliare potuit, ſiquidem ipſi e *Chevaillerii* hiſtoria, hoſce typographos primum anno 1470. Artem Pariſiis inſtituiſſe, et Biblia in regno Galliae ante annum 1475. non fuiſſe, notum erat. Non itaque idoneus eſt nobis, cui fides habenda ſit, teſtis; et verſus primo loco exſcripti ſunt in initio aliquantulum adulterati, loco verborum *Semi luſtrum*, legendum eſt, uti rectius in poſteriori loco expreſſum eſt, *tribus luſtris;* hosque verſus memoriae conſecravit *Naudaeus*, cui duo hujus editionis exemplaria Pariſiis videre contigit. Quodſi itaque computationis initium quis inſtituat ab anno 1461. quo Ludovicus XI. coronatus eſt; haec Biblia anno 1475. expreſſa eſſe, ſequitur, id quod teſtimonio *Chevillerii* comprobatur. Editio Pariſienſis anni 1464. e medio tollenda eſt. Aſſertum denique *V. E. Loeſcheri*, typographos laudatos Auguſtae Vindelicorum haecce Biblia expreſſiſſe, nullo unquam nititur fundamento [u]).

§. XXXIX.

Biblia Latina Venetiis.

[1] **Biblia latina Venetiis 1475. fol. minor.**

Ad calcem legitur: „Explicit Biblia impreſſa Venetiis per Franciſcum „de Hailbrun et Nicolaum de Frankfordia ſocios. M. CCCC. LXXV.„ Pro more iſtius ſeculi nullus adeſt titulus; ſed folio primo legitur. Prologus in Geneſim, incipit epiſtola ſancti Hieronymi ad Paulinum. Folia neque numeris, neque cuſtodibus neque ſignaturis diſtinguuntur. Litteris initialibus ſpatium vacuum relictum eſt. In prima folii pagina nomen libri indicatur; et Pſalterio titulus in Columna datus eſt *Pſalmiſta, incipit liber Hymnorum vel ſoliloquiorum.* Pſalmi hic numerantur 171. decimus enim octavus vel decimus nonus in 22. Pſalmos diſſectus eſt. Accedunt ad calcem Interpretationes nominum hebraicorum. Typographi ſocii artis et impenſarum prima Venetiis edidere Biblia Latina; ſed uti ex ſubſequentibus editionibus apparet, commercium ſuſtulerunt, aliosque ſibi in opere Socios adjunxerunt. Quodnam vero exemplar ſequuti ſint, Moguntinum an Romanum? ex ipſis apparebit lectionibus. Ad Moguntinum Venetam formatam eſſe cenſet Cl. *Lorckius*, qui primus eſt, accuratam qui nobis hujus editionis ſuppeditavit notitiam; quae a nemine niſi a *Maittaire* laudata eſt. Hic enim in annalibus tom. 4. part. 1. pag.

r) *Le Long* p. 252. col. 1. A.

u) *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 71. tom. 4. part. 1. p. 273. 358. tom. V. part. II. p. 565. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 79. *Widekindi* Verzeichnis p. 544. *Vogtii* Catal. libr. rar. p. 119. *Loeſcheri* ſtromateus. p. 239. *Weislingeri* armament. Cathol. p. 146. 148. *F. C. Alteri* Bibliographiſche Nachrichten p. 19.

pag. 357. expreſſe hanc annunciat editionem; atque ad annum 1476. p. 358. ſequentem recenſet editionem [x]).

* Biblia Latina. Venetiis Franciſci de Hailbrun et Nicolai de Francofordia 1476. fol. [y]). [II]

[Praecedens editio adimplet folia 454. haec ſecunda folia 452. Ad calcem Apocalypſeos: „Explicit Biblia impreſſa Venetiis per Franciſcum de hail-„brun et Nicolaum de Frankfordia ſocios M. CCCC. LXXVI.„ Adjiciuntur hebraicorum nominum interpretationes. Praecedenti in omnibus ſimilis; rubricae impreſſae; ſigna diſtinctionis, punctum et colon, et punctum cum acuto. Librorum capita numero romano diſtincta: ſine ſignaturis, cuſtodibus et foliorum numeris, ut et ſine litteris florentibus [z]).

§. XL.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Gothice. Franciſci de Hailbrun. Venetiis 1480. 4. [a]). [I]

[Ad calcem: „Explicit biblia impreſſa Venetiis per Franciſcum de „Hailbrun. M. CCCC. LXXX.„ Superioribus annis 1475. et 1476. *Franciſcus* una cum *Nicolao de Franckfordia* duas publici juris fecerat Bibliorum editiones: jam vero ſocium ſuum reliquit, propriisque impenſis novam procuravit editionem, quae ab antiquioribus diſtinguitur non ſolum externa forma, ſed et titulo et numero Pſalmorum. Inſcribitur enim liber: *Pſalterium;* et numerus CL. ultimo adſcriptus eſt. Columnae ſunt diviſae, typus eſt minor et elegans; plagulae habent ſignaturas, non vero cuſtodes et foliorum numeros. Interpretationes nominum hebraicorum operi adhaerent [b]).

* Biblia Latina. Venetiis. Franciſci Renner de Hailbrun 1483. 4. [c]). [II]

[Ad calcem: „Explicit biblia impreſſa Venetiis per Franciſcum Renner „de Hailbrun M. CCCC. LXXXIII.„ Conſtat foliis 474. Rubricae capitum et columnarum typis ſunt exſcriptae; cuſtodes vero et foliorum numeri ab hac editione adhuc abſunt: quamvis alii typographi, uti inprimis *Kobergerus*, jam ab anno 1479. foliis numerum addere conſueviſſet. Litteris majuſculis ſpatium vacuum

x) Conf. *Joh. Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 127. *Alteri* bibliographiſche Nachrichten p. 92.

y) *Le Long* p. 252. col. 1. C.

z) Conf. *Knochii* hiſt. crit. Nachr. p. 767. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 94. *Widekindi* Verzeichnis p. 557. *Maittaire* tom. 4. part. 1. p. 358. *Palmii* deſignat. Codicum praefat. p. 44. *Weislingeri* Armament. cathol. p. 148.

a) *Le Long* p. 252. col. 2. C.

b) *Maittaire* annal. typogr. tom 4. part. 1. p. 404. Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden vol. 1. p. 178. n. 177. *Aug. Beyeri* Arcana Biblioth. Dresd. contin. 2. p. 130. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 142.

c) *Le Long* pag. 253. col. 1. B.

Digitized by Google

cuum relictum eſt, ut vero miniculator, qualem ſcribere deberet, literam ſcire poſſit, minor typus in ſpatii medio expreſſus literam oſtendit [d]).

[III] * Biblia Latina Gothice. Venetiis Franc. de Hailbrun. 1494. 4. [e]).

§. XLI.

Biblia Latina Venetiis.

[I] * Biblia Latina charactere Gothico. Venetiis opera et impenſis Nicolai Jenſon Gallici 1476. fol.

Utraque collatis a me inter ſe exemplaribus diverſa reperta ſunt [f]).

[Loquitur auctor noſter de hiſce Bibliis *Jenſonianis*, et de Bibliis *Franciſci Renneri de Hailbrun*, quae immediate conjunxerat; quae quamvis eodem loco, eodem anno et eadem forma prodiere, a ſe invicem tamen diſtinguenda ſunt. Typographus ex Gallia oriundus in ſua arte ſatis celebris, jam ab anno 1461. artem exercuit ſuam. Duas habemus ex ejus officina Bibliorum Latinorum editiones, quibus tertia cum commentario *Nicolai de Lyra* jungenda eſt. Multa de illo et cum laude refert *Maittaire*, ex illo Cl. *Knochius* et *Hirtius*. Ad calcem operis legitur: „Biblia impreſſa Venetiis opera atque impenſa Nicolai „Jenſon Gallici. M. CCCC. LXXVI.„ Triennio praetermiſſo accurate exemplar idem recuſum dedit *Jenſonius* [g]).

[II] * Biblia Latina. Gothice Venetiis Nicolai Jenſon, Gallici 1479. Fol. [h]).

[Conſtat foliis 461. et diviſis columnis, quarum quaelibet 51. lineas oſtendit. Ad calcem: „Biblia impreſſa Venetiis opera atque impenſa Nicolai „Jenſon Gallici. M. CCCC. LXXIX.„ Quale exemplar in edendo opere ſequutus ſit typographus, vix definiri poterit. Non ad exemplar Romanum, nec ad exemplar Moguntinum formatam eſſe editionem, exinde quia ab utraque in lectionibus recedit, conjiciendum eſt. Cum editione Neapolitana *Matthiae Moravi* anni 1476. vero maxime conſentit. Pſalterium ſimili modo inſcribitur: *Liber Pſalmiſta*, et ultimus Pſalmorum, quia Pſ. CXIX. in varias numeris diſtinctus eſt ſectiones, numero 171. notatus eſt. Accedunt quoque nominum hebraicorum interpretationes. Ad calcem additur *Regiſtrum biblie;* in quo prima cujusvis plagulae verba notantur. Lectiones, quae modo cum Romana, modo cum Moguntina ſeu cum *Kobergeri* editione conſentiunt, modo ab utraque recedunt, ſequentes hic notamus: Iob. I, 11. niſi in faciem *benedixerit tibi.* C. II. 3. *et* timens Deum *et* recedens. v. 11. *condixerat* enim. C. III, 4. et non illuſtretur

d) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 103. not. *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 797. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 170. tom. 4. part. 2. p. 439. *Alteri* bibliographiſche Nachrichten p. 94.

e) *Le Long* p. 253. col. 2. A. *Maittaire* annales typogr. tom. 1. pag. 323. tom. 4. part. 2. p. 570. *Weislingerus* p. 738.

f) *Le Long* p. 252. col. 1. C.

g) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 358. conf. tom. 1. p. 36. *Knochii* hiſt. critiſche Nachrichten p. 773.

h) *Le Long* p. 252. col. 2. A.

ſtretur lumine, omiſſis verbis: *ſit in recordatione nec.* C. IV, 7. recordare obſecro Te. C. V, 6. non *egredietur.* v. 7. ad *Volutum.* v. 10. irrigat *aquis univerſa.* v. 22. et *beſtias* terre. C. VI, 9. *ſolvat* manum. v. 23. eruite *me.* v. 25. arguere *me.* C. VII, 4. ſi dormiero *dicam.* v. 18. parce mihi, omiſſa voco *Domine.* Luc. IV, 22. deſiderantur verba: *dixerunt phariſei ad Ieſum.* comma ver[illegible]4. quod ab aliis editionibus abeſt, hic expreſſum legitur. Eſai XXXVII, 29. circulum in *naribus* tuis. Geneſ. III, 15. *ipſa* conteret caput. A vitiis vero typographicis haud immunis eſt editio, quorſum referenda eſt lectio: Joh. XX. ad alium diſcipulum quem amabat *Ieſum*, et porro: fores eſſent *clauſule* [i]).

§. XLII.

Biblia Latina Venetiis.

Biblia Latina, Leonardi Baſilienſis 1476. fol.

Editio parum cognita, quae ſecundum morem iſtius temporis, neque foliorum numeros, neque cuſtodes habet, ſicuti litterae capitales colore rubro vel caeruleo exaratae ſunt. Ad calcem operis legitur:

> Lector quisquis es: ſi chriſtiane ſentis, te non pigeat hoc opus ſanctiſſimu: que biblia inſcribitur: magna cu animi volnptate deguſtare: deguſtanduq; aliis pſvadere: nuper impreſſum a Leonardo Baſileenſi magna cum diligentia. in eo enim fidei noſtre fundamentum ſitum eſt: 7 chriſtiane religionis decus ac radix. ex eo tibi cognitione; reru oiu; : in quibus ſalus noſtra ɔſiſtit: legendo comparabis: qd eo libentius facere debes: quo in tam felici ſeculo codex hic pcioſiſſimus in lucem emendatiſſimus venit pontificatus videlicet Sanctiſſimi dni nri pape. d. Xyſti quarti anno quinto. 7 imperii chriſtianiſſimi Frederici tertii ano vigeſimo ſexto, 7 Andree vendramini ducis inclyti venetorum anno primo.
>
> M CCCC LXXVI.
>
> Sexto ydus maias.

Exemplar hujus editionis extat in Bibliotheca Caeſarea Viennae Auſtriae [k]).

§. XLIII.

Biblia Latina Neapoli.

* Biblia Latina. *Legitur ad calcem:* Editum opus et emendatum accuratiſſime ac diligenter impreſſit Matthias Moravus vir ſingulari arte ingenio- **Matth. Moravus.**

Q 2

que

i) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 97. *Wedekindi* Verzeichnis p. 560. *Knochii* hiſt. crit. Nachrich. p. 773. Merkwürdigkeiten der königl: Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 406. *Joh. Langii* recenſ. Biblior. Biblioth. Elbingenſ. pag. 6. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 395. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 155. *Weislingeri* armament. Cathol. p. 148. 150. *Alteri* bibliogr. Nachrichten p. 92. 93.

k) *Alteri* bibliogr. Nachrichten p. 92.

Matth. Moravus. que in urbe Neapoli Ferdinando Rege invicto anno Chriſti Dei milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto. (Neapoli 1476.) Fol. min.

Editio rariſſima. Horum Exemplar fuit D. de Maridat magni Conſilii Senatoris, quod vidi Pariſiis apud Dn. de la Haye Paſtorem quondam S. Iodoci Pariſiis l).

[Exemplar hujus editionis in membrana expreſſum extat in Bibliotheca Regia Berolinenſi, et in Bibliotheca Biblica Brunſvicenſi. Biblia minori typo Gothico foliis 460. impreſſa ſunt, diviſis columnis, quae plerumque lineas habent 52. *Matthias* a patria *Moravus* dictus, primo Genuae circa annum 1474. artem typographicam exercuit, ibique jam *Blaſius Romerus*, Monachus, ei auxilio fuit. Abiit deinde Neapolim eundemque Monachum comitem habuit. Praemiſit *Blaſius Romerus* Bibliis epiſtolam *Thomae Taqui* Pariſienſi inſcriptam, qua illum, ut aere ſuppeditato editionem promoveret, hortatur. Reſpondet ille *Blaſio*, ſe velle ut fieret. Epiſtolas excipit *Hieronymi* prologus, et praefatio in Pentateuchum. Liber Pſalmorum inſcribitur *Pſalmiſta*. Numerantur vero Pſalmi 171. quia Pſalmus 118. (119.) in varias ſectiones diſſectus eſt. Libro ſapientiae nota praemiſſa eſt: „Liber ſapientiae apud hebraeos nunquam eſt. „Unde et ipſe ſtilus graecam magis eloquentiam redolet. Hanc Judaei Philonis „eſſe adfirmant. Qui proinde ſapientie nominatur. Quia in eo Xρi adventus „eſt, qui eſt ſapientia patris et paſſio ejus evidenter exprimitur.„ Lectiones editionis non tantis erroribus ſunt, uti in aliis ejusdem temporis, conſpurcatae. Eſai XXXVII, 29. vera extat lectio: *ponam circulum in naribus tuis.* Signa diſtinctionis ſunt tantummodo punctum et colon. Plagulae jam ſuas oſtendunt ſignaturas. Apocalypſi ſubjuncta eſt nota: „Explicit Biblia: Incipiunt inter-„pretationes hebraicorum nominum ſecundum ordinem alphabeti.„ Editio archetypam habet Venetam, per *Franciſcum de Hailbrun* et *Nicolaum de Frankfordia* ſocios anno 1475. expreſſam m).

§. XLIV.

Biblia Latina Baſileae.

[I] * Biblia Latina impreſſa per Bernardum Richel civem Baſileenſem. 1477. II. Vol. fol. n).

[Ad calcem: „Impreſſum per me bernardum richel civem baſileenſem „ſub anno incarnationis dominice. M. CCCC. LXXVII. VI. Ydus ſeptembris, „indictione vero decima.„ *Richeliorum* familia primo Baſileae, deinde Argentorati per duo fere ſecula artem typographicam exercuit. Editiones antiquiores usque ad dimidium et quod excurrit ſeculi decimi ſexti, ſunt nitidae et elegantes; quae vero ſeculo decimo ſeptimo prodiere, prioribus longe ſunt inferiores. *Bernhardus*, cui Biblia latina debemus, jam anno 1474. librum germanice

l) *Le Long* p. 252. col. 1. D.

m) *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 94. *Widekindi* Verzeichnis rarer Bücher p. 555. *Knochii* hiſtoriſch critiſche Nachrichten p. 760. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. part. 2. p. 358. Conf. tom. 1. p. 82. 115. 116. *Weislingeri* armamentar. cathol. p. 148.

n) *Le Long* p. 252. col. 1. E.

nice ſcriptum: *Saſſenſpiegel*, typis ſuis evulgavit. Biblia latina proſtant ſine titulo, pro more iſtius ſeculi. Columnae ſunt diviſae et 50. vel 51. habent lineas. E titulo libri Pſalmorum, *Pſalmiſta* uti et ex illorum numero CLXXI. ad editionem Venetam anni 1475. et hanc eſſe formatam, apparet. Ad calcem additur *Menardi* epiſtola, ſeu uti hic appellatur: *Menardi* introductio in lectionem et ſenſum ſcripturae; cui interpretationes nominum hebraicorum ſubjiciuntur. Nulla in hac editione occurrunt diſtinguendi ſigna, praeter puncta et Colon. Diſtinguitur haec editio ab aliis hujus temporis, litteris initialibus majoribus ligno affabre inciſis atque typo expreſſis. Verum non in omnibus editionis exemplaribus litterae florentes typo expreſſae inveniuntur: et ubi in hoc exemplari typus litteram expreſſit, eodem in loco in alio exemplari miniculator eandem literam colore rubro aut caeruleo adſcripſit o).

Biblia Latina. Baſileae 1481. Fol. [II]

Biblia Latina. Baſileae per Bernardum Richel 1486. Fol. [III]

Utramque editionem detexit *Weislingerus* p).

§. XLV.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Gothice. Venetiis Leonardi de Vuild pro Franciſco de Hailbrun et Nicolao de Francofurdia 1478. fol. q). [I]

[Iungimus *Franciſco Rennero*, quem olim habuerat artis ſuae ſocium, *Nicolaum de Francofordia*; ſed non eodem modo, quo auctor noſter illos conjunxit; ac ſi typographus *Leonardus* de *Wild* pro utroque Biblia haecce expreſſiſſet. Contrarium ex ſubſcriptione libri apparet: „Explicit Biblia impreſſa Venetiis „per Leonardum de Wild de Ratisbona expenſis Nicolai de Frankfordia. „M CCCC LXXVIII.„ Exſtat hujus editionis exemplar in Bibliotheca Regia Dresdenſi, quod Dux Saxoniae *Johannes Fridericus* II. in Cuſtodia traditus Neoſtadii in Auſtria die 10. Auguſti 1588. *Andreae Einhornio* dono dedit r). W. 150. A. 93. W. 519. A. 93.

* Biblia Latina. Gothice. Venetiis Leonardi Wild de Ratisbona 1481. fol. s). [II]

[Ex eadem, uti praecedens typographia, ſed non *Nicolai de Francofordia* impenſis. Ad calcem enim legitur: „Explicit biblia impreſſa Venetiis per „Leonardum wild de Ratisbona M CCCC LXXXI. cum interpretationibus hebraicorum nominum ſecundum ordinem alphabeti.„ De hiſce Bibliis monet *Theo-*

o) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 94. *Widekindi* Verzeichnis p. 558. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 371. *Weislingeri* armament. Cathol. p. 87. 179.

p) Armamentar. Cathol. p. 811. 812.

q) *Le Long* p. 252. col. 1. E.

r) *Auguſt. Beyeri* Arcana Biblioth. Dresd. p. 17. Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 178. n. 176. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 384. *Weislingerus* p. 150. 519. *Alterus* p. 93.

s) *Le Long* p. 252. col. 2. E.

Digitized by Google

Theophilus Sincerus, variis in locis voculam excluſivam, *ſolus*, aut *tantum* eſſe additam, ubi in textu hebraico non expreſſa ſit, e. g. Deut. X, 20. Dominum Deum tuum timebis, et ei *ſoli* ſervies. C. XII, 32. Quod precipio tibi hoc *tantum* facito domino. C. XXXII, 39. Videte quod ego ſim *ſolus*. 1 Sam. X, 19. qui *ſolus* ſalvavit vos. Sed hoc non de hac editione, verum de omnibus antiquis editionibus dicendum eſt, quae ſibi in hiſce locis ſunt ſimillimae [t]).

§. XLVI.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Gothice. Venetiis 1478 fol. [u]).

Reinsburch. [Ad calcem Apocalypſeos: „Biblia impreſſa Venetiis opera atque impenſa Theodorici de Reynsburch et Reynaldi de Noviomago Theutonicorum „ac ſociorum. M. CCCC. LXXVIII.„ Editio in omnibus, tum in titulo Pſalterii, et numero Pſalmorum CLXI. cum Veneta anni 1475. Neapolitana *Moravi* aliisque ejusdem generis conſentit. Litterae initiales minori typo ſunt indicatae, et plagulis ſignaturae datae ſunt. Interpretationes nominum hebraicorum ultimum occupant locum [x]).

§. XLVII.

Biblia Lat. Coloniae.

[1] * Biblia Latina. Coloniae (1479.) fol. [y]).

C. de Homborch. [Integrum opus una cum adjecta *Menardi* Epiſt. ad *Iacobum Iſenacenſem*, 411. folia implet. Ad calcem Apocalypſeos: „Anno incarnationis dominice Mille„ſimo quadringenteſimo LXXIX. Ipſa vigilia Matthei apoſtoli. Quod inſig„ne veteris novique teſtamenti opus cum canonibus euangeliſtarum et eorum „concordantiis. In laudem et gloriam ſancte ac indiuidue trinitatis intemerate„que virginis marie impreſſum in ciuitate Colonienſi per Conradum de hom„borch: admiſſum et approbatum ab alma vniuerſitate Colonienſi. Finit feli„citer.„ Folium primum averſum oſtendit locum et ordinem librorum ſacrorum, et paginam initii cujusvis libri. Praemittuntur Hieronymi prologi. Accedit ad calcem *Menardi* Epiſtola *Iacobo de Iſenaco* ſcripta. Accurate typographus editionem *Kobergeri* anni 1478. §. XXXVII. n. 3. ex officina ſua iterum prodire juſſit; et ſingula, quae ſupra de illa annotavimus, et hic obſervanda veniunt. Duo vero ſunt, quibus ab illa diſtinguitur. Primo typus minor, nec adeo clarus et diſtinctus ac *Kobergeri* typi eſſe ſolent. Secundo huic editioni acceſſit Pſalmus CLI. *Puſillus eram*, qui in *Kobergeri* editionibus deſideratur. Nullum praeterea habet diſtinctionis ſignum praeter punctum et colon. Prima haec ſunt Biblia, quae publica approbatione in publicum prodiiſſe, teſtimonium oſtendunt. Recenſentur a *Clemente* e Bibliotheca Colonienſi *Ioſephi Harz*-

t) *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 159. *Theophili Sinceri* neue Samlung von lauter alten und raren Büchern. A. 1733. p. 12.

u) *Le Long* p. 252. col. 2. A.

x) *Maittaire* annales typogr. tom. 4. part. 1. p. 384. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 134. *Weislingerus* p. 150.

y) *Le Long* p. 252. col. 1. A.

Digitized by Google

Harzheimii, et ab Auctore noſtro paucis indicantur: *Coloniae* 1479. Uterque locus ſeſe oculis *Baumgartenii* ſubduxit, eamque ob cauſam utrumque ſcriptorem, ſilentio hanc editionem praetermiſiſſe, accuſat. Exſtat exemplar hujus editionis litteris initialibus affabre pictis ornatum in Bibliotheca Regia Berolinenſi [z]).

Biblia Latina. Coloniae 1489. fol. [II]

Editio iterata ex ejusdem *Conradi de Homborch* officina [a]).

§. XLVIII.

Biblia Lat. Lugduni.

* Biblia Latina. Lugduni, per Perrinum Lathomi de Lotharingiis 1479. fol. [b]). **Lathomus.**

[Biblia haecce Lugduni in Bibliotheca Patrum S. J. aſſervari, ex indice Chronologico auctoris noſtri diſcimus. Ipſe vero illa nec vidit, nec conſuluit; aſteriſco tamen illa notavit, quia ab auctore fide digno commemorata ſunt. *Maitterius* illorum mentionem facit, ſed ex noſtro ſua hauſiſſe videtur auctore.

§. XLIX.

Biblia Latina Ulmis.

* Biblia Latina cum ſummariis et concordantiis Menardi Monachi. Ulmis. Jo. Zainer 1480. fol. [c]). [I] **Zainerus.**

[Ad calcem: „Anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo. Quarto Kalendas Februarii. In omnipotentis dei laudem ſueque „curie celeſtis gloriam et honorem. Finitum eſt hoc inſigne noui et veteris teſtamentorum opus. per Joh. Zainer Ulmenſis oppidi incolam. opus inquam „preclarum ad ſimplicium ſacerdotum utilitatem non modo cum canonibus euangeliſtarumque concordantiis verum inſuper cum dictionum hebraicarum declaratione ac caſibus ſummariis ſemper ab initio capitulorum poſitis diligentiſſime „impreſſum.„ Editio emendatior, quae ex pluribus editionibus ſingula conjungit. Canones et Concordantiae Evangeliſtarum ex editionibus *Coburgeri*, declaratio ſeu interpretatio hebraicorum nominum ex editione Veneta vel Romana; *Menardi* epiſtola itidem ex Norimbergenſibus. Caſus vero ſummarii in hac editione omnium primo occurrunt. Quae Le Long annotavit, *Menardo* ſummaria et concordantias adſcribere videntur. Caſus ſummarii iidem ſunt, qui poſteriori tempore a typographis ſingulis capitibus praemiſſi ſunt. E. g. Geneſ.

z) *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 97. not. 52. Berliniſche Biblioth. vol. 1. p. 431. Erleutertes Preuſſen tom. 1. p. 741. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 95. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 395. tom. 4. part. 1. p. 395. *Harzheimii* biblioth. Colonienſ. p. 36. col. 1.

a) *Weislingeri* armament. Cathol. p. 540.

b) *Le Long* p. 252. col. 2. A. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 1. p. 395. *Weislingeri* armament. cathol. p. 150.

c) *Le Long* p. 253. col. 2. C.

Digitized by Google

nef. I. „Die primo facta eſt lux: die ſecundo factum eſt coelum: die tertio „factum eſt mare &c.„ Pſalterium et Canticum nullos habet caſus ſummarios: praemittitur vero Cantico Canticorum haec nota: „Cantica Canticorum ſalomo-„nis a diverſimodis doctoribus diverſimode exponuntur. Quando ſecundum „ſenſum literalem intelliguntur de rege Salomone et filia pharaonis regis egypti. „Sed beatus Gregorius exponit ipſa de Xpo et eccleſia. Alanus vero de Xpo „Ieſu ac virgine maria et ſic ex diverſis expoſitionibus diverſi poſſent caſus ſum-„marii fabricari.„ Ipſos vero Caſus *Zainerus* e codice MSto quodam adjecit [d]).

[II] * Biblia Latina. Ulmis per Johannem Zainer Ulmenſis oppidi incolam 1484. fol. [e]).

[Non ſilentio praetermittendam duximus hanc editionem ab auctore noſtro ut et aliis commemoratam; quamvis ex errore illam natam eſſe certum ſit. In Catalogo Bibliothecae Uffenbachianae omnium primo haec occurrit editio ad annum 1484. relata. Auctor ejus verba epilogi: *octuageſimo. Quarto Kalendas Februarii*, ita conjunxit, ut annus nativus *octuageſimus quartus*, inde natus ſit. Exemplar illud Uffenbachianum in Bibliothecam Bunavianam tranſiit, et expreſſe puncto duo iſta verba a ſe invicem ſeparat. Unica tantummodo eſt *Zaineri* editio [f]).

§. L.

Biblia Latina Florentiae.

Biblia Latina. Florentiae 1480. Fol.

Florentiae. Exemplar hujus editionis alias ignotae detexit *Weislingerus* in Bibliotheca Auguſtinianorum Münnerſtadii in Franconia [g]).

§. LI.

Biblia Latina Venetiis.

[I] * Biblia Latina. Venetiis Octaviani Scoti 1480. 4. [h]).

Scotus. [Prima editio ex officina *octaviani Scoti;* Prologus Hieronymi inſignitur verbis: *Prologus in bibliam.* Ad calcem operis legitur: „Biblia impſſa p Octa-„vianū Scotū Modoetienſem explicit feliciter anno ſalutis 1480. pridie Kalendas

d) Maittaire tom. 1. p. 154. tom. 4. part. 1. p. 404. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 13. *Weislingeri* armament. p. 518. 524. *Alteri* bibliogr. Nachr. p. 93.

e) *Le Long* p. 253. col. 1. C. *Maittaire* annal. tom. 4. part. 2. p. 451.

f) Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 13. *Engelii* Biblioth. ſelect. p. 18. ubi verba *quarto Kalendas* commate diſtincta ſunt, ut editio anni 1484. appareat.

g) *Weislingeri* armamentar. Cathol. p. 811.

h) *Le Long* p. 252. col. 2. C.

„das iunii.„ Accedunt interpretationes nominum hebraicorum. Litterae Capitales calamo exaratae ſunt [i]).

* Biblia Latina. Venetiis impenſis Octaviani Scoti 1489. Fol. [k]). [II]

§. LII.

Biblia Latina Argentorati.

* Biblia Latina. Argentorati per Marcum Reinhardi de Argentina et Socios 1482. Fol. [I] Reinhardi.

In quorum fine leguntur iidem verſus anno 1481. editi [l]).

[Sunt verſus celebratiſſimi: *Fontibus ex graecis* &c. Typographi ad calcem rectius determinantur: „Per Marcum Reinhardi de Argentina et Nicolaum „Philippi de Bensheym ſocios. ſub anno Domini. M CCCC LXXXII.„ Recenſetur a *Maittairio*, cui nomen *Bensheym* in *Gernsheym* transmutare placuit. Editio omni ex parte ad illam de anno 1481. cum iſtis verſibus §. XXVIII. n. 3. formata; quae et nominum hebraicorum interpretationes adjectas habet [m]).

* Biblia Latina. Argentorati 1497. fol. [n]). [II]

[Ex eadem ac praecedens typographia prodiiſſe videtur; varias tamen ex aliis recentioribus editionibus accepit acceſſiones, inprimis ex Frobeniana anni 1495. §. LVIII. n. 3. In titulo typis majuſculis verba expreſſa ſunt: *Biblia cum concordantiis Veteris et Noui teſtamenti.* Subjicitur *ſanctus Hieronymus interpres biblie* duplici forma ligno inciſus, ſedens et ſcribens, ex editione Frobeniana, et ad Crucifixum in genua devolutus et cor ſuum offerens, uti in Bibliis *Saconi* Anni 1519. additis verſibus ex Frobeniana: *Simmachus atque Theodotion* &c. Sequitur Regiſtrum *Bunonis*, atque ordo et diviſio librorum ſacrorum: et *exhortatio ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores.* Singulis Capitibus, excepto Pſalterio et Cantico Canticorum, Summaria praemiſſa ſunt, litteris C. S. i. e. *Caſus Summarii* ſignatis. Primam editionem hanc ſalutat Cl. *Goezius*, quae ejusmodi habeat ſummaria: ſed plane nihil, quod non jam in antiquioribus fuerit, oſtendit. Adſunt hic loca parallela, rubricae, litterae initiales minori typo indicatae, et plagularum ſignaturae. Cuſtodibus vero et paginarum numeris caret. Ad calcem Apocalypſeos: „Finit biblia | cum con„cordantiis veteris et novi Teſtamenti. Argentine impreſſum Anno domini „M. CCCC XCVII. Sexto vero Kalendas Maii.„ Additae ſunt hebraicorum nominum Interpretationes, aliis quoque editionibus communes. Errores typographici

i) *Maittaire* annales tom. 4. part. 1. p. 404. *Weislingeri* armamentar. p. 518. *Alteri* bibliograph. Nachr. p. 93.

k) *Le Long* p. 253. col. 1. D. *Maittaire* tom. 4. part. 2. p. 505. 510. *Weislingerus* p. 279. 540.

l) *Le Long* p. 253. col. 1. A.

m) *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 164. tom. 4. part. 2. p. 425. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 102. not. 55. *Widekindi* Verzeichnis p. 562. Berliniſche Bibliothek vol. 1. p. 431. Bibliotheca Rinckiana p. 1012. ubi haec editio pretio 12. thalerorum vendenda exponitur.

n) *Le Long* p. 253. col. 2. B.

phici ſunt haud rari. Eſai XXXVII, 29. legit: *ponam circulum in auribus*, et conſentit in pleriſque cum editione Anni 1486. Pſ. I, 1. vero conſpirat cum editione anni 1485. *qui non abiit in conſilio* o).

[III] Biblia Latina. Argentorati f. typogr. 1492. fol.

Editio alias ignota, quam detexit *Weislingerus* in Bibliotheca Eccleſiae Mauro-Munſterianae Ordinis S. Benedicti prope Elſas-Zabern p).

§. LIII.

Biblia Latina Venetiis.

[I] Herbort. * Biblia Latina. Venetiis, Joannis dicti Magni Herbort de Selgenſtadt Alemanni 1483. Fol. II. Vol.

Praefigitur Epiſtola Franciſci Monelieno a Genua q).

[Integrum opus una cum interpretatione nominum hebraicorum occupat folia 395. Epilogum Apocalypſi fol. 365. ſubjectum, Auctor noſter ex parte tantum exſcripſit, quem hic integrum damus: „Exactum eſt inclyta in urbe Ve„netiarum ſacroſanctum biblie volumen integerrimus *expolitusque* litterarum ca„racteribus. Magiſtri Johannis dicti. Magni. Herbort de Siligenſtat. ale„manni. qui ſalva omnium pace *auſum* illud affirmare. ceteros facile omnes hac „tempeſtate ſupereminet: Olympiadibus Dominicis. Anno vero 1483. pridie „Calendas Nouembris.„ Interpretationem hebraicorum nominum ſequentes excipiunt verſus:

Quintus Emylianus Cymbriacus Poeta lau.
Qui primus latias effinxit in aere lituras:
Et docuit ſacros aere notare libros:
Nonne putas dicti coelum ſuperaſſe myronis?
Phidiacas veneres? parrhaſiosue joves?
Hunc ego daedaleos etiam viciſſe labores.
Hunc ego palladias credo habuiſſe manus.

Auctor praefationis ſeu praemiſſae epiſtolae, *Franciſcus Monelienſis*, a *Monilia*, italice *Moneglia*, oppido in agro *Genuenſi* ſito, ita dictus, totus in eo eſt, ut tum ſacras litteras, tum vero typographum ejusque ſummas in opere edendo adhibitas curas lectoribus commendet. Ad prius argumentum faciunt verba ejus: „Eja ergo lege et perlege cuncta diligenter: eaque omnia *obſera* (obſerva) „et ſerva: ut tibi per cuncta ſecula poſſis bene conſulere. Invenies quo te „beatum reddas fulgeasque tanquam ſol inter omnes.„ De typographo vero haec habet: „Habes praeterea hoc opus ex inclyta officina Magiſtri Joannis di„cti Magni Herbort de Silgenſtadt Alemanni: qui ſalva omnium pace dixerim: „ceteros facile ſupereminet omnes: nec tantum in operibus ſuis corrigendis ve„rum

o) *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 342. tom. 4. part. 1. p. 631. Berliniſche Biblioth. vol. 1. p. 435. *Widekindi* Verzeichnis p. 567. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 105. Index Biblior. Wernigerod. p. 47. *Alteri* bibliogr. Nachr. p. 95. *Weislingeri* armament p. 519. 740.

p) Armament. cathol. p. 737.

q) *Le Long* p. 253. col. 1. B.

„rum et jucundiſſimo literarum charactere: eſt namque adeo mire perfulgens ac „amandus, ut prae ceteris ſit habendus et eligendus. Si praeterea ejus Magiſtri „Joannis diligentiam ac curam velim annotare, nec rem tantam poſſem edicere: „nam nihil denique omittit, quod ad rei utilitatem gloriamque pertineat. Ejus „itaque omnia tanquam praecipua, ubi ubi ſunt, tibi habeas et eligas.„ Quo jure id vero ſiat, ipſe epilogus verbis *expolitusque*, *auſum*, et epiſtola verbo *obſera* abunde docebit. Id denique obſervandum eſt, *Franciſci* epiſtolam jam anno 1481. Bibliis Latinis cum poſtillis *Nicolai de Lyra*, a typographis *Johanne de Colonia* et *Nicolao Ienſonio*, additam fuiſſe, quod Cl. *Lorckii* attentioni ſeſe ſubduxit, qui editori meliorem optat commendatorem; ea hic ad calcem paululum immutata iterum apparet. Utrum itaque commendationes *Herborti* ab ipſo *Franciſco* additae, an vero ab alio adjectae ſint, dubium eſt. *Hieronymi* prologus inſcribitur: *Prologus in bibliam.* Textus diviſis columnis inſcriptus eſt, et litterae initiales manu pictae ſunt. Foliorum numeri et cuſtodes deſunt, plagulis vero ſignaturae jam adjectae ſunt. Pſalmi numerantur tantummodo CL. In novo Teſtamento accedunt ad marginem loca parallela, et quatuor Evangeliſtis Regiſtrum Summaria capitum continens, praemiſſum eſt. Singula ex editionibus quae verſibus *Fontibus ex graecis* celebrantur hauſta ſunt, unde et verſus memoriales derivatae ſunt:

Biblia quem retinent ſequitur nunc metricus ordo &c.

Editio quidem rara, ſed permultis ſcatens vitiis typographicis [r]).

* Biblia Latina. Venetiis Herbort de Selgenſtat. 1484. 4. [s]). [II]

[Ad calcem operis ſubjiciuntur verſus:

Fontibus ex Graecis. Hebraeorum quoque libris
Emendata ſatis et decorata ſimul
Biblia ſum praeſens, ſuperos ego teſtor et aſtra,
Eſt impreſſa nec in orbe mihi ſimilis.
Singula quaeque loca cum concordantibus extant.
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.

„Exactum eſt inclyta in urbe Venetiarum ſacroſanctum Biblie volumen integer„rimus *expolitusque* litterarum caracteribus. Magiſtri Joannis dicti Magni Her„bort de Selgenſtat Alemanni: qui ſalua omnium pace *auſum* illud affirmare, „caeteros facile omnes hac tempeſtate ſupereminet. Olympiadibus Dominicis. „Anno vero 1484. pridie Kalendas Maii.„ Adeo preſſe prioris editionis veſtigiis inſiſtit pede, ut et in epilogo errata hic exacte ſervata ſint. Quid ſibi velit typographis Venetis conſveta computatio ſecundum Olympiades dominicas,

nos

r) *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 102. *Widekindi* Verzeichnis p. 563. *J. G. Schelhornii* amoenitat. litterar. tom. 3. p. 27. *Baumgartenii* Nachr. von merkw. Büchern vol. 3. p. 1. Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden vol. 1. p. 178. *J. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis ſeiner. Bibelſamlung p. 21. Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 14. *Aug. Beyeri* arcana Biblioth. Dresdenſ. p. 20. *Maittaire* annal typogr. tom. 4. part. 2. p. 439. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 136. *Weislingeri* armament. p. 275. 524. *Alteri* bibliograph. Nachr. p. 94.

s) *Le Long* p. 253. col. 1. B.

nos ignorare lubentes fatemur. *Ienſonius* Bibliis Latinis cum Poſtillis *Nic. Lyrani* A. 1481. editis ſubſcripſit verba: *Olympiadibus dominicis*. Herbortus noſter editionibus annorum 1483. et 1484. eadem addit verba. Si quatuor annorum ſpatium Olympiadi adſignamus, computus anno 1483. non reſpondet t).

§. LIV.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Venetiis 1486. fol. II. Vol.
Exemplar hujus editionis fuit in Bibliotheca Hulſiana u).

§. LV.

Venet. de Rivabenis.

G. de Rivabenis. * Biblia Latina. Venetiis 1487. 4. x).

[I] [Typographus, uti ex epilogo apparet, eſt *Georgius de Rivabenis*, Mantuanus. Sic enim in fine operis expreſſum legitur: „Explicit Biblia Venetiis „impreſſa per Georgium de rivabenis Mantuanum, alias Parentem. Anno dni. „M CCCC LXXXVII. III. Cal. Martii.„ Plagulae jam habent ſignaturas, foliorum vero numeri deſunt. Litterae initiales typo minori indicatae calamo pictae ſunt. Textus diviſis columnis eſt inſcriptus. Ad calcem accedunt Interpretationes nominum hebraicorum. Sequitur typographus editiones hujus temporis emendatiores, quae Verſibus *Fontibus ex graecis* &c. diſtinguuntur, quamvis hi ipſi verſus non adjecti ſint. Hauſit ex iisdem editionibus regiſtrum, ſeu caſtus ſummarios, ſingulis Novi Teſtamenti Libris praemiſſum, uti et ad normam illarum *Hieronymi* prologus inſcribitur: *Prologus in Bibliam.* Sic et in lectionibus cum illis conſentit: Gen. III, 16. *ipſa* conteret. Eſai XXXVII, 29. ponam circulum in *naribus* tuis. Ierem. XVIII, 6. ſic vos domus Iſrael in manu mea. Phil. I, 2. *diaconibus*. Iacob. V, 3. in teſtimonium. Folium primum ſignaturam habet a. 2. ex quo, jam huic editioni, uti Baſileenſi ejusdem anni, et duabus anni 1486. titulum in medio primi folii *Biblia*, ſeu *Textus Biblie* exſcriptum fuiſſe conjiciendum eſt. Pſalmorum Liber inſcribitur *Pſalmiſta;* et Pſalmi numerantur 171. quia Pſ. 118. vel 119. in minores ſectiones diſſectus eſt y).

[II] * Biblia Latina. Venetiis 1491. 4. z).

[Ex eadem, ac ſuperior, prodiiſſe typographia videtur.

t) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 99. Merkwürdigkeiten der königl. Bibliotb. zu Dresden vol. 1. p. 179. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 174. tom. 4. part. 2. p. 451.

u) *Aceri* bibliographiſche Nachrichten p. 94.

x) *Le Long* p. 253. col. 1. C.

y) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 481. Index Biblior. Wernigerod. p. 46. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 147.

z) *Le Long* p. 253. col. 1. D.

§. LVI.

§. LVI.

Biblia Latina Baſileae.

* Biblia Latina. Baſileae per Nicol. Keſler 1487. Fol. a). [I] N. Keſler.

[Primum folium occupat unicum verbum: *Biblia*, litteris majuſculis expreſſum: paginam vero averſam verſiculi: *Biblia quem retinet ſequitur ſic metricus ordo* &c. *Hieronymi* prologus inſcribitur: *Prologus* in *Bibliam*, et Pſalmorum liber: *Pſalterium:* Pſalmi vero tantummodo numerantur 150. Liber ſapientiae hic eandem habet praemiſſam notam, quam ſupra ad annum 1476. e Bibliis *Matthiae Moravi* Neapolitani exſcripſimus. Columnae ſunt diviſae et 56. linearum. Litterae majuſculae calamo exarandae typo minori in ſpatio vacuo indicantur. Plagulae ſuas habent ſignaturas, columnae rubricas, ſed folia numeris carent. Ad calcem legitur: „Immenſas omnipotenti Deo patri, qui leges et mandata „ore ſuo edita et digito ipſius ſcripta in hoc ſacroſancto volumine mortalibus „tradidit. Et filio qui in hac ipſa lege promiſſus atque ſanctorum prophetarum „ore divulgatus. mediator dei ac hominum verus Deus et homo. humanum ge„nus a diaboli poteſtate redemit. Et ſpiritui ſancto. qui hujus ſancti operis „verus auctor et inſpirator extitit. Intemerate quoque virgini marie in qua „univerſe leges et prophete huius voluminis conſummate ſunt. Simulque toti „militie triumphanti gratiarum referimus actiones. Cujus iuuamine hoc ſacro„ſanctum opus in preſidium ſancte fidei catholice: ſolicitius emendatum. claris „literis impreſſum: feliciterque eſt conſummatum. Impenſis attamen et ſingu„lari cura ſpectabilis viri Nicolai Keſlers ciuis Baſileenſis. Anno legis noue „Milleſimoquadringenteſimooctuageſimoſeptimo, Viceſimo quarto Kal. nouem„bris.„ Subjiciuntur arma *Keſleri.* Si haec Keſleriana cum Norimbergenſibus *Kobergeri* editionibus comparatur, longe quidem chartarum magnitudine, et nitore, ac typorum claritate eſt inferior; quoad internam vero conditionem illis praeferenda eſt. Singulis libris praemittuntur quidem *Hieronymi* prologi, omnibus editionibus hujus temporis communes; accedit vero brevius quoddam librorum Argumentum, quod ex *Zaineri* editione Ulmenſi anni 1480. deſumptum videtur. In Novo Teſtamento prologum excipit argumentum libri, et regiſtrum Capitum cujusvis libri, cum argumento capitis ex editionibus: *Fontibus ex graecis* &c. Ad marginem accedunt Evangeliſtarum concordantiae, ſeu loca parallela; capita vero in minores ſectiones litteris A. B. C. in margine notatis diſſecta ſunt. Epiſtolis Paulinis praemittuntur Argumentum et regiſtrum; epiſtolis vero catholicis argumentum capitum ad marginem poſitum eſt, utrisque in margine loca parallela adjecta ſunt. Lectiones vitioſae *Kobergeri* maxima ex parte emendatae ſunt. In Threnis et Pſalm. CXIX. nomen litterae *Lamed* in *Lamech* permutatum eſt. Num. XII, 2. iratus eſt *valde.* 1 Sam. XVI, 7. *intuetur cor.* 1 Sam. XXV, 6. *Ex multis annis ſaluos faciens tuos et omnia tua.* Eſdr. IX, 8. legitur *pax illius*, quae vitioſa lectio adeo invaluit, ut et in Bibliis Lugdunenſibus *Guill. Boulle* A. 1542. locum obtinuerit. 2 Parall. XXXI, 16. *conducebant.* Eſai XXXVII, 29. *in naribus.* Eſai XLII, 15. *germen eorum.* Ierem. XVIII, 16.

a) *Le Long* p. 253. col. 1. D.

Digitized by Google

16. reſpondet ex parte editioni Norimbergenſi: *ſicut lutum in* manu *figuli, ſic vos domus iſrl in manu* mea. Ezech. XXIX, 1. reſpondet accurate: *In anno decimo et duodecimo menſe una die menſis.* Phil. I, 2. *diaconibus.* Iacob. V, 3. *in teſtimonium.* Iac. V, 16. vero legitur: *alleviabit.* In hiſce omnibus ſequutus eſt *Keſlerus* editionem anni 1481. quae ſine loci et typographi mentione cum verſiculis *Fontibus ex graecis* &c. prodiit. Ex eadem quoque editione addidit regiſtrum pericoparum evangelicarum et epiſtolicarum, et interpretationes nominum hebraicorum. Sed duplex editioni acceſſit augmentum poſt Apocalypſin: 1) Translatores ſeu interpretes Biblie fuerunt multiplices. Et 2) quatuor ſunt modi ſeu regule exponendi ſacram ſcripturam §. XIII. quae appendices ſequenti tempore et aliis editionibus acceſſerunt [b]).

[II] * Biblia Latina in Fol. Antwerpiae. Nic. Keſler. 1487. [c]).

[Sic Auctor noſter, qui notitiam editionis e Catalogo Bibliothecae Benteſianae Amſtelodami 1702. 4. hauſit. Sequitur eum *Maittaire* et *Weislingerus*, qui, *Keſlerum*, eodem anno, quo ipſe Biblia emiſit, et Antwerpiae ſuis impenſis eadem imprimi curaſſe adfirmat. Sed editio eſt dubia [d]).

[III] Biblia Latina. Baſileae Nicolai Keſleri 1489. Fol.

Editionem recenſet *Weislingerus.* Adſervatur exemplar editionis *Buxheimi* [e]).

[IV] * Biblia Latina impenſis et cura Nicolai Keſleri, ciuis Baſileenſis. Baſileae 1491. Fol. [f]).

[Conſtat foliis 434. et primam editionem tam accurate repraeſentat, ut pagina paginis, linea lineis, et ſyllaba ſyllabis reſpondeat: ſola ſcribendi compendia interdum ſunt diverſa. Ad calcem Apocalypſeos idem Epilogus additus eſt, cum nova anni nota: „Immenſas omnipotenti deo patri — feliciterque eſt „conſummatum. Impenſis attamen et ſingulari cura ſpectabilis viri Nicolai „Keslers ciuis Baſilien. Anno legis noue Milleſimoquadringenteſimononageſimoprimo. Nona Ianuarii." Diſtinguitur autem a praecedenti ſeu prima non ſolum anni nota, ſed et addita praefatione. Prima pagina ſiſtit titulum: *Biblia.* Folium verſum vero exhibet loco verſuum: *Biblia quem retinet* &c. praefationem in praeſens opus, quam tabula argumentorum librorum ſacrorum excipit. Recenſetur haec editio a Cl. *Knochio*, qui in eo eſt, ut *Keſlerum* primam editionem anno 1489. ſuppreſſo nomine emiſiſſe ſtatuat. Verum primam editionem anni 1487. typographi nomine diſtinctam, jam deſcripſimus. Sed eadem editio recuſa data eſt, a quodam typographo ſuppreſſo nomine Anno 1489. §. XXX.

b) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 103. *Widekindi* Verzeichnis p. 564. Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher p. 7. *Weislingeri* armamentarium Catholicum p. 527. *Maittaire* annales typogr. tom. 1. p. 200. tom. 4. part. 2. p. 481.

c) *Le Long* p. 253. col. 1. D.

d) *Maittaire* et *Weislingerus* ll. cc.

e) *Weislingeri* armamentar. cathol. p. 812.

f) *Le Long* p. 253. col. 1. E.

Digitized by Google

§. XXX. n. 1. quae forte eadem eſt, ac illa, quam *Weiſlingerus Keſlero* adſignat anno 1489. editam; aut duae prodiere anno 1489. editiones ſibi ſimillimae ad primam *Keſleri* formatae, altera ſine tygographi nomine, altera nomine *Keſleri* diſtincta. Idem certe factum eſt anno 1491. Nam praeter illam *Keſleri*, extat et alia ſine typographi et loci nota, ejusdem anni editio §. XXX. n. 2. *Reimmannus* de hac editione haec habet: „Editio ignota eſt *Longio*, *Maittairio*, aliis, „excuſa impenſis et ſingulari cura ſpectabilis viri Nicolai Keslers, ciuis Baſileenſis, cum prologis generalibus et ſpecialibus et locis parallelis N. T. in mar„gine adjectis; quae tamen in V. T. nulla ſunt:„ Sed Auctori noſtro, ut et *Maittairio* nota fuit [g]).

§. LVII.

Biblia Latina Lugduni.

Biblia Latina. Lugduni Lazari David Grashoferi 1489. fol. [I] **Grashoferus.**

Exemplar hujus editionis, quod Creutzlingae prope Conſtantiam adſervatur, recenſet *Weiſlingerus* [h]).

Biblia cum Concordantiis V. et N. T. Lugduni 1499. F. [II]

Ad Frobenianam videntur expreſſa.

* Biblia Latina. Lugduni 1500. 8. [i]). [III]

§. LVIII.

Biblia Latina Baſileae.

Biblia Latina: integra: ſummata: diſtincta: ſuperemendata: utriusque Teſtamenti concordantiis illuſtrata (Baſileae per Jo. Froben de Hammelburck 1490. 8. **Jo. Froben.** [I]

Biblia Latina a *Johanne Frobenio* evulgata minutiori quidem gothico typo, attamen claro et eleganti ſunt expreſſa. *Summata* dicuntur, quia ſummarium librorum ſacrorum praemiſſum eſt: *diſtincta*, quia capita litteris in margine expreſſis in ſectiones diſtinguuntur: *ſuperemendata* vero dicuntur, quia tertiis curis recognita dici poſſunt. Sequuntur Biblia Frobeniana editiones, quae una cum nota anni verſus habent: *Fontibus ex graecis* &c. nomen vero typographi occultant, quae editiones Vulgatam emendatiorem ſiſtunt, ac illa, quae in editionibus Moguntinis et *Coburgeri* deprehenditur. Haſce editiones, ex quibus jam *Keſlerus* ſuas expreſſerat, ſibi archetypas ſumſit *Frobenius*. et ſuas *ſuperemendatas* appellare videtur, quia ſuperiorum errores emendare ſtuduit. Utriusque vero

g) *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 307. tom. 4. part. 2. p. 530. ubi per errorem forma quarta dicitur. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 105. *Widekindi* Verzeichnis p. 565. *Knoebii* hiſt. crit. Nachrichten p. 803. *Reimmanni* Catal. biblioth. theol. p. 204. Berliniſche Biblioth. vol. 1. p. 433. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 14. Index Bibl. Wernigerod. p. 47. *Weislingeri* Armament. Cathol. p. 87. 737.

h) Armamentar. Cathol. p. 812.

i) *Le Long* p. 253. col. 2. E. *Weislingerus* p. 787.

vero Teſtamenti concordantiarum non ſine ratione fit mentio, quia praecedentes editiones tantummodo concordantiis Novi Teſtamenti ornatae ſunt: *Frobenius* vero primus loca parallela Veteris Teſtamenti libris adſcripſit. Prima haec eſt, et fere ignota *Frobenii* editio, cujus exiſtentiam annunciat Catalogus Bibliothecae *Baumgartianae:* Lubentes in nota anni vitium latere typographicum crederemus, niſi huic primae altera anni 1491. ad latus poſita eſſet [k]).

[II] * Biblia integra: ſummata: diſtincta: ſuperemendata: utriusque Teſtamenti concordantiis illuſtrata. (Baſileae per Joh. Froben. 1491.) 8.

In hac editione Actus Apoſtolorum Epiſtolis Sancti Pauli poſtponuntur [l]).

[Quo fato auctor noſter eo devenerit, ut hanc huic editioni apponeret notam, nullus video. Communis eſt omnium Vulgatae verſionis editionum ordo, ut Apoſtolorum Actus medium inter Epiſtolas Paulinas et Catholicas occupent locum. Tituli paginam verſam occupat *ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortatio*, quae aliis Bibliis ſeculi XV. praemiſſa exſtat; a *Frobenio* Bibliis addita, et poſt eum quam ſaepiſſime recuſa data eſt. Incipit adhortatio: „Qui terrenis opibus divites fieri volunt; incidunt „in temptationem, et in laqueum diaboli et deſideria multa et nociua: que „mergunt homines in interitum et perditionem &c.„

Adhortationem ſequitur: 1) *In ſummarium Biblie ad Lectorem Tetraſtichon:*

Qui memor eſſe cupit librorum bibliothece
 Diſcat opus preſens: ſi retineret
Maxima de minimis: ex partibus accipe totum
 Invenies quod amas: ſi ſtudioſus eris.

Mutuo ſumſit hoc Tetraſtichon *Frobenius* vel e Bibliis ſ. l. et a vel ex editione anni 1476. ſine loco §. XXVI. addidit vero tabellam SS. argumentum ſiſtentem: *Summarium totius SS. in Biblia comprehenſe.*

2) *In ordinem librorum diſtichon ad eundem:*
Perſpice nunc lector: quis debitus ordo librorum.
 Biblia quos ſociat: ordinat atque probat.

2) *Librorum ordo.*
Geneſis. Exo. Leui. Numerorum Deuteronomi.
Poſt Ioſue Iudicum Ruth. Regum. Paralip. Esdre.
Tobias Iudith Heſter Iob Pſalteriumque
Proverb. Eccleſiaſt. Cantat. Sapit-Eccleſiaſtic.
Eſai. Hieremi. Baruch. Ezech. Danielque.
Oſe. Iohel. Amos. Abdi. Ionas. Miche. Naum. Abach.
Sophon. et Aggeus. Zacha. Malachias. Machabei.
Mattheus. Marcus. Lucas. Poſtremo Johannes.
Roma. Corinth. Galath. Ephe. Philippenſes. Coloceenſes.

Theſſal.

k) Catalogus Biblioth. Baumgart. p. 46. n. 189.
l) *Le Long* p. 253. col. 1. E.

Theſſal. Timotheus. Titus. Philemon. Hebreus.
Actus et. Iacobi. Petrus. Johan. et Iudas. Apocali.

Subjicitur hiſce verſibus Diſtichon, quod in Bibliis ſupra excitatis cum prioribus verſibus conjunctum exſtat:

Sit benedictus homo Deus et de virgine natus
Credentes verbis ſacris: ſaluare paratur.

Singulis Libris praemittitur *Hieronymi* prologus, et breve argumentum ex editionibus ob verſus: *Fontibus ex graecis* &c. ſive ex editione *Kesleri* petitum. Ad calcem Apocalypſeos ſequentia notata ſunt:

Fontibus ex grecis hebraeorum quoque libris
Emendata ſatis et decorata ſimul
Biblia ſum preſens ſuperos ego teſtor et aſtra
Eſt impreſſa nec in orbe mihi ſimilis.
Singula queque loca et cum concordantibus extant
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.

„Explicita eſt Biblia preſens. Baſilee ſumma lucubratione per Johannem Fro-„ben de Hammelburck. Anno nonageſimo primo ſupra milleſimum quaterque „centeſimum die vero viceſima ſeptima Iunii.„ Sequuntur Appendices ex editione *Kesleri* prima mutuo ſumtae: 1) Interpretatio nominum hebraicorum ſecundum ordinem alphabeti, 2) de translatoribus biblie, et 3) Modi intelligendi ſacram ſcripturam. Quamvis *Frobenius* editiones emendatiores accurate ſequutus ſit, in eo tamen ab editionibus A. 1483. et 1485. receſſit, et *Keſleri* veſtigiis inſiſtens, ut Gen. III. *ipſa conteret caput tuum* expreſſerit. *Frobenianae* vero editiones eam nactae ſunt auctoritatem, ut plures editiones, quae initio ſaeculi decimi ſexti prodiere, ad has accurate effigiatae ſint. Singula itaque hic adcurate determinavimus, verſusque integros exſcripſimus, ut in poſterum lectorem huc ablegare poſſimus, nec ſingula ubivis nobis repetenda ſint [m]).

* Biblia integra: ſummata: diſtincta: accuratius reemendata: utriusque teſtamenti concordantiis illuſtrata. (Baſileae per Johannem Froben. 1495.) 8. [n]). [III]

[Haud circumſpecte, aut mutilo exemplari seductus Cl. *Knochius*, hanc editionem ab initio usque ad Hieronymi effigiem priori accurate reſpondere. ſcribit. Aliter enim ſeſe res habet. Poſt tituli paginam ſequitur primo *tabula alphabetica ex ſingulis libris et capitulis totius biblie tam ex veteri quam novo teſtamento*, cujus auctor eſt *Gabriel Bruno* Venetus ordin. min. qui anno 1490. hunc indicem ſeu repertorium conſtruxit, et *Frobenius* editioni ſuae praemiſit: ſubjungitur e priori editione *exhortatio ad divinarum litterarum verarumque divitiarum*

m) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 7. *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 805. *Freytagii* apparatus litterarius tom. 2. p. 721. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 307. tom. 4. part. 2. p. 530. *Weislingeri* armament. Cathol. p. 87. 737. *Alteri* Bibliographiſche Nachrichten p. 95.

n) *Le Long* p. 253. col. 2. A.

rum amatores, et *Summarium biblie*, una cum tabula, et praemiſſis verſibus; nec non *Ordo librorum*. Praemittitur porro effigies *Hieronymi* ſcribentis cum leone ad pedes ejus ſedente, ſubjectis verſibus:

Simachus atque Theodotion vel ſeptuaginta
  Addo Aquilam et quorum nomina late (nulla) patent:
Quos per ab hebreis ad grecos, deinde latinos
  Biblia migrauit: factaque digna legi eſt:
Concedunt nobis: me namque interprete ſolo
  Biblia ab hebreo fonte latina fluit.
Contigit hinc relegi per tot modo ſecula, ſolum
  Hieronymum: et cunctos laude preire viros.

Hieronymi prologis ad marginem argumenta et loca parallela adſcripta ſunt, ſacer vero textus uti in praecedenti cum ſummariis et concordantiis accurate expreſſus eſt. Ad calcem Apocalypſeos ſequentia notata extant.

Advena percurras cunctos ſi forte libellos:
  Quem noſtro opponas non facile inuenies.
Lex vetus hic Moyſi: lex et diuina: prophete:
  Hiſtorie: et forti prelia geſta manu.
Moribus inſtruit hic: viuendi et dogmata ſana
  Edocet: et tutam monſtrat ad aſtra viam.
Sed tibi precipuum quid enim memorabo laborem
  Quem manus artificis contulit? ecce vides.
Huic neque conſimilem reputes quem preſſimus olim:
  Nam veterem errorem terſimus atque notas.
Proinde potes poſito librum hunc tractare timore
  Quem Baſilea tibi pacis alumna dedit.

„Finit per Johannem Froben de Hammelburgk ciuem Baſilienſem. Anno Dni. „M. CCCC. XCV. Sexto Kalendas Nouembris. Deo gratias.„ Accedunt „hiſce *Interpretationes hebraicorum nominum*, et *de translatoribus biblie*, e priori editione. Litterae initiales calamo exarandae minori typo indicatae ſunt. Deſunt vero adhuc plagularum ſignaturae et cuſtodes; mutilum itaque exemplar facile pro integro haberi poteſt: typi ſunt Gothici, et folia in columnas diſtincta. Quae in priori editione irrepſere vitia typographica hic ſtudioſe emendata ſunt o).

[IV] Biblia integra: ſummata: diſtincta &c. Baſileae apud Joh. Froben. 1500. 8. p).

[V] Biblia Latina. Baſileae 1502. 4.
  Editio dubia.

§. LIX.

o) *Knochii* hiſt crit Nachrichten p. 808. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 2. *Widekindi* Verzeichnis von raren Büchern p. 466. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2 p. 588. Index Bibl. Wernigerod. p. 47. *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 126. *Weislingeri* armament. cathol. p. 739. *Alteri* bibliographiſche Nachrichten p. 95.

p) *Le Long* p. 253. col. 2. E. *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 710. *Weislingerus* p. 757.

§. LIX.

Biblia Latina Pariſiis.

* Biblia Latina, correcta per Stephanum Pariſetti. Impreſſa per Iac. Malieti 1490. fol. q). [I] Pariſetti.

Biblia Latina Pariſiis 1492. fol. r). [II]

§. LX.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Venetiis Simonis de Gara 1491. Fol. s). de Gara.

[Typographorum *de Gara* nomen inter promotores rei litterariae hebraicae optime notum eſt, ſed et impenſas edendis Bibliis Latinis dicarunt.

§. LXI.

Biblia Latina Seviliae.

Biblia Latina. Seviliae in Hiſpania 1491. Fol.

Regnante Ferdinando et Iſabella quatuor germani typographi, *Paulus* Colonienſis, *Johannes Pegniczerus* Nurembergenſis, *Magnus* et *Thomas*, in Hiſpaniam tranſiere, et Typographia Seviliae exſtructa, Biblia Latina exſcripſerunt. Exemplar hujus editionis adſervatur in Praelatura *Petershauſen* prope Conſtantiam t). Paulus Colonienſ.

§. LXII.

Biblia Lat. Coloniae.

Biblia Latina. Coloniae Brinckmanni 1492. Fol. u). [I] Brinckmannus.

* Biblia Latina. Coloniae 1497. Fol. x). [II]

§. LXIII.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Venetiis Sim. Bevilaquae 1494. 4. y). [I]

[Editio ad illos, qui verſibus *Fontibus ex graecis* &c. diſtinguuntur formata eſt; eosdemque verſus operi ad calcem adſcripſit typographus z). Bevilaqua.

S 2 * Bi-

q) *Le Long* p. 253. col. 1. D. *Maittaire* annal. tom. 1. p. 214. tom. 4. part. 2. p. 517. *Weiſlingeri* armament. Cathol. p. 736.

r) *Alteri* bibliogr. Nachr. p. 95.

s) *Le Long* p. 253. col. 1. D. *Maittaire* annales typogr. tom. 1. p. 307. tom. 4. part. 2. p. 530. *Weiſlingeri* armament. cathol̄. p. 737.

t) *Weiſlingeri* armament. cathol. p. 737.

u) *Weiſlingeri* armament. cathol. p. 738.

x) *Le Long* p. 253. col. 2. B. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 342. tom. 4. part. 2. p. 631. *Hartzheimii* biblioth. Colonienſ. p. 36. *Weiſlingerus* l. c. p. 740.

y) *Le Long* p. 253. col. 2. A.

z) *Maittaire* annal. tom. 1. p. 323. tom. 4. part. 2. p. 570. *Weiſlingerus* l. c. p. 738.

* Biblia cum tabula nuper impreſſa et cum ſummariis noviter editis (Venetiis 1498.) 4. a).

[Ad calcem adduntur Verſus: *Fontibus ex graecis* &c. quos ſequens excipit nota: „Impreſſum Venetiis per Symonem dictum bevilaqua 1498. die octa„vo May.„ Sequuntur interpretationes hebraicorum nominum. Ab initio praemittuntur. Tabula ſuper Bibliam per verſus compoſita, et tabula alphabetica ex ſingulis libris et capitulis totius Biblie facta Venetiis in conventu fratrum minorum Anno gratie milleſimo quadringenteſimo nonageſimo Kalendis Novembris. Quae tabula *Brunonis* eſt regiſtrum. Sequitur Prologus in Bibliam et ſummaria a Geneſi usque ad Paralipomena conjunctim praemiſſa; reliqua vero ſummaria ſingulis capitibus addita ſunt: Pſalterio vero poſtponuntur. In Lectionibus accurate ſequitur editiones archetypas. Gen. III, 16. *ipſa.* Eſai XXXVII, 29. in *naribus* tuis. Phil. I, 2. *Diaconibus.* Iac. V, 3. *in teſtimonium* b).

§. LXIV.

Biblia Latina Brixiae.

Angelus Britan.

* Biblia Latina emendata per Angelum de Monte Ulmi Ordinis S. Franciſci. Brixiae per Iacobum et Angelum Britannicos 1496. 8. c).

[Titulo jam ornata eſt ad morem Frobenianarum editio: *Biblia cum concordantiis in margine: nec non hebraicorum nominum interpretationibus.* Praemittitur tabula alphabetica *Brunonis*, quae vero auctior in Frobeniana anni 1495. §. LVIII. n. 3. extat: ad cujus calcem additur: „Impreſſa eſt hec Biblia „diligentia Angeli et Iacobi Britannicorum ad honorem et laudem omnipotentis „dei: nec non matris ejus virginis Marie: Anno ſalutis noſtrae „M. CCCC. LXXXXVI. die vero XXIX. Decembris.„ Accedit ex Baſileenſi anni 1487. §. LVI. aut Frobeniana: *De translatoribus biblie* et *de modis intelligendi ſcripturam ſacram.* Prologi Hieronymi ſingulis libris adduntur. Titulus columnae vero folio recto tantummodo impreſſus eſt. Capita librorum notis 1. 2. 3. diſtinguuntur. Loca parallela marginem occupant. Epilogus laudem honorem et ſempiternam gloriam. Deo Patri, Filio, Spiritui Sancto, Mariae virgini et militie triumphanti refert, . quorum omnium ope et auxilio adjuti Bi„bliam: aut ut ita dicam Librum vite felici fine claudimus. In cuius quidem „margine ſingulorum locorum concordantie diligenter annotate ſunt. Nomi„numque hebraicorum interpretationes ſolito more anneſtuntur. Una cum ta„bula alphabetica ſingulas hiſtorias totius Biblie exquiſitiſſime recolligente. „Correcta inſuper ac ſtudioſiſſime emenedata (*emendata*) per doctiſſimum in ſa„cris literis Baccalaureum Petrum angelum de monte Vlmi: ordinis minorum „ſeraphici Franciſci reuiſaque per venerabilem fratrem Gregorium de Britannicis:

a) *Le Long* p. 253. col. 2. C.

b) Maittaire annal tom. 1. p. 349. tom. 4. part. 2. p. 658. *Weislingerus* l. c. p. 741. Index Biblior. Wernigerod. p. 47.

c) *Le Long* p. 253. col. 2. 2.

„cis: Impreſſa vero Brixie per Angelum et Iacobum Britannicos fratres. Anno „M CCCC LXXXXVI. ſeptimo idus ſeptembris.„ Hebraicorum nominum interpretationes viginti ultima occupant folia. Emendata quidem dicitur editio, ſed multis ſcatet erratis typographicis. 1 Joh. V. *Nam* in aqua ſolum, loco *non*. Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei quod *malus* eſt, loco *majus*. Matth. V, 1. *Nunc* ſimile erit regnum coelorum, loco: *tunc*. Eſai VII. fumigantium *iuſtorum*; loco *iſtorum*. Textus ſequitur editiones cum Verſibus *Fontibus ex graecis* &c. Inprimis editionem anni 1489. §. XXVIII. n. 9. Verum *Petrus Angelus* et ex aliis editionibus lectiones quasdam ſubſtituiſſe videtur. Hieronymus de Paganinis anno ſequente hanc iterum praelo ſubjecit editionem d).

§. LXV.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina emendata per Angelum de Monte Ulmi. Venetiis per Hieronymum de Paganinis 1497. 8. e). [I] Paganini.

[*Paganinorum* familia inter typographos Venetos maxime celebris eſt. Primus ex illa nominatur *Paganinus de Paganinis*, ex cujus officina Biblia gloſſata Lyrana 1485. et 1495. in publicum prodiere, qui et 1501. Biblia latina in forma octava exſcripſit. Alter eſt *Iacobus de Paganinis*, qui 1490. inter typographos Venetos apparet. Tertius *Hieronymus de Paganinis* cui biblia, de quibus hoc articulo loquimur, debemus, et quartus *Alexander de Paganinis*, cujus nomen in epilogis librorum ab anno 1517. ad 1532. occurrit. *Brixienſia* Biblia in forma portatili anno 1496. prodierant emendata per *Angelum de Monte Ulmi* §. praeced. Iſta *Hieronymus* eadem forma iisdemque typis minutioribus litterarumque compendiis iterum exſcripſit: In fronte libri titulum *Biblia* expreſſit et denique eundem epilogum addidit: „—, —. Correcta et ſtudioſe emendata „per doctiſſimum in ſacris literis Baccalaureum Petrum Angelum de Monte Ul„mi ordinis minorum Seraphici Franciſci. Impreſſa vero in felici Venetorum „ciuitate ſumtibus et arte Hieronymi de Paganinis Brixienſis. Anno gratiae „milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo.„ Eadem omnia hic exhibentur, quae in Brixienſi inveniuntur: tabula alphabetica ſeu repertorium omnium hiſtoriarum *Gabrielis Brunonis*, de translatoribus biblie; de modis intelligendi ſcripturam ſacram, loca parallela in margine, et interpretationes nominum hebraicorum. Recenſet editionem Cl. *Lorckius* atque de Regiſtro *Brunonis* autumat, illud jam antiquioribus editionibus Venetis additum fuiſſe; quod verum eſt; dum vero *Petrum Angelum de Monte Ulmi* huic editioni procurandae et emendandae praefuiſſe aſſerit, fallitur Vir Doctus. Hic enim Monachus editionem Brixienſem emendatiorem reddere allaboravit, quam Typographus modo recuſam dedit f).

S 3 * Bi-

d) *Maittaire* tom. 1. p. 336. tom. 4. part. 2. p. 606. 615. *J. B. Riedereri* Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten und Bücher-Geſchichte vol. 2. p. 186. *Weislingeri* armament. cathol. p. 740.

e) *Le Long* p. 253. col. 2. B.

f) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p 631. Bibliotheca Bunaviana tom. 1. p. 14. *Lorcks* Bibelgeſchichte part. 1. p. 149. *S. Engels* biblioth. ſelect. p. 19. *Weislingeri* armament. p. 740. 759. *Alteri* bibliographiſche Nachrichten p. 95.

[II] * Biblia Latina correcta per Angelum de Monte Ulmi. Venetiis Paganini de Paganinis 1501. 8. g).

[En tibi titulum hujus editionis: „Liber Vite. Biblia cum tabula „Alphabeticarum cum ſingulis ſuis locis concordantibus: Sacraque illuſtratione „catholice fidei ſumma cum lucubratione emendata: ac noviter impreſſa cum „Privilegio: ut in eo: feliciter incipit.„ Tertia eſt ejusdem conditionis editio: prima eſt *Brixienſis*, §. LXIV. ſecunda *Hieronymi Paganini;* et haec tertia *Paganini de Paganinis.* Quo fato Biblia iſta, quae *Hieronymi* de *Paganinis* erant, quin et typi ad *Paganinum* tranſierint, non certo conſtat: fortaſſis *Hieronymus* fatis ſuis defunctus omnia ſua *Paganino de Paganinis* reliquit. Epilogum hujus editionis, qui cum epilogo editionis Brixienſis et Venetae anni 1497. accurate conſpirat, hic integrum damus: „Laus honor et ſempiterna gloria ſummo deo „patri omnipotenti: qui ſacratiſſimas leges ac mandata in praeſenti volumine „ſcripta: ore ſuo prolatas ac digito ipſius ſculpta: mortalibus impartire ſua be„nigniſſima pietate dignatus eſt: Filioque: qui in hac eadem lege promiſſus at„que ſanctorum prophetarum ore diuulgatus: mediator dei et hominum: verus „Deus et homo: humanum genus a diaboli poteſtate redemit. Ac ſpiritui „Sancto: qui hujus ſacri voluminis verus auctor et inſpirator extitit. Inteme„rate quoque virgini marie: matri Dni noſtri Ieſu Xpi: in qua univerſe leges et „prophetie huius ſacri voluminis complete ſunt. Simulque toti militie celeſti „laudum preconia referimus. Quorum omnium ope atque auxilio adiuti: Bi„bliam: aut (ut ita dicam Librum vite) felici fine claudimus. In cuius quidem „margine ſingulorum locorum concordantie diligenter annotate ſunt. Nomi„numque hebraicorum interpretationes ſolito more annectuntur. Una cum ta„bula alphabetica ſingulas hiſtorias totius Biblie exquiſitiſſime recolligente. Cor„recta inſuper ac ſtudioſiſſime emendata per doctiſſimum in ſacris litteris Bacca„larium Petrum angelum de monte ulmi: ordinis minorum Seraphici Franciſci. „Impreſſa vero in felici Venetorum civitate: ſumptibus et arte Paganini de Pa„ganinis Brixienſis. Anno gratie milleſimo quingenteſimo primo. Pridie No„nas Maii. Finis.„ Recenſet editionem vir in re litteraria celebris *Johannes Erichſonius*, qui multa eaque maxima ex parte vera refert, verum ſine jure ea omnia huic editioni tantummodo adſignat; ac ſi haec ab *Angelo de Monte Ulmi* correcta et emendata ſit editio, et prima vel unica, quae in forma portatili in publicum prodierit. *Paganinus* in hac editione nihil praeſtitit, quod ipſi ſoli tribui poſſit. Brixienſem enim editionem eadem forma quam accuratiſſime exſcripſit. Emendationes verſionis Vulgatae Marc. VIII, 38. *Qui me confeſſus fuerit — filius hominis confitebitur.* Matth. IX, 13. *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores* omiſſa voce *ad poenitentiam*, ad emendationes ab *Angelo* inſtituto referendae ſunt; ſed jam in Brixienſi inveniuntur, quia et jam in editione anni 1481. *Fontibus ex graecis* &c. leguntur. Idem vir celeberri-

g) *Le Long* p. 153. col. 2. E.

berrimus, *Paganinum de Paganinis* cum *Alexandro de Paganinis* confundit, qui procul dubio *Paganini* filius, ad minimum tempore poſterior, fuit [h]).

§. LXVI.

Biblia Latina Pariſiis.

* Biblia Latina. Gothice cum Summariis &c. Typis Francifci Fradin. et Johannis Pivard. 1497. 4. [i]). [I] **Fradin.**

[Locus impreſſionis non diſtincte eſt expreſſus; interim hoſce typographos Pariſiis officinam habuiſſe, notum eſt. In ipſo opere edendo ſequuti ſunt editionem Frobenianam anni 1495. §. LVIII. n. 3. Ad calcem aera editionis ita expreſſa eſt: „Anno chriſtiane pietatis M CCCC. XCVII. ad decimum Ka„lendas Ianuarias impreſſerunt ſolerter viri Franciſcus fradin et Johannes pi„vard ſocii impreſſores. Deo ſint ſempiterne gratie.„ Forma externa eſt vel quarta, vel potius folio ut ajunt minor [k]).

* Biblia Latina cum ſummariis &c. Typis Johannis Pivard. 1500. 4. [l]). [II]

[Editio iterata.

* Biblia Latina cum ſummariis Pariſiis 1504. 4. [III]
Editio tertia.

§. LXVII.

Biblia Latina.

* Biblia Latina. Typis Matthiae Hus Alemanni 1494. fol. [m]). **Hus.**

§. LXVIII.

Biblia Latina Pariſiis.

* Biblia Latina. Pariſiis. Simonis Voſtre 1500. Fol. [n]). **Voſtre.**

§. LXIX.

Familiae editionum.

Diſpoſitio. Circa initium ſeculi decimi ſexti una cum renaſcentibus litteris externa facies Editionum ſacrorum Bibliorum emendatior reddita eſt. Acceſſerunt varia prolegomena, quae plenum apparatum conſtituunt, et lectoribus multum

h) Johannes Erichſonius Paſtor Starckovienſis in Pomerania ſvecica, in Briefwechſel der Gelehrten A. 1751. p. 42. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 106. *Wiedekindi* Verzeichnis p. 572. *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. part. 1. p. 148. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 1. p. 153.

i) *Le Long* p. 253. col. 2. B.

k) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 631. *Weislinger*. 740. *Alter*. 95.

l) *Le Long* pag. 253. col. 2. D. *Maittaire* tom. 4. part. 2. p. 710. *Weislinger*. 757.

m) *Le Long* p. 253. col. 1. E. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 323. tom. 4. part. 2. p. 570 *Weislingeri* armament. cathol. p. 757.

n) *Le Long* p. 253. col. 2. D. *Maittaire* tom. 4. part. 2. p. 710. *Weislingeri* armamentar. Cathol. p. 757.

Digitized by Google

multum auxilii in promovendo ſacrarum literarum uſu ſi non praeſtant, multis tamen verbis pollicentur: Concordantiae locupletiores ſeu loca parallela, Concordantiae Evangeliſtarum in ſplendidiorem formam transformatae, Concordantiae Canonum ſeu Juris Canonici, et breves annotationes hiſtoriam profanam reſpicientes. Textui ſacro acceſſerunt emendationes *Alberti Caſtellani*, rariores variantes lectiones, argumenta, et quae ſunt reliqua. In varias diſtingui itaque poſſunt editiones familias, et ſi ſingulas, quae ab aliis modo hac modo illa diſcedunt acceſſione, in certas diſponere vellemus familias, in infinitum fere diſtinctiones excreſcerent. Sufficiat itaque generalior aliqua familiarum diſpoſitio. In his numeroſiſſima eſt Pariſienſis, quae circa initium ſeculi orditur, atque ad medium ejusdem continuatur, atque tunc demum cum Stephanianae editiones ſub nomine *Hentenii* in Eccleſia Romana invaluerunt, finita eſt. Initium familiae deducimus a *Johanne Parvo* ſeu *Petit*, bibliopola, cujus impenſis typographi, *Thielemannus Kerver*, et *Philippus Pigonchet* Biblia exſcripſerunt. *Parvo* ſucceſſit in bibliopolio exercendo *Joannes Prevel*, cujus impenſis iterum editiones prodiere. Frequentiores vero ſunt, quae e typographia Kerveriana prodiere, et a vidua *Thielemanni Kerveri* ejus filio, et hujus vidua *Yolande Bonhomme*, et denique *Iacobo Kerver* usque ad annum 1560. evulgatae ſunt. Iungimus hiſce minorem familiam Pariſienſem diverſorum typographorum. Altera familia ſatis numeroſa eſt Lugdunenſis *Iacobi Saconi* et *Iacobi Marſchalli*, quibus et minores Lugdunenſes familiae ſubjiciuntur. Sequantur denique editiones diverſorum typographorum, qui ſingulas aut pauciores in publicum emiſerunt editiones. Omnes illae familiae, ſi una vel altera excipiatur editio, a Cenſura Indicis Romani liberae fuerunt, quare et illis primum adſignamus in recenſione noſtra locum.

§. LXX.

Pariſienſis Parvi.

[1] Joh. Parvus. * Biblia cum ſummariis: concordantiis diviſionibus et tribus repertoriis prepoſitis terſe et fideliter impreſſa. Venundantur a Joanne Parvo ſub Leone Argenteo Vico S. Iacobi. (Pariſiis 1501.) Fol. o).

[Multa erravit Auctor noſter in recenſendo hoc opere hiſce verbis: „Biblia Latina cura Gabrielis Bruno ex ordine minorum. Pariſiis. Johannes „Petit.„ *Gabriel* enim *Bruno*, Venetus, numquam Bibliorum edendorum curam in ſe ſuſcepit, ſed Venetiis Repertorium Biblicum ſeu Regiſtrum confecit, quod plurimis editionibus ultimo ſeculi praecedentis decennio procuratis, praemiſſum eſt. Idem Regiſtrum et hic oſtenditur. Ad calcem operis notatum eſt: „Impreſſum in inclyto Parrhyſiorum Gymnaſio anno legis nove milleſimo quin„genteſimo primo die XXVIII. menſis Iulii p).„

* Biblia

o) *Le Long* p. 253. col. 2. E.

p) *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. part. 1. p. 148. *Weislingeri* armament. Catholicum p. 759.

* Biblia cum pleno apparatu ſummariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii, numerique foliorum diſtinctione terſiſſime ac veriſſime rurſus Parrhiſiis a Thielmanno Keruer impreſſa. Venundatur ibidem ab Johanne parvo ſub leone argenteo in via ad divum Iacobum. (Pariſiis 1504.) fol. q). [II] Kerwer.

[Ad lectorem in fronte diſtichon apparet:

Diſpice ſolerter lector ſtudioſe monemus,
Ars arti preſtet quantula: virque viro.

Cum praecedens editio numeri foliorum diſtinctione adhuc careat, adeoque tantummodo tria locum habeant repertoria: in hac quartum accedit, quo initium ſingulorum librorum paginis notatur. Repertoria excipit ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortatio; de tranſlatoribus biblie; et modi intelligendi ſacram ſcripturam. Textus diviſis columnis inſcriptus eſt, et occupat folia 347. Litterae initiales librorum minori typo ſignantur. Ad Apocalypſin exſtat epilogus: „Immenſas omnipotenti Deo patri filio et ſpiritui ſancto: „Simulque toti militie triumphanti gratiarum referimus actiones. Cuius „iuvamine hoc ſacroſanctum opus in preſidium ſancte fidei catholice: Recenter „per preſtantiſſimum ſacre theologie profeſſorem emendatum claris litteris im„preſſum multis elucidationibus auctum feliciter conſummatum atque impreſ„ſum eſt in inclyto Pariſiorum gymnaſio per Thielmannum Kerver in arte im„preſſoria diſertiſſimum, almeque univerſitatis Pariſienſis librarium Iuratum in „magno vico ſancti Iacobi ad ſignum cratis ferree commorantem. Impenſis „vero honeſti viri Johannis parvi ejuſdem univerſitatis librarii, in dicto vico in „leone argenteo commorantis. Anno ab incarnatione domini milleſimo quin„genteſimo quarto. pridie idus decembris.„ Accedunt interpretationes nominum hebraicorum. Editio habet emendationes *Alberti Caſtellani*, et hujus anni ſecunda eſt ex officina *Thielmanni Kerver*, quam pro *Parvo* exſcripſit, prima vero propriis ſumtibus *Kerveri* procurata videtur r).

* Biblia Latina. Pariſiis 1506. Fol. [III]

[Adſervatur exemplar editionis Pariſiis in Bibliotheca Condaeana. Obelo Auctor noſter editionem in indice chronologico notavit; adeoque illam ipſe vidit. Typographum vero non nominavit.

* Biblia cum pleno apparatu ſummariorum, concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii numerique foliorum diſtinctione, terſiſſime ac veriſſime rurſus Parrhiſiis a Philippo Pigouchet impreſſa. Venundantur ibidem ab Johanne Parvo ſub Leone Argenteo in via ad Divum Jacobum. (Pariſiis 1507.) 4. maj. s). [IV] Pigouchet.

[In

q) *Le Long* p. 254. col. 1. A. p. 165. *Weislingeri* Armamentar. Cathol.
r) Index Biblior Wernigerod. p. 47. p. 761.
Maittaire annal. typogr., tom. 2. part. 2. s) *Le Long* p. 254. col. 1. B.

Digitized by Google

[In libri fronte ad lectorem diſtichon proſtat:
Diſpice ſolerter Lector ſtudioſe monemus
Ars arti praeſtet quantula virque viro.

Ad calcem vero notatur: — „Impreſſum per Philippum pigouchet in ar-„te impreſſoria diſertiſſimum, — impenſis — Johannis Parvi, anno ab incar-„natione domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo. Sexto Kal. maijas.„ Recenſet editionem Cl. *Goezius*, eam non ad editiones emendatas referendam eſſe pronunciat, quia Eſai XXXVII, 29. adhuc: *ponam circulum in auribus*, et Apoc. XIX, 1. *tubarum* legendum exhibeat. Verum iſtae aberrationes adhuc in editionibus variis usque ad annum 1540. et amplius deprehenduntur. Editio vero ipſa emendationes habet *Alberti Caſtellani*, et accurate reſpondet editioni anni 1504., et editioni *Saconi* Lugdunenſi anni 1506., quae ex Pariſienſi a 1504. nata videtur *).

[V] * Biblia cum pleno apparatu ſummariorum, concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii, numerisque foliorum diſtinctione terſiſſime ac nitidiſſime impreſſa. (Pariſiis typis Philippi Pigouchet 1512.) Fol. *).

[Editio iterata.

§. LXXI.

Biblia Latina Pariſiis.

[I] Prevel. * Biblia cum ſummariorum apparatu pleno quadruplicique repertorio inſignita: cui ultra caſtigationem diligentiſſimam et ſignanter in vocabulario dictionum hebraicarum ubi pro majore ſui parte erat mendoſa et vitioſa: addite ſunt marginales additiones annales et gentis cujusque ſecundum ea tempora hiſtorias notantes. Canonum quoque ad ſacram ſcripturam concordantie quas cruce adnotavimus. (Pariſiis per Joannem Preuel 1519.) 8. *).

[*Johanni Parvo* ſive *Petit* in bibliopolio ſucceſſiſſe videtur *Johannes Prevel.* Editio enim a poſteriori procurata prioris arma et nomen *Johan Petit* in fronte oſtendit, ſubjecto cum hexaſticho:

Emendata magis ſcaturit nunc biblia tota &c.

Praemittitur diviſio librorum ſacrorum in quatuor claſſes: quadruplex repertorium, nimirum ordo librorum; regiſtrum librorum ſacrorum ſecundum ordinem Alphabeti; Verſus memoriales *Villadei* et regiſtrum *Brunonis*. Accedunt *Franciſci Gothi* rhythmi, et interpretatio nominum hebraicorum. Singula cum editione *Saconi* anni 1515. 8. accurate reſpondent; Variantes vero lectiones ex editione *Saconi* anni 1512. in hanc tranſiere *pariſienſem*. Ad calcem legitur: „Ex-„plicit Biblia diligentiſſime emendata: cum concordantiis non ſolum ejusdem „ſed et juris canonici: ſummariis omnium capitum: diviſionibus: quatuor reper-„toriis praepoſitis: numerique foliorum diſtinctione: una cum compendiolo „totius biblie per ryhtmos deſcripto cumque vera nominum hebraicorum inter-„preta-

*) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 123.

*) *Le Long* p. 254. col. 1. D.

*) *Le Long* p. 254. col. 2. E.

„pretatione e novo emendatorum. Impreſſa Pariſiis per Johannem Prevel. Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimo nono. quarta Auguſti. „ *Mareſchallus* typographus Lugdunenſis eodem anno Biblia hiſce in omnibus prorſus ſimilia exſcripſit, et decimo ſeptimo Kalendas Novembris finivit §. LXXVIII. n. 3. y).

*** Biblia cum ſummariorum apparatu pleno, quadruplicique repertorio inſignita. — quas cruce adnotavimus. (Pariſiis per Johannem Prevel 1523. 8. z).** [II]

[Editio iterata priori omni ex parte conformis. Ad calcem. „Explicit „Biblia diligentiſſime emendata: cum concordantiis non ſolum ejusdem — „cumque vera nominum hebraicorum interpretatione e nouo emendatorum. „Impreſſa Pariſiis per Johannem Preuel. Anno domini milleſimo quingenteſi„mo, vigeſimo tertio XI. menſis Aprilis. „ Typis Gothicis Typographus adhuc „in imprimendis Bibliis, et quidem minoribus uſus eſt. Ad *Saconi* vel *Mareſchalli* Lugdunenſium formata eſt editio, quae 480. implet folia, cum *Saconi* 500. foliis conſtet a).

*** Biblia ſacra: integrum utriusque teſtamenti corpus complectens: diligenter recognita et emendata. Cum concordantiis ac ſummariis ſimul et argumentis: ad totius intelligentiam biblie non parum conducentibus. Inſuper in calce ejusdem: annexe ſunt nominum Hebraicorum, Chaldeorum atque Grecorum accurate interpretationes. Impreſſum Parriſiis M. D. XXVIII. 8. b).** [III]

[Tertia hujus editoris editio typis gothicis adhuc exſcripta; a cujus fronte hexaſtichon illud, quod praecedentes commendat, remotum eſt. Reliqua vero editionibus prioribus reſpondent. Poſt exhortationem ad litterarum divinarum verarumque divitiarum amatores, ſequitur inſtructio Impreſſoris cum quadruplici repertorio, et ad calcem operis *Franciſci Gotthi* compendiolum et interpretationes nominum hebr. Ad calcem Apocalypſeos haec verba adſcripta ſunt: „Explicit biblia diligentiſſime emendata cum concordantiis non ſolum „ejusdem, ſed et juris canonici ſummariis omnium capitum: diviſionibus; „quatuor repertoriis prepoſitis, numerique foliorum diſtinctione, una cum com„pendiolo totius biblie per rythmos deſcripto cumque vera nominum hebraico„rum interpretatione e novo emendatorum. Impreſſa Pariſiis per Joannem Pre„uel. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo XX. menſis „Iunii c). „

y) *Knochii* hiſt. crit. Nachr. p. 834. *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. p. 326.

z) *Le Long* p. 255. col. 1. B.

a) *J. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis p. 31. Index Biblior. Wernigerod. p 49. *Maittaire* annal. typogr tom. 2 p. 634.

b) *Le Long* p. 255. col. 2. E.

c) *Freytagii* apparatus litterar. tom. 3. p. 182.

§. LXXII.

Biblia Latina Pariſiis.

[I] Kerver. Biblia cum pleno Apparatu ſummariorum concordantiarum, et quadruplici &c. Pariſiis Thielmanni Kerver 1504. 4.

Finit idus Ianuarii. Diſtinguitur editio ab illa, quam ſupra §. LXV. n. 2. indicavimus, duplici charactere, nimirum tum temporis nota, dum illa menſe Decembri, haec vero menſe Ianuario ejusdem anni finita eſt, tum notae ad calcem adjectae, in qua *Kerverum* Biblia pro *Johanne Petit* ſ. *Parvo* expreſſiſſe adſeritur, quae nota ab hac editione abeſt [d]).

[II] * Biblia cum pleno Apparatu. Pariſiis Thielmanni Kerver 1508. 8. [e]).

[Exſtat in Bibliotheca Regia Pariſienſi.

[III] * Biblia Latina cum pleno Apparatu. Pariſiis 1509. 8. [f]).

[IV] * Biblia Latina cum concordantiis ac ſummariis. Pariſiis 1514. 8. [g]).

[V] Vidua Kerveri. * Biblia cum concordantiis ac ſummariis, una cum exactis nominum hebraicorum, Chaldaeorum atque Graecorum interpretationibus. Pariſiis ex officina viduae Thielmanni Kerver 1526. 8. [h]).

[]Jam anno 1504. pro *Johanne Parvo* ſeu *Petit*, *Thielmannus Kerver* Biblia latina impreſſerat. Poſt mortem hujus vidua *Kerveri* hanc procuravit editionem, quae uti ex titulo apparet, a praecedentibus omnibus recedit. Antiquiores enim editiones plures habebant praemiſſas opellas, quae ab hac abeſſe videntur [i]).

[VI] * Biblia Latina eadem absque anno typis iisdem [k]).

[VII] Kerverus Iun. * Biblia Latina. Pariſiis. Thielmanni Kerver 1530. 8. [l]).

[Cum praecedens editio anni 1526. jam vidua *Kerveri* impreſſa ſit, et haec iterata, non *Kervero*, ſed ejus Viduae, aut filio ejusdem nominis tribuenda eſt, cujus vidua iterum plures imprimi curavit Bibliorum editiones.

[VIII] Biblie veteris et Novi Teſtamenti corpus Pariſiis apud Thielmannum Kerver. Pariſiis 1534. 8.

Duplex exſtat hujus anni editio, altera a *Thielmanno Kerver*, altera ab ejus vidua emiſſa [m]).

[IX] Yol. Bonhomme. * Biblia ſacra: integrum utriusque Teſtamenti corpus complectens, diligenter recognita et emendata. Cum concordantiis et ſummariis ſimul et argumentis, cumque Juris canonici allegationibus paſſim adnotatis. Inſuper in

d) *Weislingeri* armament. Cathol. p. 761. *Lorckii* Bibelgeſchichte part. 2. p.

e) *Le Long* Index Chronol.

f) *Le Long* p. 254. col. 1. C.

g) *Le Long* p. 254. col. 1. E. *Weislingeri* armament. Cathol. p. 776.

h) *Le Long* p. 255. col. 1. C.

i) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 47. n. 198. Catalogus Bibliothecae Bunavianae tom. 1. p. 16. Engel. Biblioth. ſelect. p. 19.

k) *Le Long* ibid.

l) *Le Long* p. 256. col. 1. B.

m) Index Biblior. Wernigerod. p. 50.

in calce ejuſdem annexae ſunt nominum hebraeorum interpretationes. (Pariſiis 1534.) 8. [n]).

[Ad calcem: „Abſolutum eſt hoc ſacrum opus — Pariſiis ex officina „libraria Yolande bonhomme vidue ſpectabilis viri Thielmanni Kerver, ſub „ſigno unicornis in vico ſancti Iacobi, ubi et venundatur. M. D. XXXIIII. octa- „vo idus Ianuarii.„

* Biblia ſacra. — Pariſiis. Yolande Bonhomme 1543. 8. [o]). [X]
* Biblia ſacra — Pariſiis 1548. 8. [p]). [XI]
* Biblia ſacra — Pariſiis. Yolande Bonhomme 1549. 8. [q]). [XII]
* Biblia ſacra — Pariſiis 1550. 8. [r]). [XIII]
* Biblia ſacra — Pariſiis. Yolande Bonhomme 1551. 8. [s]). [XIV]
* Biblia ſacra Pariſiis. 1552. 8. [t]). [XV]
* Biblia ſacra Pariſiis. Iacobi Kerver. 1560. 8. [u]). [XVI]

[Haſce conjungimus editiones, quia tum impenſis unius ejusdemque familiae procuratae, tum ab iſtis emendationibus, quae *Stephanum* auctorem agnoſcunt, immunes adeoque et a Cenſura Indicis Romani liberae ſunt.

§. LXXIII.

Biblia Latina Pariſiis.

Biblia cum pleno apparatu ſummariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii. (Pariſiis per Wolfg. Hopylium 1510.) 8. **Hopilius.**

Editio maxime infrequens et auctori noſtro, ut et *Maittairio* ignota. Exemplar, quod olim in Bibliotheca Doct. *Quadii* Sedinenſis fuit, in ipſo titulo lacerum eſt, et procul dubio verba typographis Pariſienſibus communia, *Terſe et fideliter impreſſa* temporis injuria periere. Ad calcem legitur: „Explicit bi„blia diligentiſſime emendata: una cum concordantiis: non ſolum ejusdem ſed „et iuris canonici, argumentis, ſummariis: diviſionibus: ac cum vera nomi„num hebraicorum interpretatione: in alma Pariſiorum Academia, opera ac „impenſis Wolfgangi Hopylii impreſſa Anno MDX. in vico S. Jacobi apud ſa„cram edem S. Benedicti.„ Praemiſſam habet librorum ſacrorum diviſionem in legales, hiſtoriales, ſapientiales, et prophetales, et ea omnia quae in *Saconi* prima anni 1506. et *Frobenii* 1509. inveniuntur; ex hac poſteriori quoque Concordantiae juris canonici in hanc tranſiere pariſienſem [x]).

n) *Le Long* p. 256. col. 2. C.
o) Id. p. 259. col. 2. C.
p) Id. p. 261. col. 2. C.
q) Id. p. 261. col. 2. C.
r) Id. p. 252. col. 2. E.
s) Id. p. 261. col. 2. C.
t) Id. p. 262. col. 1. A.
u) *Le Long* p. 262. col. 1. D.
x) Conf. *Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmſten Ueberſetzungen der h. Schrift. p. 214. *Quadii* ſpecimen ſupplementorum ad Mich. Maittaire annales typogr. in Berliniſche Biblioth. vol. 3. p. 425.

§. LXXIV.

Biblia Latina Pariſiis.

[I] Clereret. * Biblia Latina Pariſiis Joh. Clereret 1511. 8. y).

[II] * Biblia Latina Pariſiis Joh. Clereret 1519. 8. z).

[Utraque editio ad Lugdunenſes *Saconi*, quae tunc temporis magno ubivis in pretio habebantur, formata videtur.

§. LXXV.

Biblia Lat. Lugduni.

Sacon. Frequentes ſunt in Bibliothecis et inter eruditorum manus editiones Bibliorum Latinorum Lugduni in Gallia a *Jacobo Sacono* ab anno 1506. ad annum 1522 in duplici forma, magna et octava in lucem editae, quae variis emendationibus ab aliis diſtinguuntur. Verum *Saconus*, vir diligens et in arte ſua exercitatiſſimus tantummodo in eo fuit, ut aliorum typographorum editiones emendatiores et acceſſionibus variis locupletatas, quam primum fieri potuerit, recuſas iterum daret. Quae itaque in editionum epilogis recenſentur emendationes, non hiſce editionibus ſunt propriae, ſed quae aliorum ſunt, ſibi hic vindicavit typographus. Emendatae dicuntur editiones vel per praeſtantiſſimum ſacrae Theologiae Profeſſorem, vel expreſſe per *Albertum Caſtellanum*. Verum hic de Bibliis latinis emendandis occupatiſſimus vir non typographiae *Saconi* praefuit, aut emendata et recognita aut locupletata exemplaria huic imprimenda tradidit; ſed hic aliorum editiones emendatas, quam primum apparuerunt, praelo iterum ſubjecit. Duplicis vero generis ſunt editiones ex typographia *Saconi* emiſſae. Aliae ſunt typographo propriae ejusque expenſis procuratae; aliae vero expenſas ſubminiſtrante *Kobergero* Norimbergenſi editae ſunt. Utriusque generis editiones magnam ſibi olim conciliarunt famam. Quo vero de ipſa editionum conditione aequum ferri poſſit judicium, ut ſpecimina quaedam lectionum producamus, fortaſſis a ſcopo noſtro non alienum erit Expoſuimus ſupra §. XXXVI. lectionum ſpecimina ex Editione Romana et Norimbergenſi *Senſenſchmidii*, anni 1475. ex Editione *Kobergeri* anni 1475. et ex editione anni 1481. Eadem ſpecimina et hic ex tribus editionibus *Saconi* prima, *Roberti Stephani*, et Sixtino-Clementina iterum producimus, ut adeo ſex editiones, quae tempore et conditione interna a ſe invicem maxime diſtinguuntur, comparari poſſint, ſi cui ſpecimina lectionum conferre placebit.

y) *Le Long* p. 254. col. 1. C. *Weislingeri* armamentar. Cathol. p. 773.

z) *Le Long* p. 254. col. 2. E. *Weislingerus* p. 807.

Sacon.

Sacon.	Rob. Stephanus.	Editio Sixtino-Clement.
Iob. I, 11. niſi in faciem benedixerit tibi	in faciem tuam benedixerit tibi	niſi in faciem benedixerit tibi
- II, 3. ac timens deum et recedens	ac timens Deum et recedens	ac timens deum et recedens
- 11. condixerant enim ut	condixerant enim ut	condixerant enim ut
- III, 4. et non illuſtretur lumine	et non illuſtret lumine	et non illuſtretur lumine
- IV, 6. ubi timor tuus.	ubi eſt timor tuus	ubi eſt timor tuus
- 7. recordare obſecro te	recordare obſecro te	recordare obſecro te
- V, 6. non egredietur	non orietur	non orietur
- 7. ad volatum	ad volatum	ad volatum
- 10. irrigat aquis univerſa	irrigat aquis univerſa	irrigat aquis univerſa
- 22. et beſtias terrae	et beſtias terrae	et beſtias terrae
- 26. acervus tritici	acervus tritici	acervus tritici
- VI, 9. ſolvat manum	ſolvat manum	ſolvat manum
- 23. eruite me	eruite me	eruite me
- 25. arguere me	arguere me	arguere me
- VII, 4. ſi dormiero dicam	ſi dormiero dicam	ſi dormiero dicam
- 16. Parce mihi domine	parce mihi	parce mihi
Luc. I, 17. incredulos ad prudentiam	incredulos	incredulos
- 26. Angelus Gabriel a Deo	— a Deo	— a Deo
- 45. beata, quae credidiſti	quae credidit	quae credidiſti
- 45. dicta ſunt tibi	dicta ſunt ei	dicta ſunt tibi
- 50. a progenie in progenies	a progenie in progenies	a progenie in progenies
- 54. recordatus miſericordiae ſuae	memorari miſeric.	recordatus miſeric.
- 59. in die octavo	— octavo	— octavo

Sacon.

Sacon.	*Rob. Stephanus.*	*Editio Sixtino - Clement.*
Luc. I, 67. repletus eſt,	repletus eſt	repletus eſt
- II, 5. ut profiteretur	ut profiteretur	ut profiteretur
- 22. dies purgationis ejus	— purgationis ejus	— purgationis ejus
- 24. darent oſtiam	darent hoſtiam	darent hoſtiam
- 33. et mater ejus miranter	et mater ejus miranter	et mater miranter
- 36. hec proceſſerat	haec proceſſerat	haec proceſſerat
- 38. redemptionem Iſrael	redemptionem in Ieruſalem	redemptionem Iſrael
- 51. verba haec in corde ſuo	verba haec in corde ſuo	verba haec in corde ſuo
- III, 7. quis oſtendit	quis oſtendit	quis oſtendit
- 12. et publicani	et publicani	et publicani
- 16. fortior me poſt me cujus	fortior me cujus	fortior me cujus
- IV, 1. Ieſus autem plenus	Ieſus autem plenus	Ieſus autem plenus
- 1. in deſerto	in deſerto	in deſertum
- 2. in diebus illis	in diebus illis	in diebus illis
- 4. in pane ſolo	in ſolo pane	in ſolo pane
- 5. in momento temporis	in momento temporis	in momento temporis
- 22. deſunt verba: dixerunt phariſaei ad Ieſum	deſunt	deſunt
- 24. quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis	quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis.	quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis
- 34. quis ſis	quis ſis	quis ſis
- 35. increpavit illum Ieſus	increpavit illum Ieſus	increpavit illum Ieſus
- 35. in medium exiit	in medium exiit	in medium exiit
- 40. curabat eos	curabat eos	curabat eos
- V, 4. ut ceſſavit autem	ut ceſſavit autem	ut ceſſavit autem

Sacon.

Sacon.	*Rob. Stephanus.*	*Editio Sixtino - Clement.*
Luc. V, 7. ut pene mergerentur	ut mergerentur	ut pene mergerentur
- 22. quid cogitatis mala in cordibus veſtris	quid cogitatis in cordibus veſtris	quid cogitatis in cordibus veſtris
- 37. nemo mittit	nemo mittit	nemo mittit
- VI, 4. in domum Dei	in domum dei	in Domum Dei
- 11. et reſtituta eſt manus ejus	et reſtituta eſt manus ejus	et reſtituta eſt manus ejus
- 11. quidnam facerent de Ieſu	quidnam facerent Ieſu	quidnam facerent Ieſu
- 17. et deſcendens cum illis de monte ſtetit	et deſcendens cum illis ſtetit	et deſcendens cum illis ſtetit
- 42. aut quomodo potes dicere	aut quomodo potes dicere	aut quomodo potes dicere
- VII, 37. quod Ieſus accubuit	quod accubuiſſet in	quod accubuiſſet in
- VIII, 14. inter ſpinas cecidit	in ſpinas	in ſpinas
- 18. videte ergo quomodo audiatis	— quomodo audiatis	— quomodo audiatis.
- 23. compellebantur . et periclitabantur	complebantur et periclitabantur	complebantur et periclitabantur
- 27. et cum de navi egreſſus eſſet	et quum egreſſus eſſet	et cum egreſſus eſſet
- 51. veniſſet domum	veniſſet domum	veniſſet domum
- 51. Iacobum et Johannem	Iacobum et Johannem	Iacobum et Johannem
- IX, 16. benedixit illis	benedixit illis	benedixit illis
- 19. unus propheta	unus propheta	unus propheta
- 25. quid enim proficit homo	quid enim proficit homo	quid enim proficit homo
- 32. qui cum illo erant, gravati erant ſomno	qui cum illo erant gravati erant ſomno	qui cum illo erant gravati erant ſomno

Sacon.	*Rob. Stephanus.*	*Editio Sixtino - Clement.*
Luc. IX, 54. deſunt verba: ſic helias fecit	deſunt	deſunt
- X, 2. in meſſem ſuam	in meſſem ſuam	in meſſem ſuam
- 19. ſupra ſerpentes	ſupra ſerpentes	ſupra ſerpentes
- 27. ille reſpondens	ille reſpondens	ille reſpondens
- XI, 1. ex diſcipulis ejus	ex diſcipulis ejus	ex diſcipulis ejus
- 2. deſunt verba: fiat voluntas tua &c.	adſunt	deſunt
- 4. dimittimus debitoribus noſtris	dimittimus omni debenti nobis	dimittimus omni debenti nobis
- 16. ſignum de coelo quaerebant	ſignum de coelo quaerebant	ſignum de coelo quaerebant
- 25. ſcopis mundatam	ſcopis mundatam et ornatam	ſcopis mundatam et ornatam
- 29. Ionae	Ionae prophetae	Ionae prophetae
- 40. id quod deintus eſt	id quod deintus eſt	id quod deintus eſt
- 54. de ore ejus	de ore ejus	de ore ejus
- XII, 9. in Gehennam	in Gehennam	in Gehennam
- 25. pluris eſtis illis	pluris eſtis illis	pluris eſtis illis.

[I] * Biblia cum pleno apparatu ſummariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii numerisque foliorum diſtinctione terſiſſime ac veriſſime impreſſa. (Lugduni apud Iacobum Sacon. 1506.) fol. [a]).

[Prima eſt, quae ex hac celebri in publicum exiit typographia Bibliorum latinorum editio, ſequentium fere archetypa; ipſa vero ad Pariſienſem *Thielmanni Kerveri* idib. Decembr. 1504. tam accurate formata, ut ne verbo quidem ab illa recedat, et prioris editionis epilogus hic iterum ad verbum expreſſus ſit. Interim Venetam *Iuntarum* editionem repraeſentare voluiſſe videtur typographus; nam in fronte libri colore rubro diſtincto, in medio folii apparet Iuntarum Lilium ligno inciſum, colore rubro expreſſum et

a) *Le Long* p. 254. col. 1. A.

Ad

Ad lectorem diſtichon
Diſpice ſolerter lector ſtudioſe monemus
Ars arti preſtet quantula virque viro

In verſa tituli pagina brevis legitur praefatio, qua typographus rationem operis exponit, quam hic integram damus. „Impreſſor ac bibliopola lectori ſalutem. „Ne neſciens et ob id ingratus ſacroſanctam divini verbi paginam quam Bibliam „vocamus; lector optime accedas: neſciens inquam quantum boni apparatus et „vere lucis ad eam memorie mandandam adjecimus premonitum velim. Primo „loco pulchram et ſane utilem acceſſiſſe totius operis diviſionem: deinde quat„tuor non aſpernanda indicia ſeu repertoria: quorum primum librorum nomina „ac ordinem quo ſe conſequuntur metrice complectitur. ſecundum eadem ſed „litterario ſeu alphabetico ordine et ſoluta oratione proſequitur. tertium item „meretrice (*metrice*) omnia que in ſingulis capitibus totius biblie continentur „ſingulis fere verbis indicat. quartum autem ordine alphabetico optimam quam„que ac deſideratiſſimam materiam ubi reperias demonſtrat. Tertio loco con„cordantias (ut dicunt) aliorum locorum Biblie in marginibus annotavimus: et „argumenta ſeu ſummaria in frontibus capitulorum prenotavimus. Omnia de„mum terſe ac fideliter impreſſimus: quo circa niſi te gratum offenderimus: in„dignum profecto cenſuerimus: cui poſthac tantum opere ac impenſi impartia„mus. Haec ſumma eſt Vale Lector candidiſſime, et memorem te beneficii noſtri „exhibe.„ Quae omnia magnifice de meritis *Saconi* loquuntur, ut eum haec omnia praeſtitiſſe, editionique ſuae haſce emendationes addidiſſe crederemus. Verum non ingrati erimus, ſi ſuum cuique vindicamus et haec omnia ad plagia typographica referimus. Singula enim quae hic proferuntur et exponuntur, tum aliis, tum *Alberto Caſtellano* Veneto debentur. Ipſe vero *Saconus* nomen hujus viri ſupprimit, et in epilogo tantummodo, ad praeſtantiſſimum ſacrae Theologiae Profeſſorem, qui editionem emendatiorem reddiderit, provocat, uti ſingula de verbo ad verbum, ex editione Pariſienſi transſcripſit, et quo editio ſua Venetae commode ſubſtitui poſſit, *lunitarum* Lilium in fronte exhibet, et ad calcem opus *characteribus Venetis* impreſſum eſſe adfirmat; nomen vero *Lugduni* ſupprimit. *Saconum* vero hiſce fraudem facere voluiſſe ſatis apertum eſt: quin et nuper hiſce fraudi fuit Cl. Editori Catalogi Bibliorum Brunſwigae a Sereniſſima Principiſſa *Eliſabeth Sophia Maria* p. m. collectorum, qui *Saconi* verbis ductus, p. 50. n. 37. eum ad Typographos Venetos refert, quod vero ipſe auctor tempore ſubſequenti emendavit. Praefationi ſubjicitur *pulchra et utilis diviſio totius biblie*, qua libri utriusque teſtamenti diſtinguuntur in *legales, hyſtoriales, ſapientiales et prophetales.* Ex editione *Frobeniana* anni 1495. Tabula prima ſiſtit ordinem librorum ſacrorum:

Ad lectorem diſtichon
Perſpice nunc lector: quis debitus ordo librorum
Ordine quo poſuit biblia quemque ſuo.
Geneſis. Exo. Leui. Numerorum. Deuterono. &c.

Tabula ſecunda paginam oſtendit, ubi initium cujusvis libri deprehenditur. Tabula tertia continet *Alexandri Villadei* verſus 212, memoriales, quorum ratio-

Digitized by Google

nem ſupra §. XIII. n. 7. expoſuimus. Tabula quarta eſt regiſtrum *Brunonis* pleriſque editionibus ab anno 1495. commune. Iungitur hiſce ad *divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortatio*; *Translatores Biblie* et *modi intelligendi ſacram ſcripturam*. *Hieronymi* prologi Libris, Caſus vero ſummarii capitibus ſingulis, exceptis Pſalmis et Cantico Canticorum, praemiſſi ſunt. Ad marginem collocatae ſunt concordantiae ſeu loca parallela, una cum marginalibus; capita vero litteris majuſculis in margine in ſectiones ſunt diſtincta. Litterae initiales ſaepius deſiderantur. Biblia ipſa occupant folia CCCXLVIII. Poſt Apocalypſin lectorum conſpectui ſiſtuntur Interpretationes nominum hebraicorum; quibus praecedit folio ultimo Apocalypſeos ſequens epilogus: „Immenſas omnipotenti deo patri et filio et ſpiritui ſancto: ſimulque toti militie triumphanti gratiarum referimus actiones. Cuius juvamine hoc ſacroſanctum opus in preſidium ſancte fidei catholice. Recenter per preſtantiſſimum ſacre theologie profeſſorem emendatum: claris litteris impreſſum: multis elucidationibus auctum: feliciter conſummatum atque impreſſum eſt characteribus venetis per Iacobum Sacon in arte impreſſoria diſertiſſimum. Anno ab incarnatione dni. Milleſimo quingenteſimo ſexto — die novembris.„ Quis vero menſis Novembris fuerit dies, calamo ſpatio vacuo inſcribi debuiſſet; quod in noſtro exemplari factum non eſt; in aliis vero numerus X. adſcriptus eſt [b].

[II] * Biblia cum pleno apparatu ſummariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii &c. (Lugduni apud Iacobum Sacon. 1509.) Fol. [c].

[Editio praecedentem accurate repraeſentans.

[III] * Biblia cum pleno apparatu ſummariorum: concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii: numeriſque foliorum diſtinctione terſiſſime ac veriſſime impreſſa. (Lugduni apud Iacobum Sacon. 1511.) 8. [d].

[Quod ſi quis hanc ex libri inſcriptione dijudicare vellet editionem, praecedentem anni 1506. vel 1509. accurate exſcriptam eſſe, facile ſibi perſvaderet. Verum res aliter ſe habet. Emiſerat *Frobenius* anno 1509. menſe Septembris editionem, cui concordantiae e jure canonico additae erant. Eandem *Iacobus Mareſchallus* Lugdunenſis anno 1510. cum addito *Franciſci Gotthi compendiolo totius biblie* recudi fecerat in forma octava; quam eadem forma, ut pagina paginae, linea lineae reſpondeat, hic *Saconus* exponit. Sub imagine *Hieronymi* in ipſo libri titulo legitur *Matthaei Sambucelli* Hexaſtichon, ex editione *Frobeniana*, ſed in ultima linea, uti fas erat, jam a *Mareſchallo* immutatum, et ſuppreſſo auctoris nomine:

Emen-

b) *Knoebii* hiſt. crit. Nachrichten p. 812. *J. B. Riedereri* Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Büchergeſchichte part. 4. p. 374. Beiträge zur Geſch. merkw. Bücher p. 549. *Maittaire* annal. typogr. tom 2. part. 2. p. 175. *Weislingeri* armament. cathol. p. 761.

c) *Le Long* p. 254. col. 1. B. *Riedereri* l. c. p. 374. Index Bibl. Wernigerod. p. 48. *Weislingerus* l. c. p. 772.

d) *Le Long* p. 254. col. 1. C.

Digitized by Google

Emendata magis ſcaturit nunc Biblia tota
Que fuit in nullo tempore viſa prius.
Qua loca Canonici concordant ſingula juris
In ſumma Caſus, que tenet et capitum.
Qua legum veteriſque novi argumenta videntur
Omine felici *que tibi terſa patet.*

In Frobeniana vero legitur; *quam Baſilea premit.* Quae in recenſione primae editionis indicavimus acceſſiones ab initio, et hic reperiuntur: prologi, regiſtra ſeu repertoria, interpretationes nominum hebraicorum, primas occupant paginas. Accedunt vero in margine Concordantiae juris Canonici ex editione Frobeniana, et *Compendiolum totius Biblie per rythmos deſcriptum*, ſeu *Franciſci Gotthi* ordinis minorum *tota biblia compendioſiſſime per rhithmos deſcripta,* quo ſingulis tetraſtichis ſingulorum capitum argumenta exponuntur. Ad calcem Apocalypſeos extat epilogus: „Explicit Biblia diligentiſſime emendata cum concordan„tiis, non ſolum ejusdem ſed et Juris Canonici: ſummariis omnium capitum: „diviſionibus: quattuor repertoriis prepoſitis. numerique foliorum diſtinctione: „una cum compendiolo totius biblie per rythmos deſcripto: cumque vera nomi„num hebraicorum interpretatione: Impreſſa per Magiſtrum Sachon. Anno do„mini quingenteſimo undecimo ſupra milleſimum. die XIII. Ianuarii.„ Typi ſunt Gothici, ſed clari et nitidi [e]).

* Biblia cum ſummariorum apparatu (Lugduni per Magiſtrum Sachon 1512. 8. [f]). [IV]

* Biblia cum ſummariorum apparatu pleno quadruplicique repertorio inſignita: cui ultra caſtigationem diligentiſſimam et ſignanter in vocabulario dictionum hebraicarum ubi pro majore ſui parte erat mendoſa et vitioſa: addite ſunt marginales additiones annales et gentis cuiusque ſecundum ea tempora hyſtorias notantes: canonum quoque ad ſacram ſcripturam concordantias quas cruce adnotavimus. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1515.) 8. [g]). [V]

[Ex parte reſpondet editio priori in forma octava anni 1511. ex parte vero conſentit cum editionibus in forma magna, quae ab anno 1512. expenſis *Antonii Kobergeri* excuſa dicuntur. Siſtitur ab initio effigies *S. Hieronymi* cum verſibus:

Emendata magis ſcaturit nunc Biblia tota &c.

Sequitur, Ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortatio; Impreſſoris ac bibliopole ad lectorem inſtructio, cum quadruplici repertorio; de translatoribus biblie, et modis intelligendi ſcripturam ſacram: quae omnia prioribus ſunt in forma octava communia editionibus. Gentium vero ſic dictae annales, ab *Alberto Caſtellano* editioni Venetae anni 1511. primum additi, ex hac vel ex majoribus *Saconi* editionibus in hanc minorem tranſiere. Breves ſunt notae ex hiſtoria antiqua depromptae, Synchroniſmum rerum factarum oſten-

 dentes

e) Berliniſche Biblioth. vol. 3. p. 426. *Weislingerus* l. c. p. 773.

f) *Le Long* ibid. D.

g) *Le Long* p. 254. col. 1. E.

dentes in margine collocatae. Interpretationes nominum hebraicorum quoque ex *Caſtellani* emendatione hic accedunt, quibus *Franciſci Gotthi* carmen ſubjunctum eſt. Epilogus ad finem Apocalypſeos hujus tenoris extat: „Explicit biblia di-„ligentiſſime emendata: cum concordantiis non ſolum ejusdem: ſed et juris ca-„nonici: ſummariis omnium capitum: diviſionibus: quatuor repertoriis prepo-„ſitis: numerique foliorum diſtinctione: una cum compendiolo totius biblie per „rythmos deſcripto cumque vera nominum hebraicorum interpretatione de no-„vo emendatorum. Lugduni in officina Iacobi Saconi. Anno domini decimo „quinto ſupra milleſimum. Duodecimo Kalendas octobris.„ Quo in epilogo in determinando anno numerus quingenteſimus oſcitantia typothetae omiſſus eſt; quem errorem *Mareſchallus* Lugdunenſis in epilogo editionis anni 1519. imitatus eſt. Ab Auctore noſtro recenſentur: *Biblia Latina cum concordantiis ejusdem et Juris Canonici per Joannem de Gradibus.* in quo aliquantulum fallitur. Concordantiae enim Juris Canonici non ab *Johanne de Gradibus* additae ſunt; ſed concordantiae librorum *Joſephi* hunc agnoſcunt auctorem [h]).

[VI] * Biblia cum ſummariorum apparatu pleno, quadruplicique repertorio inſignita. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1518.) 8. [i]).

[VII] * Biblia cum ſummariorum apparatu pleno — (Lugduni per Iacobum Sacon, 1521.) 8. [k]).

[Exemplar adſervatur *Wirtzburgi* in Bibliotheca Auguſtinianorum.

[VIII] Biblia cum ſummariorum apparatu pleno quadruplicique repertorio inſignita. cui ultra caſtigationem — quas cruce adnotavimus. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1522.) 8.

Ultima eſt per *Iacobum Sacon* Lugduni in forma octava editio, quae in omnibus, ſuperioribus, quin et *Mareſchalli* editionibus accurate reſpondet, ut paginae et lineae accurate conveniunt. Titulus et epilogus ex editione 1515. iisdem verbis repetiti ſunt: „Explicit biblia diligentiſſime emendata cum con-„cordantiis non ſolum ejusdem — cumque vera nominum hebraicorum inter-„pretatione de novo emendatorum. Lugduni in officina Iacobi Sacon Anno „domini 1522. decima Auguſti.„ Hae ſunt *Saconi* editiones minores, quibus Concordantiae e libris *Joſephi*, quae in majoribus reperiuntur editionibus, haud additae ſunt [l]).

h) Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 47. n. 193. *Riedereri* Nachrichten vol 4. p. 375. *Hirſchii* millenar. I p. 8. Index Biblior. Wernigerod p. 43. *Weislingerus* p. 782.

i) *Le Long* p. 254. col. 2. D. *Weislingerus* l. c. p. 803.

k) *Le Long* p. 254. col. 1. A. *Weislingerus* l. c. p. 806.

l) *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 839. Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 356. *Hirſchii* millenar. III. p. 23. Index Bibl Wernigerod. p. 48. *Riedereri* Nachrichten vol. 4. p. 379. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 127. *Weislingerus* p. 807.

§. LXXVI.

§. LXXVI.

Biblia Latina Lugduni.

Ad alterum Bibliorum Lugduni in typographia *Iacobi Sacon* exſcriptorum progredimur genus, quod impenſis *Kobergeri* Nurenbergenſis impreſſum dicitur. Non deſunt, qui fraudis commiſſae *Saconum* accuſant, ut nomen *Kobergeri* ſuis appoſuerit editionibus, ut fama nominis in illas redundaret. Verum multa ſunt, quae typographum ab hoc crimine liberant. 1) Expreſſis verbis ſe ipſum typographum appellat, qui ſubminiſtratis a *Kobergero* impenſis, Biblia exſcripſerit. Duas vero editiones ſuperſtite *Kobergero* ſeniori evulgavit, quod certe non tentaſſet, niſi id conſentiente *Kobergero* factum fuiſſet. 2) Quod Patri *Kobergero* praeſtiterat, idem et filio ejus praeſtitit, atque impenſis ejus nonnullas evulgavit editiones. 3) Cum *Saconi* praela anno 1520. Biblia ſub nomine *Kobergeri* emitterent, et *Johannes Marion* typographiam ſuam *Kobergero* commodavit, et expenſis ejus Biblia iterum exſcripſit, et praecedentem ex *Saconi* officina accurate reddidit. 4) Priores editiones *Saconi* ſunt in forma magna; verum cum anno 1512. primam juſſu et expenſis *Kobergeri* ederet, propriis ſumtibus procuratas editiones ipſa forma ab illis diſtinxit, et cum, quae *Kobergeri* eſſent, formam magnam haberent, propriis editionibus formam dedit octavam. Si *Sacon Kobergeri* nomen ſuis famam conciliare voluiſſet, non tam accurate illas diſtinxiſſet, et ſi emtorum alliciendorum cauſa id feciſſet, parum prudenter egiſſet, ſiquidem plurimis annis duas procuravit editiones, alteram cum *Kobergeri* nomine, alteram ſine illo. Subſcribimus itaque iis, quae Cl. *Goezius* contra *Baumgartenium* ſcripſit, quamvis illi in adſerto, non dari alia Biblia Lugdunenſia, quae *Kobergeri* nomen oſtendant, haud adſentiri poſſimus m).

Sacon pro Kobergero.

* Biblia cum concordantiis veteris et noui Teſtamenti et ſacrorum canonum: nec non et additionibus in marginibus varietatis diuerſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quattuor euangeliorum inſertis ſumma cum diligentia reuiſa correcta et emendata. (Lugduni apud Iacobum Sacon. 1512.) fol. n). [I]

[In titulo libri exhibetur imaguncula S. *Hieronymi* cum hac epigraphe: *Sanctus Hieronymus interpres biblie;* et ſubjunctis verſibus ex *Frobeniana* anni 1495. §. LVIII. n. 3.

Simmachus atque Theodotion vel ſeptuaginta
Addo Aquilam et quorum nomina late patent.
Quos per ab Hebreis ad grecos deinde latinos
Biblia migravit: factaque digna legi eſt.

Conce-

m) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 4. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 108. et fortgeſetztes Verzeichnis p. 21.
n) *Le Long* p. 254. col. 1. D.

Concedunt nobis: me namque interprete ſolo
Biblia ab hebreo fonte latina fluit.
Contigit hic relegi per tot modo ſecula ſolum
Hieronymum: et cunctos laude preire viros.

Impreſſoris et bibliopolae praefatio, diviſio librorum ſacrorum in quatuor genera, ordo librorum, rythmi 212; regiſtrum *Brunonis*, exhortatio ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores; de translatoribus Biblie, modi intelligendi ſacram ſcripturam, haec omnia ex prima editione hic iterum exſcripta ſunt, addita obſervatione de diviſione totius biblie: ad calcem quoque additae ſunt interpretationes nominum hebraicorum. Apocalypſi ſubjungitur epilogus: „Biblia cum concordantiis veteris et novi Teſtamenti nec non et ju„ris canonici: ac diverſitatibus textuum: canonibusque euangeliorum ac qui„busdam temporum incidentibus, in margine poſitis: per venerabilem patrem; „fratrem Albertum Caſtellanum venetum ordinis predicatorum ſtudioſiſſime re„viſa correcta et emendata: et ad inſtar correctiſſimorum exemplarium tam an„tiqnorum quam novorum incontrata comparata et collata: ac per M. Iacobum „Sacon Lugduni impreſſa. Expenſis notabilis viri dni. Anthonii Koberger de „Nurembergis. Feliciter explicit. Anno domini M DXII. I. Calendas Augu„ſti.„ Maxima quidem ex parte praecedentes hic repraeſentantur editiones; nonnulla tamen hic immutata, et alia addita ſunt, ſiquidem *Saconus* editionem non praecedentem, ſed Venetam anni 1511. recuſam dedit. Vide §. XCVI. n. 2. *Franciſci Gotthi* rhithmi hic omiſſi ſunt. Acceſſerunt in fronte Novi Teſtamenti, „Canones qui inventi fuerunt ad cognoſcendum, in quibus locis ſacri „quattuor euangeliſte concordaverint vel ſimilia dixerint; et in quibus locis „omnes vel aliqui eorum idem ſcripſerint, vel quilibet eorum aliquid particula„riter poſuerit.„ Artificioſe haec Evangeliſtarum harmonia antiquiſſima per columnas diſpoſita eſt. Ornata eſt praeterea haec editio figuris ligno inciſis, quae in Novo Teſtamento meliores ſunt, peritioremque produnt artificem, quam in Veteri. Ultimo denique loco, hanc editionem primam eſſe quam *Iacobus Sacon* impenſis *Anthonii Koburgeri* expreſſit, obſervamus o).

[II] *** Biblia cum concordantiis veteris ac novi teſtamenti et ſacrorum Canonum: nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quattuor euangeliorum inſertis ſumma cum diligentia reuiſa correcta et emendata. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1513.) fol.** p).

[In fronte conſpicitur *Sanctus Hieronymus interpres biblie*, additis cum verſibus praecedentis editionis: *Simmachus atque Theodotion vel ſeptuaginta* &c. Ad calcem Apocalypſeos adſcriptum eſt Hexaſtichon illud notiſſimum:

Fonti-

o) Catal. Biblioth. Baumgartianae p. 7. n. 106. *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. p. 226. *Freytagii* apparat. litterar. tom. 1. p. 141. *Hirſchii* millenar. III. p. 7. *Riederi* Nachrichten vol. 4. p. 374. *Panzeri* Geſchichte der Nürnb. Bibeln p. 8. *Weislingeri* armament. cathol. p. 774.

p) *Le Long* p. 254. col. 1. D.

Fontibus ex graecis hebreorum quoque libris
Emendata ſatis et decorata ſimul. &c. &c.

et typographi epilogus: „Biblia cum concordantiis veteris et novi Teſtamenti „nec non et iuris canonici: ac diverſitatibus textuum. canonibusque euange-„liorum ac quibusdam temporum incidentibus in margine poſitis. per venerabi-„lem patrem: Fratrem Albertum caſtellanum venetum ordinis predicatorum ſtu-„dioſiſſime reuiſa correcta et emendata: et ad inſtar correctiſſimorum exemplari-„um tam antiquorum quam nouorum incontrata comparata et collata: ac per „M. Iacobum Sacon Lugduni impreſſa. Expenſis notabilis viri domini Antho-„nii Koberger de Nuremburgis. Feliciter explicit. Anno domini M. D.XIII. „calendas III. Septembris.„ Omnia et ſingula ad normam praecedentis editio-nis formata ſunt, ut ab ampliori enumeratione illorum abſtinere poſſimus. Re-cenſet hanc editionem Cl. *Knochius*, eamque ſecundam, quae ex *Saconi* officina prodierit, et primam quae figuris textus ſacri argumenta illuſtret, appellat; quod utrumque veritati haud conſentit, quinta jam eſt, quae ex illa prodiit of-ficina Lugdunenſi, figurisque ligno inciſis jam antiquior exornata eſt. Addit Auctor noſter editionem Nurembergenſem anni 1513. *Eadem forſan ac Lugdu-nenſis editio;* in quo ipſi adſentiendum eſt, orta enim eſt editio Nurembergenſis ex epilogo haud ſatis conſiderato. *Kobergerus* Nurembergenſis impenſas tan-tummodo huic editioni procurandae ſubminiſtravit q).

* Biblia Latina per Albertum Caſtellanum. Lugduni per Iacobum Sa-con 1514. fol. [III]

Eadem forſan ac praecedens editio r).

* Biblia cum Concordantiis veteris et novi Teſtamenti et ſacrorum ca-nonum. — reviſa correcta et emendata. (Lugduni apud Iacobum Sacon. 1515.) fol. s). [IV]

[Editio in omnibus praecedenti anni 1513. prorſus ſimilis, in cujus epilo-go, eam impenſis *Anthonii Kobergeri* ab *Iacobo Sacono* impreſſam eſſe ſignifi-catur. t).

* Biblia cum Concordantiis. — Lugduni per Iacobum Sacon. 1516. fol. u). [V]

[Expenſis notabilis viri *Antonii Koberger* d. XVI. Decembris.

* Biblia cum concordantiis veteris et novi teſtamenti et ſacrorum ca-nonum: nec non et addicionibus in marginibus varietatis diuerſorum tex-tuum: [VI]

q) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 99. *Knochii* hiſtoriſch criti che Nachrichten p. 827. *Maittaire* an-nal. typogr. tom. 2. p. 241. *Riedereri* Nachrichten vol. 4. p. 324. Index Biblior. Wernigerod. p. 48. *J. M. Goezii* Ver-zeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 106. *Panzerus* l. c. p. 87. *Weislingerus* p. 775.

r) *Le Long* p. 254. col. 1. E. *Weislin-gerus* p. 776.

s) *Le Long* p. 254. col. 1. E.

t) Catal Biblioth Baumgart. p. 7. n. 109. *Weislingerus* p. 87.

u) *Le Long* p. 254. col. 2. A. *Panzerus* l. c. p. 88. *Weislingerus* p. 784.

tuum: ac etiam canonibus antiquis quatuor evangeliorum. Nouiſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Joſephi de antiquitatibus et bello iudaico excerpte. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1518.) fol. lat. x).

[Solius editionis in forma octava meminit Auctor noſter; extat quoque hujus anni editio in forma majori, ſeu ut ajunt in folio, cujus tituli pagina portam oſtendit cum effigie *Johannis* Baptiſtae. Quoad reliqua ſequitur editiones praecedentes. Ad calcem Apocalypſeos additi ſunt verſus, uti in editione anni 1513.:

Fontibus ex grecis hebraeorum quoque libris &c. &c.

ſequenti cum epilogo: „Biblia cum concordantiis veteris et noui teſtamenti: „nec non et juris canonici: ac de diuerſitatibus textuum: canonibusque euange„liorum: ac quibusdam temporum incidentibus in margine poſitis: ſtudioſiſſime „reuiſa: correcta: et emendata: et ad inſtar correctiſſimorum exemplarium: „tam antiquorum quam novorum incontrata: comparata: et collata: Accedunt „ad hec ex viginti de antiquitatibus et judeorum bello Joſephi libris exhauſte „autoritates: quas utriusque juris profeſſor dominus Johannes de Gradibus con„cordantibus congruisque appoſuit locis. Impreſſa autem Lugduni: per M. „Iacobum Sacon. Expenſis notabilis viri Antonii Koberger Nuremburgenſis. „Feliciter explicit. Anno noſtre ſalutis Milleſimo quingenteſimo decimo octa„vo. Die vero decimo menſis Maii.„ Auctior eſt haec editio, et a praecedentibus diſtinguitur per annotationes marginales, in quibus *Joſephi* ſcripta citantur; in reliquis vero, antiquioribus haud praeferenda eſt. Multa de hac editione loquutus eſt *Reimmannus*, qui poſtquam verſus illos: *Fontibus ex graecis* &c. exſcripſerat, bona utique fide addit: „Nec bullatas has eſſe nugas tantum„modo exiſtimes. Nam licet jactata illa ex fonte Hebraico et Graeco emenda„tio vel nulla ſit, vel perexigua; *primus* tamen eſt editor, qui textui latino „variantes lectiones adjecit e codicibus impreſſis et MSCtis collectas, et loca „Parallela in SS. et Jure Canonico et Joſephi antiquitatibus occurrentia in mar„gine notavit, et capitibus ſingulis argumenta, quatuorque Evangeliſtis Cano„nes Euſebianos praemiſit. Unde mirari ſatis non poſſumus, qui ſiat, ut in re „publica literaria tam ignota ſit haec editio.„ Verum *Reimmannum* haec ſcripſiſſe ſane mirum eſt. Ignoravit certe omnes iſtas editiones, quae iisdem verſibus laudantur, etiamſi ad fontes minime revocatae fuerint; ignoravit et alias *Saconi* editiones jam recenſitas, quae easdem in margine habent lectionum varietates et quidem minimi valoris. Nec in re publica litteraria ignotae ſunt *Saconi* editiones, quippe quae omnium iſtius temporis ſunt frequentiores y).

[VII] **Biblia cum concordantiis veteris et novi teſtamenti et ſacrorum canonum: nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac**

x) *Le Long* §. 254. col. 2. A.

y) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 8. *Riederers* Nachrichten vol. 4. p. 378. *Reimmanni* Catal. bibliotb. p. 206. *J. M. Goezii* Verzeichnis p. 106. *Panzerus* p. 88. *Weislingerus* p. 803.

ac etiam canonibus antiquis quatuor evangeliorum. Nouiſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Joſephi de antiquitatibus et de bello Judaico excerpte. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1519.) fol.

Tituli pagina portam repraeſentat apertam, ſupra quam verba exſcripta leguntur. In ſuperiori parte tabula ſuſpenſa ſequentia oſtendit:

Biblia que latiis toto redimita elementis
Orbe micet: grecus ſtupet hinc: ſtupet hinc et hebreus.
Hoc nos ethereo ſtridonia munere proles
Donaſti: dum tarda graues iam proterit artus
Canicies: facilemque facis dum dente reſecto
Externis linguam ſcriptis: te laudibus heu te
Proſequier dignis: meritos et dicere honores
Non opis eſt noſtre numeros ni robore firmes.
Ergo tuis miſeros precibus tutare labantes
Immeritosque epulis nos fac accumbere diuum.

Submittitur effigies *Hieronymi* in genua devoluti corque ſuum offerentis. Impreſſoris et bibliopolae inſtructio, quatuor repertoria, exhortatio ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores: translatores biblie; modi intelligendi ſacram ſcripturam, et diviſio totius biblie, hic uti in praecedentibus praemittuntur. Eaedem hic quoque extant figurae ligno inciſae, Capitum ſummae, et in margine notationes. Cantico Canticorum breviora addita ſunt ſummaria, et ad calcem interpretationes hebraicorum nominum emendatiores. Ad calcem Apocalypſeos verſus leguntur: Fontibus e grecis hebreorum quoque libellis &c. et denique: „Biblia cum concordantiis veteris et noui teſtamenti: „nec non et iuris canonici: ac de diuerſitatibus textuum: canonibuſque evan„geliorum: ac quibusdam temporum incidentibus in margine poſitis: ſtudioſiſſi„me reuiſa: correcta: et emendata: et ad inſtar correctiſſimorum exemplarium: „tam antiquorum quam novorum incontrata: comparata: et collata: Accedunt „ad hec ex viginti de antiquitatibus et judeorum bello Joſephi libris exhauſte „autoritates: quas utriusque iuris profeſſor Dns Joannes de gradibus concor„dantibus congruisque appoſuit locis. Impreſſa autem Lugduni: per M. Iaco„bum Sacon. Expenſis notabilis viri Antonii Koberger Nuremburgenſis. Fe„liciter explicit. Anno noſtre ſalutis Milleſimo quingenteſimo decimo nono. „Die vero decimonono menſis Octobris.„ Quo vero lectores ſciant, quid iſtis *quibusdam temporum incidentibus in margine poſitis* ſignificari voluerit editor, hic quae ad Eſth. II. in margine notata ſunt exſcribimus: *Architarentinus philoſophus* — *Plato philoſophus* — *Diomedes medicus.* — *Ariſtippus philoſophus.* — *Epicurus philoſophus:* — *Philoſtratus philoſophus* — *Speuſippus philoſophus* — *Lyſander Lacedemonius* — *Cymon Athenienſis* — *Cimelon Corinthius* — *Marcus Curtius Romanus.* Editio in folio latiori, typis gothicis, uti omnes praecedentes exſcripta eſt [z]).

 Biblia

z) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 8. n. 111. Beiträge zur Geſchichte merkw. Bücher p. 553. *Riedererus* in Nachrichten vol. 4. p. 373-379. catalogum editionum *Saconi* conſtruxit, ſed hanc ſilentio praetermiſit.

[VIII] Biblia cum concordantiis Veteris et Novi Teſtamenti et ſacrorum Canonum nec non et additionibus — excerpte. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1520.) Fol.

Eodem anno duae prodierunt Bibliorum editiones Lugduni impenſis *Kobergeri*, prima ex officina *Marionis*, quae decimo nono menſis Auguſti, et ſecunda ex officina *Iacobi Sacon*, quae die duodecimo menſis Decembris e praelo exiit [a]).

[IX] * Biblia cum concordantiis veteris et noui teſtamenti et ſacrorum canonum: nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quattuor evangeliorum. Noviſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Joſephi de antiquitatibus et bello iudaico excerpte. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1521.) fol. [b]).

[Titulus arborem repraeſentat, cum ſuſpenſis armis typographi, nimirum tribus liliis et Leone. Ad calcem operis: „Biblia cum concordantiis veteris et novi Teſtamenti nec non et juris canonici, ac de diverſitatibus textuum, canonibusque evangeliorum, ac quibusdam temporum incidentibus in „margine poſitis: ſtudioſiſſime reuiſa, correcta et emendata, et ad inſtar correctiſſimorum exemplarium, tam antiquorum quam novorum incontrata, comparata et collata. Accedunt ad hec ex viginti de antiquitatibus et iudeorum bello Joſephi libris exhauſte autoritates, quas utriusque iuris profeſſor dominus „Johannes de Gradibus concordantibus congruisque appoſuit locis. Impreſſa autem Lugduni per M. Iacobum Sacon. Expenſis notabilis viri Antonii Koberger Nurenbergenſis. Feliciter explicit. Anno noſtre ſalutis. 1521. Nono „Cal. Auguſti que eſt 24. Iulii. Spes boni verus amor.„ In hac editione nihil eſt immutatum, nihil de novo additum, ſed omnia ex praecedenti recuſa ſunt [c]).

[X] * Biblia cum concordantiis veteris et novi Teſtamenti et ſacrorum canonum: nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quatuor evangeliorum. Noviſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Joſephi de antiquitatibus et bello iudaico excerpte. (Lugduni per Iacobum Sacon. 1522.) fol. [d]).

[Auctor noſter recenſioni editionis anni 1521. ſequentia ſubjungit: „Biblia Latina eadem in fol. Lugduni. Iac. Sacon. Stephan Gueynard. Joan „Moglin. 1522.„ Verum ſolus *Sacon* expenſis *Coburgeri* hanc editionem exſcripſit; uti ex epilogo apparet: — „Impreſſa autem Lugduni per M. Iacobum „Sacon. Expenſis notabilis viri Antonii Koberger Nurembergenſis. Feliciter „explicit Anno noſtrae ſalutis 1522. ad decimum quintum Kalend. Decemb.„ Accu-

a) Litterariſches Muſeum vol. 2. p. 299.
b) *Le Long* p. 255. col. 1. A.
c) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 13. *Riedereri* Nachrichten vol. 4 p. 378. *Widekindi* Verzeichnis p. 673. Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden vol. 1. p. 355. *Hirſchii* millenar. III. p. 21. Index Bibl. Wernigerod. p. 48.
d) *Le Long* p. 255. col. 1. A.

Accurate tum in titulo tum in reliquis omnibus cum editione anni 1521. conſentit. Utraque habet ad initium Veteris Teſtamenti, effigiem S. *Hieronymi* cum ſubjectis verſibus: *Fontibus e grecis* &c. Ultima haec eſt, quae ex *Saconi* typographia ſumtibus *Coburgeri* prodiit editio. Hujus viri nomen *Hagemannum* induxit, ut *Saconum* Norimbergam transplantaret, eumque ibidem artem ſuam exercere juberet. Paulo poſt vero Lugdunum Galliae in Lugdunum Batavorum transformavit, atque *Johannem de Gradibus* editorem Bibliorum anni 1521. fol. et 8. conſtituit. Simili modo et Iacobum Marſchallum e Gallia in Bataviam transduxit e).

§. LXXVII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia cum concordantiis veteris et novi teſtamenti et ſacrorum canonum: nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quatuor evangeliorum. Noviſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Joſephi de antiquitatibus et bello iudaico excerpte. (Lugduni per Johannem Marion 1520.) fol. f). Marion pro Koburgero.

[*Sacono* forte hoc anno expenſis *Antonii Coburgeri* Biblia ſacra exſcribere haud vacavit; *Johannes* itaque *Marion Saconi* anni 1519. editionem accurate ſervatis iisdem et in titulo et in opere ipſo figuris recudi fecit. Eadem in fronte apparet *Hieronymi* effigies et verſus in tabula ſuſpenſa:

Biblia que latiis tota redimita elementis &c.

Ad calcem Apocalypſeos leguntur verſus: *Fontibus e grecis* &c. cum ſequenti epilogo: „Biblia cum concordantiis veteris et novi teſtamenti: nec non et iuris „canonici: ac de diverſitatibus textuum: canonibusque evangeliorum; ac qui„busdam temporum incidentibus in margine poſitis: ſtudioſiſſime reuiſa: corre„cta et emendata: et ad inſtar correctiſſimorum exemplarium: tam antiquorum „quam novorum incontrata: comparata: et collata. Accedunt ad hec ex vi„ginti de antiquitatibus et iudeorum bello Joſephi libris exhauſte autoritates: „quas utriusque iuris profeſſor dominus Johannes de Gradibus concordantibus „congruisque appoſuit locis. Impreſſa autem Lugduni: per Joannem Marion. „Expenſis notabilis viri Antonii Koberger. Nurembergenſis Feliciter explicit. „Anno noſtre ſalutis Milleſimo quingenteſimo vigeſimo. Die vero decimo nono „menſis Auguſti g).„

e) *Knoebii* hiſt. crit Nachrichten p. 845. Index Biblior. Wernigerod p 48. *J. G. Hagemanni* Nachricht von den fürnehmſten Ueberſetzungen der h. Schrift p. 214. *J. M. Goezii* Verzeichnis p 107.

f) *Le Long* p. 254. col. 2. E.

g) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 9. Merkwürdigkeiten der königl Bibliothek zu Dresden vol. 1. p. 354. *Weislingeri* armamentar. cathol. p. 805.

§. LXXVIII.

Biblia Latina Lugduni.

[I] Marefchal. Biblia cum pleno apparatu ſummariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii numerique foliorum diſtinctione terſiſſime ac veriſſime impreſſa. Item ejusdem compendium per rithmos ſuccincte exaratum. (Lugduni per Iacobum Mareſchal 1510.) 8.

. Typis Gothicis nitide exſcripta editio ad *Saconi* 1506. aliasque ejusdem conditionis accurate formata. Habes hic ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortationem; impreſſoris et Bibliopolae inſtructionem; librorum ſacrorum diſtinctionem; quadruplex repertorium; de translatoribus biblie; de modis intelligendi ſcripturam ſacram; quae omnia in *Saconi* prima aliisque exſtant. In titulo legitur in libri commendationem hexaſtichon:

Emendata magis ſcaturit nunc Biblia tota &c.

Ad calcem operis: „Explicit Biblia diligentiſſime emendata: cum concordantiis: „non ſolum ejusdem: ſet et juris canonici: ſummariis omnium capitum: divi„ſionibus: quattuor repertoriis praepoſitis: numerique foliorum diſtinctione: „una cum compendiolo totius biblie per rythmos deſcripto, cumque vera nomi„num hebraicorum interpretatione. Impreſſa per Iacobum mareſchal. Anno „domini quingenteſimo decimo ſupra milleſimum 4. Calendas Augusti.„ Sequuntur nominum hebraicorum interpretationes, et denique „tota Biblia compendioſiſſime per rithmos deſcripta hoc (quem cernis) libello habetur per magiſtrum franciſcum gotthi ordinis minorum ſacre theologie profeſſorem.„ Carmen ipſum, de quo ſupra §. XVI. rationem reddidimus, a typographis ſequentibus temporibus ſaepius ſacris litteris annexum legitur [h]).

[II] * Biblia cum ſummariorum apparatu pleno, quadruplicique repertorio inſignita: cui ultra caſtigationem diligentiſſimam, et ſignanter in vocabulario dictionum hebraicarum, ubi pro maiori ſui parte erat mendoſa et vitioſa: addite ſunt marginales additiones, annales et gentis cujusque ſecundum ea tempora hiſtorias notantes: canonum quoque ad ſacram ſcripturam concordantia quas cruce adnotavimus. (Lugduni apud Iacobum Mareſchal. 1514.) 8. [i]).

[Ad calcem: „Explicit Biblia diligentiſſime emendata cum concordan„tiis non ſolum ejusdem: ſet et juris canonici: ſummariis omnium capitum: di„viſionibus: quatuor repertoriis praepoſitis: numerique foliorum diſtinctione: „una cum compendio totius biblie per rhytmos deſcripto cumque vera nominum „hebraicorum interpretatione e novo emendatorum. Lugduni in officina Iacobi „mareſchal. Anno domini decimo quarto ſupra milleſimum. Duodecimo Kal. „Aprilis.„ Recenſetur editio a Cl. *Goezio*, qui eam cum editione praecedenti anni 1510. accurate conſentire adfirmat. Fallitur vero V. Cl. haec enim editio priori eſt multo locupletior, et acceſſiones plures habet ex editione ſecunda *Alberti*

h) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Buchern vol. 8. p. 139.

i) *Le Long* p. 254. col. 1. E.

Digitized by Google

Alberti Caſtellani, et *Saconi* anni 1512. fol. In titulo libri proſtat hexaſtichon e priori editione, in iis vero quae ad calcem notata ſunt, in nota anni numerus *quingenteſimus* omiſſus eſt [k]).

* Biblia cum ſummariorum apparatu pleno, quadruplicique repertorio inſignita — quas cruce adnotavimus. (Lugduni apud Iacobum Mareſchal 1519.) 8. [l]). [III]

[Ad calcem: Explicit biblia — e novo emendatorum: Lugduni in of„ficina Iacobi Mareſchal. Anno domini decimo nono ſupra milleſimum. De„cimo ſeptimo Kalendas Novembris.„ Editio in omnibus praecedenti, quin et *Saconi* editioni anni 1515. 8. in paginarum numero conſentit [m]).

* Biblia Magna. Biblia cum concordantiis Veteris et novi Teſtamenti et ſacrorum Canonum, nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quatuor evangeliorum. Noviſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Joſephi de antiquitatibus, et bello judaico excerpte. (Lugduni per Iacobum Mareſchal 1519.) Fol. [n]). [IV]

[Editio major accurate repraeſentat editionem *Saconi* anni 1519. fol.

* Biblia Magna. Biblia cum concordantiis Veteris et novi Teſtamenti — et bello Iudaico excerpte. (Lugduni per Iacobum Mareſchal 1523.) fol. [o]). [V]

* Biblia Magna. Biblia cum concordantiis — (Lugduni per Iacobum Mareſchal 1525) Fol. [p]). [VI]

* Biblia Magna — Lugduni apud Iacobum Mareſchal 1526. Fol. [VII]
Eadem editio ac *Iacobi Theobaldi* Lugduni 1526. fol. [q]).

* Textus biblie. Biblia cum concordantiis Veteris et novi Teſtamenti et ſacrorum canonum: pleriſque quamvis brevibus ſummariis ad ſingula capita appoſitis: adjectoque quadruplici ad faciliorem inventionem repertorio: nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum ac etiam canonibus antiquis quatuor Evangeliorum infertis: diligentiſſimeque caſtigatis hebraicis dictionibus: que prius corruptiſſime erant: una cum totius biblie compendiolo per rithmos deſcripto: ſumma cum diligentia reviſa correcta atque emendata. (Lugduni per Iacobum Mareſchal 1526.) 8. [r]). [VIII]

[Ad

k) *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 126. *Weislingeri* armament. Cathol. p. 776.

l) *Le Long* p. 254. col. 2. E.

m) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 11. *Knoebii* hiſtoriſch critiſche Nachrichten p. 837. *Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 2. Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher p. 10. *Weislingeri* armament. cathol. p. 804.

n) *Le Long* p. 254. col. 2. E.

o) *Le Long* pag. 255. col. 1. B.

p) id. p. 255 col. 1. D. Conf. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 14. Index Biblior. Wernigerod. p. 49. *Engelii* biblioth. ſelect. p. 19.

q) *Le Long* p. 255. col. 1. C. Vid. §. LXXVI.

r) *Le Long* p. 255. col. 1. C.

[Ad calcem: „Fontibus ex Graecis &c. &c. Biblia cum concordan-„tiis — feliciter explicit. Lugduni. Impreſſa per Iacobum Mareſchal alias „Roland. Anno dni Milleſimo quingenteſimo viceſimo ſexto.„ Editio non, uti Cl. *Goezius* adſerit, omnibus praecedentibus abſimilis; ſed potius ab omnibus praecedentibus diſtinguenda; continet enim omnia, quae tum editionibus minoribus, tum majoribus inſerta leguntur, omnium itaque eſt locupletiſſima s).

[IX] * Biblia cum concordantiis veteris et novi Teſtamenti et ſacrorum canonum, nec non et additionibus in marginibus varietatis diverſorum textuum, ac etiam canonibus antiquis quatuor Evangeliorum. Noviſſime autem addite ſunt concordantie ex viginti libris Joſephi de antiquitatibus et bello judaico excerpte, que ſolerti cura nuperrime repurgata eſt et excuſa, in qua pluribus ſcatebat mendis. (Lugduni per Iacobum Mareſchal 1527.) fol. t).

[Auctor noſter hanc editionem pro eandem ac anni 1525. Verum iterata eſt editio, quae majores annorum 1519. et 1525. accurate repraeſentat u).

[X] * Biblia Bibliorum opus ſacroſanctum, Vulgatis quidem characteribus, ſed incredibili ſtudio diligentius ad primaevum receptae per Eccleſiam Romanam editiones candorem revocatum, adhibitis per omnia quam pluribus fide dignis exemplaribus nec praetermiſſis utriusque Teſtamenti Canonumque Concordantiis, ac fidelius quam ubivis impreſſum, et accurate caſtigatum cum exactiori Hebraeorum tabula ad capita et libros reddita cumque altero inſignium rerum totius operis Indice. Acceſſit etiam tertius Maccabaeorum liber noviſſime additus, quem priores impreſſiones non habebant. Quem praeterea modum in tam arduo negotio tenuerimus primus ſtatim quaternio patefacit. Lugduni 1532. Fol. x).

[Ad calcem Apocalypſeos: „Biblia ſacra utriusque Teſtamenti, juxta „veterem translationem, qua huc usque Latina utitur eccleſia, ex antiquiſſimis „et recentioribus exemplaribus diligentiſſime collatis fideliter reſtituta et excu-„ſa. Lugduni typis fideliſſimi calcographi Joannis Marſchal. Anno a partu „virginis 1532. menſe Auguſto.„ Si id quod titulus depraedicat, editor praeſtitiſſet, emaculatiſſimam et ad antiquiſſimos codices repurgatam haberemus editionem. Sed editor, qui anno ſuperiori ad *Stephani* primam novam formarat editionem, anno ſequenti titulo, qui de ſumma cura et Codicum collatione gloriatur, editionem antiquam, quam ſaepius jam emiſerat, iterum ſubdit. Praemittitur ordo, numerus, et nomina librorum Veteris teſtamenti ex Hebraeorum placitis, tabula librorum ſacrorum, una cum regiſtro Brunonis. In margine exhibentur loca parallela, et concordantiae Juris Canonici. Novo Teſtamento addi-

s) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 47. n. 199. Index Biblior. Wernigerod. p. 49. *Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 33. Bibliotheca Biblica Brunſvicenſ. p. 56.

t) *Le Long* p. 255. col. 1. D.

u) *Hirſchii* millenar. 4. p. 44. n. 564. Authographa Lutheri et Coaetan. tom. 1. p. 235.

x) *Le Long* p. 256. col. 1. A.

additae ſunt Tabulae Canonum *Euſebii*, ſeu *Ammonii*, et omnia atque ſingula antiquioribus ejusdem typographi reſpondent editionibus. Quid vero editor praeſtiterit ſequentia indicabunt. Primo addidit tertium Librum Maccabaeorum, ex editione *Rudelii*, ſecundo in antiquiorum interpretationum hebraicorum nominum locum, breviorem ſubſtituit, quae fortaſſis ejusdem eſt *Rudelii*, aut *Sebaſtiani Munſteri*, tertio nonnulla ſummaria ſeu capitum argumenta ex editione *Roberti Stephani* adſcripſit, eamque ob cauſam editio ipſa cenſura notata eſt y).

§. LXXIX.

Biblia Latina Baſileae.

Baſileenſis typographi *Johannis Frobenii* priores editiones in fine ſuperioris ſeculi et initio ſequentis emiſſas, ſupra §. LIV. indicavimus. Poſteriores ejusdem typographi ſunt duplicis generis: priores habent plenum apparatum, quem ab anno 1504. Bibliis addere conſvetum erat: poſteriores vero ad claſſem eorum referendae ſunt, quae a Proteſtantibus emiſſae ſunt. Illas itaque, quae a Lugdunenſibus recuſae datae ſunt, hic ſubjicimus. Accedunt denique editiones diverſorum typographorum, quae ad Frobenianas, et Lugdunenſes *Saconi* et *Marſchalli* formatae ſunt. **Frobenius.**

• Biblia cum pleno apparatu ſummariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii numerique foliorum diſtinctione Baſilee nuper impreſſa. (Baſileae per Johannem Froeben. 1509) fol. z). [1]

[In ipſa libri fronte apparet hic prima vice: *Matthie Sambucelli pro libri commendatione hexaſtichon:*

Emendata magis ſcaturit nunc biblia tota:
  Que fuit in nullo tempore viſa prius.
Qua loca Canonici concordant ſingula iuris:
  In ſumma caſus que tenet et capitum.
Qua legum veteriſque novi argumenta videntur:
  Omine felici quam Baſilea premit.

Quod Hexaſtichon *Saconus* editioni anni 1511. in fine aliquantulum immutatum praemiſit. Quadruplex repertorium, una cum impreſſoris et bibliopole inſtructione, hauſit ex editione *Saconi* prima, quorſum lectorem remittimus. Prima eſt editio, quae margini concordantias juris Canonici adſcripſit. Ad calcem operis tygographorum nomen et annus ſequentibus notatur verbis: „Explicit biblia diligentiſſime emendata cum concordantiis non ſolum ejusdem ſed et „iuris canonici. ſummariis omnium capitum, diviſionibus, quatuor repertoriis „prepoſitis, numerique foliorum diſtinctione, una cum vera nominum hebraicorum interpretatione: Impreſſa baſilee per preſtantiſſimos viros magiſtros Johannem petri de langendorff et Johannem froben de hammelburg. Anno Domini quingenteſimo nono ſupra milleſimum 8. Calendas ſeptembris.„ Editio nitida

y) Bibliotheca biblica Brunſwic. p. 58. Index Expurg. Sotomajoris p. 119.
z) Le Long p. 254. col. 1. B.

nitida typis Gothicis exſcripta; et plurium inprimis Lugdunenſium archetypa. Auctor noſter ad hunc annum editionem Baſileenſem recenſet, ſed ſine nomine editorum [a]).

[II] * Biblia cum pleno apparatu ſummariorum concordantiarum et quadruplicis repertorii ſive indicii numerique foliorum diſtinctione Baſilee nuper impreſſa. (Baſileae per Johannem Froben. 1514.) fol. [b]).

[Typis gothicis ſolus *Joh. Frobenius* praecedentem editionem accurate de verbo ad verbum recudi fecit. Ad calcem: „Explicit biblia diligentiſſime „emendata, cum concordantiis: veteris et novi inſtrumenti et iuris canonici, „ſummariis omnium capitum, diviſionibus: quattuor indicibus prepoſitis: nume„rique foliorum diſtinctione, una cum vera nominum hebraicorum interpreta„tione: Impreſſa Baſilee, per Johannem froben de hammelburg: Anno domini „quingenteſimo decimoquarto ſupra milleſimum ad Calendas iunias.„ Interpretationes iſtae ad calcem operis additae ſunt [c]).

§. LXXX.

Biblia Latina.

Cadomi. * Biblia Latina. Cadomi 1511. 4. [d]).

[Sine typographi nomine adpoſito, prodiiſſe editionem ſcribit *Weislingerus*, ſed editionem ex noſtro Auctore annunciavit, qui forte typographi nomen non in catalogo *Gallandi* invenit.

§. LXXXI.

Biblia Lat. Coloniae.

Birckmannus. * Biblia Latina. Coloniae et Antwerpiae, impenſis Franciſci Birckmanni 1526. III. Vol. 8. [e]).

§. LXXXII.

Biblia Lat. Lugduni.

Davoſt. [I] * Biblia Latina. Gothice. Lugduni, Claudii Davoſt, alias de Trojes 1505. fol. [f]).

[Editio procul dubio ad Pariſienſes cum pleno apparatu formata eſt.

de Benedictis. [II] * Biblia Latina. Lugduni Nicolai de Benedictis 1512. 4. [g]).

[Quoad externam formam accedit ad editionem Venetam anni 1511. 4.

* Bi-

a) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 10. *Knochii* hiſtor. crit. Nachrichten p. 815. Index Bibl. Wernigerod. p. 48. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 298. *Weislingeri* armament. cathol. p. 772.

b) *Le Long* p. 254. col. 1. E

c) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 100. Index Bibl. Wernigerod. p. 48. *Weislingerus* p. 776.

d) *Le Long* p. 254. col. 1. C. *Weislingeri* armament. cathol. p. 774.

e) *Le Long* p. 255. col. 1. C.

f) *Le Long* p. 254. col. 1. A. *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. part. 2. p. 174. *Weislingeri* armament. cathol. p. 761.

g) *Le Long* p. 254. col. 1. D. *Weislingerus* p. 774.

* Biblia Latina. Lugduni 1519. 4. [h]). [III]
[Editio ſecunda Nicolai de Benedictis.

* Biblia Latina. Lugduni 1517. fol. [i]). [IV]

§. LXXXIII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia Latina. Lugduni Joan. Moylin 1516. Vol. II. fol. [k]). [I] Moylin.

* Biblia magna. Ad laudem et gloriam ſanctiſſime trinitatis. Biblia cum concordantiis veteris et novi teſtamenti, et ſacrorum canonum: nec non et additione in marginibus varietatis diverſorum textuum, ac etiam canonibus antiquis quatuor evangeliorum inſertis: et accentu omnium vocabulorum difficilium ſignato: ſumma diligentia diviſa, correcta et nuperrime emendata. — Venduntur Lugduni: a Stephano Guenardi, alias Piret prope ſanctum Antonium (1520.) fol. [l]). [II]

[In fronte libri extant verſus ſatis noti: *Emendata magis* &c. Ad calcem vero verſus itidem notiſſimi: *Fontibus ex graecis* et denique: „Lugduni. „Impreſſum per Johannem Moylin, alias de Cambray. Impenſis honeſti viri Ste„phani Gueynard alias Pireti, ejusdem civitatis civis et Bibliopole. Anno a „nativitate domini Milleſimo quingenteſimo vigeſimo. Die vero tertio menſis „Decembris.„ Biblia grandiori charactere expreſſa ſunt: ſolamque habent *Alberti Caſtellani* emendationem, varias nimirum ab illo appoſitas in margine lectiones, absque concordantiis Juris Canonici et Antiquitatum Iudaicarum. Longe itaque aliis hujus temporis editionibus inferiora ſunt, quamvis critices adhibitum in emendando opere ſtudium admiratione dignum judicet Cl. *Goezius* [m]).

* Biblia Latina. Lugduni Joan. Moylin 1522. Fol. [n]). [III]

[Conjungit auctor noſter Biblia *Iacobi Sacon*, *Stephani Gueynard et Joan. Moylin*. Diſtinguenda vero ſunt priora a poſterioribus. *Iacobi* enim *Sacon* ſeorſim exiſtunt. Biblia vero *Gueynardi* et *Moylini* eadem ſunt; alter eſt Bibliopola, alter typographus.

§. LXXXIV.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia cum ſummariorum apparatu pleno, quadruplicique repertorio inſignita. Cui ultra caſtigationem diligentiſſimam, et ſignanter in vocabulario dictionum hebraicarum, ubi pro majori ſui parte erat mendoſa et vitioſa: addite ſunt marginales additiones, annales et gentis cujusque ſecundum ea tempora hiſtorias notantes: canonum quoque ad ſacram ſcripturam concordan- [I] de Villiers.

h) *Le Long* p. 254. col. 2. E.

i) *Le Long* p. 254. col. 2. D. *Weislingerus* p. 803.

k) *Le Long* p. 254. col. 2. A. *Weislingerus* p. 784.

l) *Le Long* p. 254. col. 2. E.

m) Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 106. Index Biblior. Wernigerod. p. 48. *Weislingerus* p. 805.

n) *Le Long* p. 255. col. 1. A.

cordantie, que cruce annotavimus. (Lugduni per Gilbertum de Villiers 1524.) 8. o).

[Auctor noſter editionis Lugdunenſis hujus anni in octava forma meminit, ſuppreſſo tamen typographi nomine, quem *Villieris* eſſe cenſimus. Accurate reſpondet editioni *Mareſchalli* Lugdunenſi anni 1519. §. LXXVIII. n. 3. In commendationem hujus editionis hexaſtichon in fronte legitur:

Emendata magis ſcaturit nunc biblia tota &c.

Sequitur ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortatio; diviſio librorum ſacrorum in quatuor claſſes, quadruplex repertorium, et reliqua omnia, quae ſupra enarravimus. Ad calcem legitur: „Explicit Biblia diligentiſſime emendata cum concordantiis non ſolum ejusdem, ſed et juris canonici: ſummariis omnium capitum diviſionibus: quatuor repertoriis praepoſitis: numerique foliorum diſtinctione: una cum compendiolo totius biblie per rythmos deſcripto cumque vera nominum hebraicorum interpretatione denuo emendatorum. Lugduni in officina Gilberti de Villiers. Anno dni 1524. decima Sexta Novembris." Interpretationes nominum hebraicorum et *Franciſci Gotthi* compendiolum ſacrae ſcripturae, ad calcem ſunt adjecta.

[II] **Biblia cum ſummariorum apparatu pleno, quadruplicique repertorio, — quas cruce annotavimus. (Lugduni per Gilbertum de Villiers 1525.) 8.**

Iterata praecedentis editio, priori in omnibus et ſingulis accurate reſpondens. Ad calcem eadem leguntur: „Explicit biblia diligentiſſime emendata cum concordantiis — cumque vera nominum hebraicorum interpretatione denuo emendatorum. Lugduni in officina Gilberti de Villiers Anno dni 1525. decima ſexta Novembris." Editionem hanc nec Maittaire nec auctor noſter cognitam habent p).

§. LXXXV.

Theobaldi. *** Biblia Latina. Lugduni, Joh. Theobaldi 1526. Fol. q).**

[Secundum Auctorem noſtrum *Theobaldus* eſt typographus, qui pro *Marſchallo* Biblia impreſſit. Duae ſunt *Marſchalli* editiones; altera in forma magna, altera in forma octava, poſterior certe ex officina *Marſchalli* prodiit. §. LXXVIII. n. 7. et 8.

§. LXXXVI.

Biblia Latina Lugduni.

[I] Criſpini. *** Biblia Latina emendata per Joan. de Gradibus, Lugduni Joan. Criſpini 1527. fol. r).** ♣

[Haec

o) *Le Long* p. 255. col. 1. B. Catalog. Biblioth. Süſmilchii p. 12. n. 88. Autographa Lutheri et coaetan. tom. 1. p. 197.

p) Specimen II. Supplementorum ad Mich. Maittaire annales typogr. in Berliniſche Biblioth. vol 3 p. 428.

q) *Le Long* p. 255. col. 1. C.

r) *Le Long* p. 255. col. 1. D.

[Haec ſunt quae auctor noſter de prima *Joannis Criſpini* Bibliorum editione annotavit, quae quamvis aperte falſa ſint, nobis tamen, quae qualisve ſit editio, oſtendunt. Nulla unquam edidit aut emendavit *Johannes de Gradibus* Biblia Latina, ſed e *Joſephi* Libris antiquitatum er de bello Judaico concordantias ad illuſtranda loca biblica ſacro textui addidit. Concordantias iſtas jam in *Saconi* et *Mareſchalli* editionibus invenimus; cum quibus haec *Criſpini* conſentit. Idem Typographus anno 1536. ſacra Biblia iterum edidit, non vero hanc antiquiorem, ſed *Roberti Stephani* editionem exſcripſit: proſtant vero duae aliae editiones, quas hic ſubjiciendas duximus.

* Biblia. Concordantiae in eadem — Annotationes ex ſacris ſcriptoribus ſumptae et ſuis quaeque locis oppoſitae. Interpretationes nominum Hebraicorum. Indices copioſiſſimi et plura alia. Lugduni ex officina Typographica Joannes Criſpini M. D. XXIX. Fol. *s*). [II]

[Epilogus idem eſt ac in editionibus *Saconi*, ad quas haec formata eſt. In nomine typographi vero vitium typographicum latere videtur: Lugduni per *Joh. Creſpin.*

* Biblia cum concordantiis — Lugduni apud Jacobum Giunti 1546. Fol. *t*). Giunti.

[Ad calcem poſt Apocalypſin notatur: *Per relictam Joannis Criſpini.* Diſtinguenda eſt haec editio a reliquis, quae *Giuntae* et Viduae *Criſpini* nomen oſtendunt, et tempore prodiere, quo typographiae formandis ad Stephanianas editiones ſacris Bibliis fere omnes occupatae erant. Referenda vero eſt ad ſuperiores jam recenſitas. Quinque ante Geneſin praecedunt tabulae ſeu repertoria, in quorum numero quartum eſt *Brunonis* regiſtrum. Accedunt reliqua: Ad divinarum verarumque divitiarum amatores exhortatio; translatores biblie; modi intelligendi ſcripturam. Novo Teſtamento praemittuntur fol. 208. *Euſebii* Canones cum ejusdem prologo. Ad calcem verſus: *Emendata magis* &c. additi ſunt. Interpretatio nominum hebraicorum eadem eſt, quae in *Saconi* editionibus deprehenditur. Quibus vero rationibus excitatus ſit *Iacobus Giunta*, ut anno 1546. iterum Biblia cum antiquo et tunc temporis jam obſoleto apparatu expoſuerit, definire haud audemus. Prodiit hoc anno impenſis *Iacobi Giuntae* typis *Theobaldi Pagani* editio in forma magna. Fortaſſis viduae *Criſpini* exemplaria anni 1527. nonnulla ſuperfuere, quae novo ſub rubro hoc anno expoſita ſunt.

§. LXXXII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblie ſacre Textus. Lugduni apud Jacobum Myt. 1531. fol. *u*). Myt.

 §. LXXXIII.

s) *Le Long* p. 255. col. 2. E.
t) Biblia fol. Lugduni apud Viduam Criſpini, ſub inſigni ſalamandri. 1546. *Le Long* p. 280. col 2. B.
u) *Le Long* p. 256. col. 1. B. Index Biblior. Wernigerod. p. 50.

§. LXXXVIII.

Biblia Latina Lugduni.

Cambray. * Biblie textus. Hoc opere inſunt &c. Lugduni apud Joh. de Cambray. 1533. fol. x).

§. LXXXIX.

Biblia Latina Rothomagii.

Olivier. * Biblia Latina. Rothomagi. Petri Olivier 1511. fol. y).

§. XC.

Biblia Latina Venetiis.

[I] Iuntae. * Biblia Latina. Venetiis apud Iuntas 1506. fol. z).

[Duas Bibliorum editiones conjungit Auctor noſter: „Biblia cum pleno apparatu terſiſſime et nitidiſſime impreſſa. Ad calcem: Hoc opus per praeſtantiſſimum S. Theologiae Profeſſorem Albertum Caſtellanum emendatum atque impreſſum characteribus venetis. in folio. Lugduni per Iacobum Sacon 1506. In fol. Venetiis apud Iuntas 1506.„ Prior editio Lugdunenſis certo exſtat, §. LXXV. n. 1. Poſteriorem vero apud Iuntas anxie et in ipſa Italia quaeſivimus, ſed ubivis fruſtra, ita ut de exiſtentia ejus nobis dubitandum ſit. Quare vero id fiat, et cur editionem a multis ſcriptoribus celebratam, inter ſuſpectas et maxime incertas collocemus, exponendum eſt. Auctor noſter provocat ad Bibliothecam Tellerianam, quae jam eſt Abbatiae S. Genovefae, eamque et St. *Galli* in Helvetia adſervari adfirmat. Verum dum in indice chronologico editionem Venetam recenſet, Lugdunenſem omittit, adeoque ſibi non conſtat. Ipſa vero editio Lugdunenſis *Saconi* externam habet formam, quae facile intuentem, ut illam *Iuntis* adſignet, inducere poteſt. Iuntarum enim Lilium colore rubro expreſſum primo intuitui ſeſe ſiſtit. Sic et *Sacon* characteribus Venetis ſe ſacra Biblia exſcripſiſſe adfirmat, ſed Lugduni hoc factum eſſe, caute non indicat, et nomen urbis ab epilogo plane abeſt. Quae omnia ita comparata ſunt, ut, qui accurate *Saconi* ejusque officinae Lugdunenſis meminit: Venetarum ſe habere Iuntarum editionem ſibi perſvadeat.

[II] * Biblia Latina per Albertum Caſtellanum 1511. 4. zz).

[Apud *Lucam Antonium de Giunta*, *Albertum Caſtellanum* Biblia ſacra emendatiora edidiſſe, referunt auctores Lexici Eruditorum: ſed quae prima ſit, quae *Caſtellani* habeat emendationes, indagare hactenus non potuimus. Antiquiſſima quae nobis obvenit, eſt Pariſienſis anni 1504. Ex quo itaque editionem anni 1511. non primam eſſe, ſi *Caſtellanus* ipſe Biblia emendatiora evulgavit, ſua ſponte ſequitur.

* Biblia

x) *Le Long* p. 256. col. 1. A. Index Biblior. Wernigerod. p. 50.

y) *Le Long* p. 254. col. 1. C. *Weislingeri* armament. cathol. p. 773.

z) *Le Long* p. 254. col. 1. A. *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. part. 1. p. 175. *Weislingeri* armamentar. Cathol. p. 761.

zz) *Le Long* p. 254. col. 1. C. *Weislingerus* p. 774.

Digitized by Google

* Biblia cum concordantiis Veteris et Novi Teſtamenti et ſacrorum canonum: pleniſque quamvis brevibus ſummariis ad ſingula capita appoſitis; adjectoque quadruplici ad faciliorem inventionem repertorio: nec non additione in marginibus varietatis diverſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quatuor Evangeliorum inſertis: diligentiſſime caſtigatis hebraicis dictionibus que prius corruptiſſime erant: adſcriptis etiam marginibus additionibus annales et gentis cujusque ſecundum ea tempora hiſtorias indicantibus: una cum totius biblie compendiolo per rhithmos deſcripto. Summa cum diligentia reviſa correcta et emendata. (Venetiis apud Iuntas 1519.) 8. [a]). [III]

[In fine Apocalypſeos additi ſunt verſus: *Fontibus ex graecis* &c. quos ſequitur epilogus: „Biblia cum concordantiis Veteris Teſtamenti nec non juris „canonici: ac diverſitatibus textuum: canonibusque evangeliorum ac quibus„dam temporum incidentibus in margine poſitis et accentu ſingularum dictionum „per venerabilem patrem, fratrem Albertum Caſtellanum, venetum ordinis „predicatorum ſtudioſiſſime reuiſa correcta emendata, et ad inſtar correctiſſi„morum exemplarium tam antiquorum quam novorum incontrata comparata et „collata feliciter explicit. Venetiis mandato et expenſis nobilis viri Luce An„tonii de giunta Florentini diligenter impreſſa anno domini 1519. die 15. men„ſis Octobris. Laus Deo.„ Editio in omnibus reſpondet iis, quae *Sacon* exſcripſit. Textus figuris ligno inciſis ornatus eſt, quae eaedem ſunt, quae in *Saconi* editionibus cernuntur. Quapropter haec Biblia non Venetiis ſed revera Lugduni expreſſa credimus.

§. XCI.

Secunda periodus.

Secundum dum ſtatuimus Bibliorum ſacrorum editionum periodum, minime temporis rationem nos habere poſſe, eſt in aprico. In praecedenti enim tractatione jam usque ad annum 1560. deſcendimus, quo anno ultima Iacobi *Kerveri* prodiit editio, quae quamvis plures poſt *Hentenii* editiones annos prodierit, ad praecedentem tamen periodum referenda eſt, quia ad illos, quae tertio ſeculi decennio invaluerunt, formata erat. Dum itaque novam ordimur editionum periodum, ad internam illarum conditionem reſpicimus, et illas hic in cenſum vocamus editiones, quarum textus ſingulari ſtudio emendatior redditus eſt. Multi viri praeſtantiſſimi operam ſtudiumque in eo collocarunt, ut Verſionis Latinae textum ad antiquiſſimos et optimos revocarent codices, textumque emaculatiorem et a variis recentiorum temporum aberrationibus liberatum emitterent. Verum non omnibus, ut emendationes communi exciperentur applauſu, eventus conatibus reſpondit; editiones- Periodus ſecunda.

a) *Le Long* p. 254. col. 2. E.

b) *Riedereri* Nachrichten zur Kirchen-Gelehrten- und Büchergeſchichte vol. 3. p. 258. *Weislingerus* p. 804.

tioneſque nonnullae, multo ſtudio et cura elaboratae, vix qui illas iterum excuſas redderent, invenerunt, cum aliae integram ducant familiam, numeroſamque habeant poſteritatem.

§. XCII.

Biblia Complutenſia.

Compluti. * Biblia Latina emendata per varios Theologos Hiſpanos. Compluti 1517. Fol.

V. Biblia Polyglotta Complutenſia.

Codices Complutenſes innumeris locis veterem lectionem immutarunt, non ex aliorum exemplarium collatione, id enim diſſimulari poterat, ſed ex Hebraicis et Graecis fontibus, tametſi in Bibliis edendis Cardinalis Hiſpaniae prudentiſſimi acceſſit auctoritas [c]).

In hoc doctiſſimum Cardinalem Ximenium laudo (inquit Rich. Simon) [d]), quod latinam editionem, quae tunc innumeris mendis ſcatebat, in multis repurgavit. Verum iſta caſtigatio non ubique feliciter ei ſucceſſit, iis praeſertim in locis, ubi contextus Hebraici verbis preſſius haerens, Latinum Interpretem ex illo ſolum et absque Latinorum codicum ope correxit, lapſus ſimiliter in reformandis interdum ad Hebraica Graecorum Interpretum exemplaribus, etſi palam teſtetur, ſe non vulgaria, ſeu temere oblata exemplaria ſequutum fuiſſe, ſed vetuſtiſſima ſimul et emendatiſſima.

Sub initiis fere typographiae (ait Millius) [e]) Textus Latini (Vulgatae Verſionis N. T.) vitia bene multa abſterſere primi Editores. In aliis mox editionibus adjecere inſuper ad oram variantes quasdam lectiones ſuorum codicum. Tandem vero Franciſcus Ximenius Cardinalis, inſtituta complurium melioris notae MSS. librorum diligenti collatione, translationem Veterem multo quam antea puriorem et correctiorem emiſit [f]).

[Quae quamvis vera ſint, et Theologi Hiſpani, quantum fieri potuerit, de ſinceritate textus latini reſtituenda ſolertiſſimi fuerint, tamen in Eccleſia Romana opus Polyglottum adeo neglectum eſt, ut ſi a Polyglottis diſceſſeris, qui Textum a Complutenſibus repurgatum iterum ederet, inventus ſit nemo. Proteſtantes vero benignius de Complutenſium labore judicantes, textum Latinum ex opere Complutenſi. Nurembergae exſcribi curarunt per *Joannem Petraeum* 1527. 8. [g]).

§. XCIII.

Editiones iteratae.

[I] Antwerpiae. * Biblia Latina accurante Aria Montano. Antwerpiae 1572. Fol.

V. Biblia Polyglotta Antwerpienſia [h]).

[Editioni praecedenti jungenda eſt editio Vulgatae verſionis in opere Regio. *Arias Montanus* enim Complutenſe opus recudi fecit. Verum uti in ipſo

c) *Joan. Mariana* tract. pro editione Vulgata cap. 24.

d) Cap. 27. Diſquiſit. crit. de variis Bibliorum editionibus p. 215.

e) Prolegom. in N. T. Gr. p. 107.

f) *Le Long* p. 254. col. 2. A.

g) Conf Part. I. cap III. §. II.

h) *Le Long* p. 263. col. 1. A.

ipſo opere varia mutavit, addidit, correxit, ſic et Verſionem Latinam, ut emendatiorem correctioremque redderet, multo ſtudio allaboravit [i]).

* Biblia Latina juxta editionem Bibliorum Regiorum. Pariſiis 1645. Fol. [II] Pariſiis.

V. Biblia Polyglotta Pariſienſia [k]).

[Ad praecedentem Antwerpienſem ſine ulla mutatione aut emendatione expreſſa eſt Latina verſio. Aliis Polyglottis inſerta quidem legitur Vulgata Verſio, ſed quia ab Editoribus Proteſtantium ſacris addictis procurata ſunt, cum Auctore noſtro ejusmodi editiones infra recenſebimus [l]).

§. XCIV.

Biblia Latina Pariſiis.

* Biblia Latina. Pariſiis Simonis Colinaei 1525. V. Vol. 16. [m]). [I] Colinaeus.

[Ita auctor noſter. Verum non uno eodemque anno quinque prodiere volumina, ſed diverſis temporibus. „Vetus Teſtamentum Latine: ſcilicet Pen„tateuchus, Ioſue, libri Iudicum, Ruth: Pariſiis in officina Sim. Colinaei „1525.„ Libri Regum usque ad librum Iob. Pariſiis 1526. Libri Prophetarum et Machabaeorum. Pariſiis 1524. Tria iſta volumina *Colinaeus* edidit. Addidit porro, ut Biblia integra in minori forma extarent, Novum Teſtamentum anno 1528. Integrumque opus non quinque ſed quatuor tantummodo conſtat voluminibus. Recenſet *Riederus* fragmentum quoddam editionis Bibliorum latinorum, quod Prophetarum ſcripta et libros Macchabaeorum continet, bipartitum; cujus pars prior inſcribitur: *ſequuntur libri Prophetarum et primo de Eſaia* pp. 223. poſterior vero: *Incipit liber Ione Prophete* pp. 95. cum prologis Hieronymi et Caſibus Summariis, quod ad hanc *Colinaei* editionem pertinere videtur. Idem eſt eruditus Typographus, cui editionem Novi Teſtamenti graeci praeſtantiſſimam et rariſſimam debemus [n]).

Vetus Teſtamentum Latine. Pariſiis in officina Simonis Colinaei. 1532. 12. [II]

Pari modo uti praecedenti tempore, per partes codicem ſacrum recudi fecit idem *Colinaeus*. Pentateuchum usque ad Librum Ruth edidit 1532. Libros Regum usque ad Librum Iobi 1534. Libros Prophetarum et Macchabaeorum 1531. Novum vero Teſtamentum eodem anno 1531. praelo iterum ſubmiſit [o]).

* Biblia

i) Conf. Part. I. cap. III. §. III.
k) *Le Long* p. 271. col. 2. E.
l) Conf. Part. I. cap. III. §. IV.
m) *Le Long* p. 255. col. 2. B.
n) Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 15. *Riedereri* Nachrichten vol. 2. p. 32. Conf. ſupra Part. I. Cap. II. Sect. I. §. XXVII. *Engeli* biblioth. ſelect. p. 19.
o) Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 15. *S. Engeli* biblioth. ſelect. p. 19. ubi primus editionis tomus ad annum 1531. remittitur.

Digitized by Google

[III] * Biblia Latina. Pariſiis 1529. 24. VI. Vol. p).

[Nullum auctor noſter Typographi addit nomen, *Colinaeo* vero et hanc editionem tribuendam eſſe judicamus, quippe qui tam minori forma alio tempore ſacra edidit Biblia.

[IV] * Biblia Latina. Pariſiis Simonis Colinaei 1539. 1540. VIII. Vol. 16. q).

§. XCV.

Biblia Latina Rudelii Coloniae.

[I] Quentel. * Biblia ſacra utriusque Teſtamenti, juxta Hebraicam et Graecam veritatem, vetuſtiſſimorumque ac emendatiſſimorum codicum fidem diligentiſſime recognita. Poſitis ſuis locis (ubi opus videbatur) figuris quibusdam. Additis quoque ad ſingula capita ſingulis argumentis, hactenus non viſis, ſtudioſis haud dubie brevitate ſua placituris. Adeſt index rerum biblicarum, una cum Hebraicarum vocum dictionario. Haec omnia nova. Quibus tertius Machabaeorum liber pauciſſimis cognitus jam recens acceſſit. O Foelix Colonia 1527. Coloniae Petrus Quentel excudeb. A. MCCCCCXXVII. Fol. r).

[Celebratiſſima inter eruditos editio, quae magnam familiam editionum ducit, ipſa vero ex editione Eccleſiae Romanae quam maxime ſuſpecta originem traxit. Editor ejus eſt *Johannes Rudelius*, poſtea Syndicus Lubecenſis, qui tum in libri fronte, tum in praefatione ſibi ipſi omnia tribuit, quae tamen aliunde hauſit. In Epiſtola nuncupatoria Coſſ. Francofurdinae urbis ac ejus Senatoribus inſcripta, de iis, quae praeſtiterit, ipſe praedicat: „Quadriennium jam „agitur — ex quo munificentia veſtra — me in ſuum ſuſcepit alumnum, meaque ſtudia fovere non deſtitit — ut nulla apud veſtram amplitudinem ſuſceptae de me ſpei incerta habeatur opinio, volui nunc tandem — meis teſtari „vigiliis — Is enim quicum Coloniae habito Petrus Quentel Chalcographus induxit nuper in animum excudere Biblia: ſciebat — quantum illorum exemplaria diverſis tum temporibus tum locis excuſa et in reipublicae chriſtianae „perniciem depravata forent, quantumque etiam inter ſe et vetuſtiora a recentioribus, et Latina a Graecis ac Hebraicis voluminibus variarent. Ita ut in „Hebraeis et Graecis quaedam plus, quaedam minus haberentur — cepit ea „de re doctiſſimorum conſilia. Quorum hoc potiſſimum fuit, ut Vulgata — „cum antiquiſſimis Exemplaribus Latinis — item cum Graecis et Hebraicis conferretur voluminibus, ut inter ſe diſcrepantia obelis et aſteriſcis aliisque ſignis „lectori — indicarentur. Hoc conſilium ſecutus conquiſivit undique vetuſtiſſimos emendatiſſimosque libros. Deinde mihi negotium dedit, ut conferrem „illos cum Vulgata. Qua in re doctiorem habere potuiſſet, at diligentiorem „fideliorenque neminem. Ita rem — ſum aggreſſus, ut ne unam quidem literam — immutarim, cujus non ſit ratio addita, vel quod deſyderaretur, vel „in Hebraeis abundet, ſicut indicabunt meae marginariae annotationes. — „Colo-

p) *Le Long* p. 255. col. 2. E. q) *Le Long* p. 257. col. 2. D.
r) *Le Long* p. 255. col. 1. D.

„Coloniae. a. 1527. VI. id. April.„ Singula diſtinctius in praefatione explicantur: „Habes hic Lector S. Biblia utriusque inſtrumenti emendatiſſima ſuae „— reſtituta integritati. Illa omnia quibus tam Graeci quam Hebraei plus „noſtris abundant, gratiori a nobis charactere excuſa — deficientia vero illis „aſteriſcis annotata. In N. T. ſtellulae concordantias deſignant Evangeliſtarum, „ſigna vero haec duo [ ] ſententiam, quam complectuntur ſoli illi Evangeliſta-„rum, apud quem ſunt, peculiarem eſſe — multa alia notatu digniſſima, quae „ab aliis deſiderantur, in hoc opere a nobis diligenter elaborato conſpicies.„ Praefationem ſequitur ordo et diviſio librorum Veteris et Novi Teſtamenti in claſſes, ex antiquioribus editionibus. De novo vero in locum repertorii ſeu Indicis *Brunonis.* ſucceſſit Index illuſtrium Virorum, Locorum, Geſtorum, Memorabilium; inſerti loci theologici, de quibus hodie controvertitur, et quibus ſcripturis ſingulae vel adfirmentur vel refellantur, per *Johannem Rudelium* fideliter adnotatur. *Hieronymi* prologi ſingulis libris additi ſunt; ante Epiſtolam ad Romanos extat prologus ab editore ex diverſis S. Doctoribus collectus, et ante Apocalypſin *Gilberti Pictavienſis* prologus, quam in Bibliis cum gloſſa ordinaria et interlineari ſine die et conſule editis, obſervavimus. Ad calcem Novi Teſtamenti exhibetur Index Epiſtolarum et Evangeliorum, juxta conſvetudinem Eccleſiae Pariſienſis et Romanae, et interpretationes nominum hebraicorum, non illae antiquiores, quibus praecedentes onerantur editiones, ſed de novo a *Petro Ubbelio* Wormacienſi elaboratae, in quibus haud raro falſa aut inepta antiquior explicatio notatur. Ad concordantias ſecundum Canones Euſebianos accedunt argumenta ſingulorum capitum, loca parallela et figurae aeri inciſae. Haec ſunt, quae de ipſa editione notanda veniunt. Jam vero, quid ipſe *Rudelius* elaboravit, quidve aliunde ſuppreſſo tamen vero auctoris nomine hauſerit, diſtinctius exponendum eſt. Quod ad ſacrum textum ejusque emendationes attinet, *Rudelio* parum tribuendum eſt; recudi enim tantummodo fecit Biblia Latina ab *Andrea Oſiandro* Norimbergae 1522. et 1523. emiſſa: cujus et annotationes marginales ſervavit, immutato tamen externo ordine, ut quaedam, quae *Oſiander* in textum recepit, ad marginem rejecerit, et alia ex margine in textum receperit. Canones Euſebii et concordantiae ex eadem mutuo ſumtae ſunt editione, et capitum argumenta in Noribergenſi anni 1527. jam leguntur. Index vero illuſtrium virorum &c. et in Epiſtolam ad Romanos prologus, *Rudelio* tribuendus eſt, qui et omnium primo tertium Machabaeorum librum ſuae addidit editioni. Studioſe vero editor *Oſiandri* nomen occultavit, ſeque ſingula ſtudioſe elaboraſſe venditavit, ne bilem Romanorum contra ſeſe excitaret. Interim multa hic veritatis Evangelicae agnitae veſtigia extare, non mirum videbitur. Prodiit editio ſub *Hermanno de Wida* Archiepiſcopo Colonienſi veritati Evangelicae apprime favente. Cum vero ejus ſucceſſores eandem veritatem graviſſime perſequuti ſunt, editionem hancce ſuppreſſam eſſe autumat *Bunemannus* et poſt eum *D. Clement*, eamque ob cauſam hanc editionem tum raram eſſe cenſet, ut auctori noſtro, *Maittairio*, *Palmio* aliisque plane ignota ſit. Verum auctori noſtra non ignota fuit, quamvis paucis quidem verbis illam indigitet: *Biblia Latina in fol.*

 Coloniae

Coloniae 1527. Nec ſuppreſſam editionem credimus, tum quia *Coloniae* mox recuſa data eſt, tum quia permultae ex editionibus Colonienſibus derivatae editiones in publicam prodiere [s]).

[II] * Biblia integra Veteris et novi Teſtamenti, non ſolum ad Hebraicam veritatem, verum etiam ad vetuſtiſſimorum ac emendatiſſimorum utriusque linguae codicum fidem, multo quam antehac diligentius recognita, una cum ſingulorum capitum argumentis, Euſebii tabulis et marginalibus annotationibus, juxta Hebraeorum maxime lectionem, plus mille nunc locis locupletata. Adeſt et luculentiſſimus rerum hic ferme omnium contentarum index, cum praeclaro Hebraicarum vocum dictionario Coloniae Anno M.D.XXIX. Menſe ſeptembri. Fol.

Cum in Bibliothecis Pariſienſibus horum exemplar non invenerim, ex ejus praefatione aliquid, quo methodus editoris exhiberetur, excerpere non licuit [t]).

[Si praefationi fides habenda eſſet, editio priori eſſet longe praeſtantior. Sic enim in praefatione: „Conſuluimus hac in re viros eruditiſſimos, viros inquam naris emunctiſſimae, acerrimique judicii, inter quos Petrus Ubelius a Wormer Bathavus, Hebraice ſtudioſiſſimus, plus (crede nobis) bis mille locis veterem hinc inde correxit textum, non eum immutando, aut in eo quicquam delendo, ſed juxta Hebraicam ſolum veritatem, cuncta marginibus adſignando, ita etiam, ut ex divite ejus penu, citra laborioſam arationem, citraque (ſi ita libet,) ſementem deſideratâ tibi jam diu proveniſſe concedas. — Coloniae ex aedibus Quentelianis. Anno a natali Chriſti ſupra ſesqui milleſimum XXIX. Menſe ſeptembri.„ Verum, ſi dicendum quod res eſt, haec omnia tantum eum in finem dicta ſunt, emtores ut allicerentur, ipſique editioni iteratae major conciliaretur fama. Nihil enim hic eſt immutatum, nihil de novo additum aut emendatum, ſed omnia et ſingula e priori editione accurate recuſa ſunt [u]).

§. XCVI.

Biblia Latina Coloniae Hittorpii.

Cervicorni. * Biblia juxta divi Hieronymi ſtridonenſis tralationem, poſt multas hactenus editiones non modo ad Hebraeorum Graecorumque fontem verum etiam multorum vetuſtiſſimorum codicum Latinorum conſenſum accuratiſſime caſtigata, ea quidem fide et diligentia, ut illa D. Hieronymi editio in hac plane renata videri poſſit. Confer, judica et fruere. Adjecta Chronographia ex Euſebio aliisque nonnullis veterum monumentis ſelecta, ſumma bre-

s) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 108. *Widekindi* Verzeichnis p. 574 Bibliotheca Biblica Brunſvicenſis p. 56. n 68. *Aug. Beyeri* arcana Biblioth. Dresdenſ. p. 83. *Joh. Jac. Bauri* biblioth. libror. rar. p. 93. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſammlung p. 109. *M. G. W. Panzeri* Geſchichte der nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel p. 98.

t) *Le Long* p. 255. col. 2. E.

u) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 299. *Joſephi Hartzheimii* bibliotheca Colonienſis p. 37.

brevitate complectens annos a mundi exordio usque ad Chriſti nativitatem. Coloniae ex officina Eucharii Ceruicorni Anno 1530. Fol. x).

[Ad calcem: „Coloniae apud Eucharium Cervicornum, procurante „M. Godefrido Hittorpio, cive et bibliopola Colonienſi. Anno poſt Chriſtum „natum M. D. XXX. decimo Calendas Aprileas, Adolpho Rincho, Arnoldo „Segenio COSS.„ Quid in hac editione praeſtitum ſit, ex praefatione patebit: „Curavimus itaque, ut ſingula quaeque, praeſertim ambiguae Lectiones ad „fidem vetuſtiſſimorum aliquot codicum diligenti examine expenderentur, rivu„los interim ad hebraicae et graecae linguae primordia tanquam ad fontem re„vocantes. Bonam hujus operis partem, nempe veteris inſtrumenti recognitio„nem in ſe ſuſcepit venerabilis vir Gobelinus Laridius, homo praeter ſacrarum „literarum peritiam, et vitae morumque integritatem, in hebraicis apprime do„ctus. Dignus profecto, qui ab omnibus ſacrarum literarum ſtudioſis impenſe „ametur, in quorum gratiam hanc potiſſimum provinciam ſuſcepit, et tandem „multo ſudore ad felicem exitum perduxit. Adjutus enim non minus quinde„cim utriusque linguae voluminibus, iisque vetuſtiſſimis, ac diligenti cura con„ſcriptis, ea induſtria, ea vigilantia, depravata quaeque reſtituit, ut priſca Hie„ronymi editio in hac renata videri poſſit, quod vel ſaltem in propriis hominum, „locorum, fluuiorumque nominibus (ut infinita alia praeteream) is advertet, „qui hebraici ſermonis vix prima etiamnum elementa guſtavit. Caeterum ne „quisquam temere judicet, candidum lectorem ſubinde admonitum velim, ana„gnoſten noſtrum non graece ſolum, quae LXX. eſt, non hebraice tantum ve„ritati ſeſe addixiſſe, ſed vulgatam D. Hieronymi editionem per omnia ſervaſſe, „immutaſſe ac reſtituiſſe ea tantum, in quibus vetuſta latina graecis, ſimulat„que hebraeis exemplaribus conſonarunt, contra vulgatam lectionem. Praete„rea eam quoque in plerisque modeſtiam ſervaſſe, ut nusquam non aliquid con„cedat conſuetudini eccleſiae.„ Chronographiam ex *Euſebio* aliisque compilavit *Franciſcus Parvus* Helſingorenſis Carmelita Colonienſis. Accedit Hebraearum et graecarum vocum interpretatio latina, et index locupletiſſimus moralis et hiſtoricus. Biblia ipſa typo gothico, appendices vero romano expreſſae ſunt y).

§. XCVII.

Editiones ſuſpectae.

* Biblia Latina cum concordantiis per Henricum Regium. Coloniae Melchior. Noveſiani 1535. 4. z). [1] Noveſiani.

[Editio maxime ſuſpecta. Edidit *Melchior Noveſianus* eodem anno Henrici Regii Biblia alphabetica in forma quarta, ſub titulo: „Biblia alphabetica „in hanc Enchiridii formulam, ea ratione redacta, ut ſub qualibet alphabetici „ordinis littera novi ac veteris inſtrumenti authoritates, etiam a monoſyllabis

x) *Le Long* p. 256. col. 1. B.
y) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 11. *Walchii* biblioth. exeget. p. 56. *Hartzheimii* biblioth. colon. p. 37.
z) *Le Long* p. 256. col. 2. C.

„et partibus indeclinabilibus initium ſumentes candidus lector prima fronte re„periat, additis nihilominus capitum locorumque citationibus. Opus ante hac „nuſquam excuſum, et majoribus, ut vocant concordantiis, longe cum locu„pletius tum perfectius per Venerandum Patrem Henricum Regium Paderbor„nenſem Guardianum Suerin. Provinciae Saxonicae S. Crucis pro Dei optimi „maximique honore recens elaboratum. Coloniae opera et impenſa Melchio„ris Noveſiani 1535. 4.„ Unde ſine dubio *Biblia cum Concordantiis per Henricum* Regium nata ſunt.

[II] Biblia integra Veteris et novi Teſtamenti non ſolum ad Hebraicam veritatem, verum etiam ad vetuſtiſſimorum ac emendatiſſimorum utriusque linguae codicum fidem multo quam antehac diligentius recognita, una cum ſingulorum capitum argumentis. Euſebii tabulis et marginalibus annotationibus juxta Hebraeorum maxime lectionem plus mille nunc locis locupletata. Adeſt luculentiſſimus rerum hic ferme omnium contentarum index, cum praeclaro Hebraicarum vocum Dictionario. Coloniae MDXXXIX. menſe Septembri. Fol.

Recenſet editionem *Hartzhemius*, eamque in Carthuſia Colonienſi extare aſſerit. Omnia atque ſingula in titulo cum editione anni MDXXIX. tam accurate conſentiunt, ut utraque Menſe Septembri finita fuiſſet, ſi duae eſſent diverſae editiones. Verum Harzheimius priorem ſilentio praetermiſit, et fortaſſis per errorem numerum MDXXIX. in numerum MDXXXIX. permutavit a).

§. XCVIII.

Editiones Stephanianae.

Stephanianae editiones.

Feliciori ſucceſſu rem illam, quam alii tentarant, aggreſſus eſt *Robertus Stephanus*, Typographus Regius Pariſienſis, ſimul eruditus et acri judicio pollens criticus, qui cum ipſi varii ad manus eſſent codices MSti, Interpretem veterem priſtinae integritati reſtituere, eumque ad antiquiſſimos revocare codices, ſibi religioni duxit. Multo labore in ſingula inquiſivit, codices ſtudioſe contulit, variantes lectiones notavit, atque ſic demum Biblia Latina edidit, quae plurium applauſu ſunt excepta, ſed et multorum cenſura notata, reprobata, quin et denique rejecta fuere. Initium fecit *Robertus Stephanus* edendo Novo Teſtamento Latino anno 1523. quod quid in poſterum ſperandum ſit, jam publice manifeſtavit. Acceſſit integri operis editio prima anno 1528., quam per errorem *Richardus Simon* ad annum 1522. remittit, quemque errorem recens nata verſio germanica accurate ſervavit. Sequutae ſunt reliquae editiones, quas ordine, quo prodiere, recenſebimus. Religionis confeſſionem mutavit *Robertus Stephanus*, et Genevam abiens ultimam, quam ipſi debemus, evulgavit editionem, quare et haec ad editiones a Proteſtantibus editas referenda eſſet. Sed ne editionum ordinem turbemus, omnes hic una ſerie locum habebunt. Quid vero Pariſienſes de *Stephani* editionibus judicarint, legi poteſt in libello rariſſimo, qui ſub titulo proſtat:

a) Bibliotheca Colonienſis p. 37.

Digitized by Google

ſtat: „**Collectio quorundam gravium authorum, qui ex profeſſo, vel ex oc-** „caſione ſacrae ſcripturae, aut divinorum officiorum, in vulgarem linguam „translationes damnarunt. Quorum nomina pagina ſequens indicabit. Una „cum decretis ſummi Pontificis, et Cleri Gallicani ejusque epiſtolis, Sorbo- „nae cenſuris, ac ſupremi Pariſienſis Senatus placitis. Iuſſu ac mandato ejus- „dem Cleri Gallicani edita. Lutetiae Pariſiorum apud Antonium Vitré, Re- „gis et Cleri Gallicani typographum 1661. 4.„ Ubi exponuntur n. 5. Lettres du Roy François I. à la faculte de Theologie de Paris pour corriger les Bibles de Robert Eſtienne d. 27. Oct. 1546. n. 6. Cenſura facultatis in Biblia Roberti Stephani n. 7. Lettres du Roy Henry II. à la faculté de Theologie de Paris pour cenſurer les Bibles de Robert Eſtienne n. 8. Advis de la Faculté de Theologie ſur la requeſte preſentée au Roy par les imprimeurs et Libraires jurez tendant à fin, que les erreurs contenus en certains livres, reprouvez par le Catalogue de la dite faculté, ſoient mis au commencement de dites livres comme errata. Reſpondit *Stephanus* ad cenſuras Theologorum Pariſienſium, Latine et Gallice anno 1552. cum jam locum mutaſſet, et Genevae domicilium erexiſſet. Graviſſimae vero querelae, quo minus editiones *Stephani* quam ſaepiſſime ab aliis recuderentur, impedire non potuerunt; quin et ipſi Pontificii ea, quae in editionibus *Stephani* redarguerant et damnarant, in iteratis editionibus, *Hentenii* praefatione munitis, permiſerunt et approbarunt. Integra itaque Bibliorum Latinorum familia, quae a *Stephano* nomen habet, in tres abit diverſas claſſes, quarum prima editiones ab ipſo *Stephano* exſcriptas, ſecunda, editiones aliorum typographorum, tertia editiones cum praefatione *Hentenii* comprehendit.

§. XCIX.

Biblia Latina Roberti Stephani.

* Biblia. Pariſiis, ex officina Roberti Stephani, e regione Scholae Decretorum. M. D. XXVIII. Cum Privilegio Regis. Fol. [1] Pariſiis.

Ex praefatione: Cum ſacratiſſima utriusque teſtamenti Biblia typis noſtris exprimere ſtatuiſſemus, Chriſtiane Lector, operae pretium facturos eſſe arbitrati ſumus, ſi priusquam aggrederemur rem ipſam, vetera exemplaria conſuleremus, inde germanam lectionem excerpturi, quo authoritate eorum fulti, et quae depravata eſſent, reſtituiſſemus. — Cum itaque anno 1524. hujus urbis pervetuſtas Bibliothecas evolveremus, eam maxime quae eſt apud D. Germanum a pratis, in manus tandem noſtras pervenit exemplar quoddam mirae vetuſtatis, quod ut manu diligentiſſima ſcriptum, ita et a viris doctis, ut videre licet, accurate perlectum erat, et ſi quando librariorum vitio mendae irrepſiſſent, tanto ſtudio emendatum, ut non credam aliud unquam pari. Ejus nobis copiam libenter fecerunt, qui illi Bibliothecae praeerant, a quibus et alterum ſimili prope diligentia conſcriptum mutuo accepimus. (*Utrumque etiamnum anno* 1720. *extat in eadem Bibliotheca prius num.* 9. *poſterius* n. 1. *et* 2. *ſignatum*) in quo videas accentus ſuperſcriptos dictionibus ambiguae ſignificationis, quod et imitati ſumus. Nec his quidem contenti, evoluimus et Bibliothecam Sancti Dionyſii,

nyſii, in qua unicum exemplar reperimus (*aſſervatur nunc in Bibl. Regia cod.* 3562.), quod ad fidem praedictorum accederet. — Contulimus ea cum iis, quae tunc ut emendatiſſime impreſſa circumferebantur. — Contulimus noſtram translationem, quae in illis (*ſc. Bibliis Complutenſibus*) inſerta ſunt, cum noſtris exemplaribus, deprehendimusque per omnia fere conſentire [b]).

[Prima eſt *Roberti Stephani* editio, nec antiquior exſtat, uti per errorem computationis ſibi perſvaſit *Rich. Simon.* Ad calcem notatur: *Pariſiis excudebat in ſua officina Robertus Stephanus* IIII. *Cal. Decemb. Anno* M. D. XXVII. Quanto ſtudio editor, ut correctiorem et emendatiorem ſiſteret editionem, antiquos perſcrutatus ſit codices, ipſe in praefatione indicat. Acceſſit huic editioni omnium primae *Hieronymi* prologus Galeatus: ex ipſo vero opere alios prologos, qui non ſunt ipſius *Hieronymi*, eliminavit. In Veteri Teſtamento ad marginem notantur argumenta Capitulorum, et in Novo Teſtamento loca parallela marginem occupant. Praefationem excipiunt Dicta Biblica, quibus ad ſacrarum litterarum ſtudium exhortatio proponitur. Index teſtimoniorum a Chriſto et Apoſtolis in Novo Teſtamento ex Veteri citatorum; emendationes quaedam e Poſtillis *Nicolai de Lyra*, et *Pauli* Burgenſis additionibus, et denique Ordo librorum, in quo *Stephanus* ab aliis editionibus receſſit, et Actus Apoſtolorum Epiſtolis Paulinis praemiſit. Hec omnia in locum *Pleni Apparatus*, qui praecedentes ornat editiones, ſucceſſerunt. Ad calcem operis adjecta eſt opella ſub rubro: „Hebraica, Chaldaea Graecaque et Latina Nomina virorum, mulierum, „populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium caeterorumque locorum, „quae in Bibliis utriusque Teſtamenti ſparſa ſunt, reſtituta, hoc volumine com„prehenduntur, cum interpretatione latina. Indices jam duo alter in Vetus „Teſtamentum, alter in novum. Pariſiis ex officina Roberti Stephani, e re„gione ſcholae decretorum. M. D. XXVIII. cum privilegio Regis.„ Antiquiores Interpretationes nominum hebraicorum et *Brunonis* indicem, *Stephanus* adeo transformavit, repurgavit emendavit, ut omni jure novum opus appellari poſſit. Privilegio Regis munita eſt editio; interim poſteriori tempore Cenſura Theologorum Pariſienſium notata eſt. Ipſa Biblia in typographia finita menſe octobri 1527. anno ſequenti, abſoluta demum appendice, publice expoſita ſunt [c]).

[II] * Biblia. Breves in eadem annotationes, ex doctiſſ. interpretationibus et Hebraeorum commentariis. Interpretatio propriorum nominum Hebraicorum. Index copioſiſſimus rerum et ſententiarum utriusque Teſtamenti. Pariſiis ex officina Rob. Stephani. M. D. XXXII. Cum privilegio Regis. Fol. m.

Rober-

b) *Le Long* p. 255. col. 1. D.

c) *Knoebii* hiſt. crit. Nachrichten p. 848. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 110. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſions du N. T. p. 131. *J. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 34. *J. G. Walchii* Biblioth. exeget. p. 57. *Joh. Georg. Hagemanni* Nachrichten von den Ueberſetzungen &c. p. 214.

Robertus Stephanus Lectori: Ne tu forte, Chriſtiane Lector, nihil in hac Bibliorum altera editione praeſtitum exiſtimares amplius quam in prima, quae ex noſtra officina ante aliquot jam annos (*ſc. anno* 1528.) prodiit: voluimus paucis hic indicare, quo quidque modo, quaque diligentia perfectum fuerit. Primum omnium vulgarem Bibliorum tralationem denuo tanta accuratione contulimus cum veteribus exemplaribus manu deſcriptis, quae annis ſuperioribus Monachi Sancti Dionyſii, itemque ſancti Germani, et graviſſimum illud Theologorum Pariſienſium Collegium nobis communicarunt, ut nihil jam omiſſum putemus, (agnoſcimus enim quod conqueſti ſunt amici quidam in priore editione nonnihil eſſe dormitatum) eſſeque noſtram tralationem nunc primum prope integram et illibatam, qualis ab ipſo interprete quondam ſcripta fuerat. — Hoc unum ſemper curavimus, ut haec noſtra tralatio integra maneret, neque quicquam ab ea detraheretur aut minueretur, quod niſi auxilio veterum exemplarium fieri haud potuiſſe quis non intelligit? — Annotavimus ad marginem interiorem ea, quae a diverſis Interpretibus aliter atque aliter reddita ſunt. — Placuit Origenem et Hieronymum imitari, et variorum interpretum annotationes ex ipſis Hebraeorum commentariis depromptas, quam pauciſſimis fieri potuit, ad marginem adſcribere [d]).

[Secunda editio priori emendatior et locupletior. Praemittuntur. Ad ſacrarum litterarum ſtudium exhortatio, ex ſacris litteris; praefatio editoris; brevis conſpectus doctrinae ſacrae; Index teſtimoniorum V. T. a Chriſto et Apoſtolis in novo teſtamento citatorum ex veteri; index alter in quo itidem Novi inſtrumenti teſtimonia ex veteri excerpta annotata ſunt; ordo librorum Veteris et Novi Teſtamenti; *Hieronymi* prologus galeatus, epiſtola ad *Paulinum*, et prologus in Pentateuchum. Ad marginem accedunt annotationes; argumenta et variantes lectiones, quae in textu authentico ſunt, ſed non in verſione, aſteriſco; quae vero in verſione non vero in fonte ſunt, linea tranſverſa notantur. Ad calcem Bibliorum: Pariſiis. *Excudebat Robertus Stephanus in ſua officina. Ann.* M. D. XXXII. XVII. *Cal. Novemb.* ſequuntur: „Hebraica Chaldaea Grae-„caque et Latina nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, „fluviorum, montium, ceterorumque locorum, quae in Bibliis utriusque teſta-„menti ſparſa ſunt, reſtituta cum interpretatione latina. Index rerum et ſen-„tentiarum, quae in veteris et novi Teſtamenti libris continentur. Pariſiis ex-„cudebat Rob. Stephanus in ſua officina. Ann. D. M. XXXII. VIII. idus No-„vemb.„ Provocat quidem ad graviſſimi Theologorum Pariſienſium Collegii conſenſum; nihilo tamen ſecius, ipſa haec Biblia et cum iis praecedentia ſimul, cenſura notata ſunt a Theologis, contra quos rem ſuam Reſponſione ad Cenſuras Theologorum Pariſienſium, defendit [e]).

* Biblia

d) *Le Long* p. 256. col. 1. C.

e) *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 851. *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 114. qui ad *Caroli du Pleſſis D'Argentré* Collectionem judiciorum de novis erroribus tom. II. p. 144. &c. provocat. *J. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis p. 33.

Digitized by Google

[III] * **Biblia. Breves in eadem annotationes ex doctiſſ. interpretationibus et Hebraeorum commentariis. Pariſiis ex officina Roberti Stephani M D XXXIIII. 8.**

Minutiſſimo charactere juxta editionem 1532. cum quibusdam pauciſſimis ad marginem notis *f*).

[Minori forma, ut ad portandum liber accommodatior ſit, typo minutiſſimo at nitidiſſimo; cum divi *Auguſtini* de littera et ſpiritu libello, et indice Epiſtolarum et Evangeliorum, quae in dominicis et feſtis diebus juxta conſvetudinem Eccleſiae Pariſienſis et Romanae leguntur *g*).

[IV] * **Biblia. Hebraea. Chaldaea. Graeca et Latina nominum virorum, mulierum, populorum idolorum, urbium, fluviorum, montium, caeterorumque locorum, quae in ipſis Bibliis leguntur, reſtituta, cum Latina interpretatione, et ipſorum locorum deſcriptione ex cosmographis. His acceſſerunt Schemata Tabernaculi Moſaici et templi Salomonis, quae praeeunte Franciſco Vatablo Hebraicarum literarum Regio Profeſſore doctiſſimo ſumma arte et fide expreſſa ſunt. Pariſiis ex officina Roberti Stephani Typographi Regii M. D. XL. Cum Privilegio Regis. Fol.**

Ad fidem vetuſtiſſimorum codicum mſc. XIV. et trium editionum antiquarum, (quorum Index poſt praefationem reperitur, emendata, adjectis ad marginem quam plurimis variantibus lectionibus ex illis collectis, ſtudio et opera Roberti Stephani, juvante Guillelmo Fabritio. Index rerum anno 1538. editus, Novum Teſtamentum 1539. et Vetus 1540.

Ex praefatione Stephani: Prodierant ante annos octo (*id eſt anno* 1532.) e noſtra Typographica officina Biblia magna fide ad antiquiſſimos codices Latinos excuſa. Tum enim virorum Doctiſſimorum conſilium fuit, ut ea lectio, quae in vetuſtiſſimis illis exemplaribus inventa fuiſſet, ſi cum Hebraicis Veteris Teſtamenti codicibus, aut Graecis Novi Teſtamenti Libris conſentiret, excuderetur, ne variis et diverſis lectionibus margines occupatae eſſent. — Cenſuimus in conſilium adhibendos noſtrates Theologos, quarum ſententia fuit, ut antiquiſſimos quosque codices excuſos in exemplaria nobis proponeremus, ita tamen ut quae aliter in vetuſtiſſimis mſſ. codicibus legerentur, et cum Hebraicis et Graecis libris amice conſpirarent, ea margo interior noſtrorum Bibliorum vindicaret, nominibus exemplarium, unde quaeque lectio deſumpta eſſet, fideliter expreſſis. —

Horum itaque ſententiam ſecuti, comparatis et conflatis undique mirae vetuſtatis codicibus, aliis ante multos annos ſcriptis, aliis vero jam inde ab ipſa typographices infantia excuſis, aſſiduis et improbis laboribus tandem perfecimus, ut ea tralatio, qua noſtrae Eccleſiae paſſim utuntur, ne verbo quidem uno mutato, typis exprimeretur. Varias autem et a multis ſeculis repetitas lectiones, quae

f) *Le Long* p. 256. col. 2. B.

g) *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 114. *J. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis p. 35. Index Bibl. Wernigerod. p. 50.

quae tamen cum Hebraico et Graeco contextu conſentiebant, in margine interiori magna diligentia et fide excudendas curavimus.

Index XXIV. Exemplarium veterum Latinorum mſſ. quibus uſus eſt in hac editione Rob. Stephanus: S. Germani a pratis quinque, oblongum, latum, parvum, aureum, argenteum; S. Dionyſii in Francia exemplar ab amicis commodatum; Taurinenſe, (ſeu Ebroicenſe S. Taurini); aureum Margaritae Caroli Caeſaris amitae; Paulinum Coleti Decani Londinenſis; Corſendonkenſe; Conſtantienſe, Donatianum ſeu Brugenſe; Sveſſionenſe; et Correctorium Sorbonicum. Praeterea Biblia Latina edita Moguntiae 1462., Baſileae 1495. et Complutenſia 1517. Deinde addit: „Agnoſco beneficium acceptum a Guillelmo Fa„britio Canonico Pictavienſi, viro Hebraice, Graece et Latine eruditiſſimo, „qui in his Bibliis emendandis et locis cognatis annotandis candido et liberali „ſtudio me plurimum adjuvit. „

Haec editio omnium R. Stephani praeſtantiſſima eſt atque optima; cujus exemplar in membranis excuſum corio violaceo et deaurato coopertum, atque ornatum regio ſtemmate ac litera majuſcula F. ex utraque ſtemmatis parte notatum, ab ipſo Stephano fuit Franciſco I. Francorum Regi oblatum, ſervaturque in Bibliotheca Regia: opus ſane in arte typographica, ſi unquam fuit, perfectum. Iſtam variantium lectionum ſyllogen jam confecerat Stephanus, anno 1524., ut refert in praefatione Bibliorum anno 1528. ab ipſo excuſorum.

Illud ineſt diſcrimen inter hanc et alteram anni 1532. Stephanicam Bibliorum editionem; quod in hac textus emendatus fuerit; in illa autem idem fere Textus ac Moguntinus anni 1462. emendationes vero ad marginem appoſitae deſignatis codicibus manuſcriptis. In hac imprimenda uſus eſt Rob. Stephanus 15. mſſ. codicibus et triplici editione ſc. Moguntina anni 1462. Baſileenſi minori (forſan anni 1495.) a qua differt vicibus 50. et complutenſi, quo cum in eodem libro 167. vicibus non concordat [h]).

[Diſtinguitur praeterea haec editio ab antiquiore annotationibus marginalibus, quae hic ſunt rariores, in illa frequentiores. Cum enim illae adverſarios ſuos maxime offendiſſent, ſatius ipſi, plures ex hoc nova impreſſione dimittere, quam iterum odium in ſe excitare, viſum eſt. Accedunt porro Schemata Tabernaculi et reliquorum, quorum in titulo ſit mentio. Editio praeſtantiſſima a *Steelſio* Antwerpiae 1541. et 1542. ita recuſa eſt, ut ipſiſſima *Stephani* editio videri poſſit. Lipſienſis quoque editio *Wolrabii* accurate ad hanc formata eſt, quamvis in N. T. Vulgatae *Eraſmi* addita ſit verſio [i]).

* Biblia. Quid in hac editione praeſtitum ſit, vide in ea, quam operi praepoſuimus ad lectorem epiſtola. Lutetiae. Ex officina Roberti Stephani typographi Regii M D. XLV. Cum privilegio Regis 8. maj. [V]

Charactere nitidiſſimo et minimo, duplici diſtincta columna, quarum alteram occupat verſio Latina Vulgata, alteram vero nova translatio Tigurina

 juxta

h) *Le Long* p. 256. col. 2. E. p. 257. col. 2. C.

i) Conf. *Knoebii* hiſt. crit. Nachrich. p. 856. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 116. &c. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſ. du N. T. p. 132.

juxta editionem anni 1543. adjectis annotationibus, quae vulgo dicuntur Vatabli. Has Bertinus le Comte ex ejus publicis praelectionibus excerpſerat ſtudio et precibus Rob. Stephani, qui doctrina illas Calviniana inſperſit. Adjectis ad marginem variis lectionibus.

„Robertus Stephanus Lectori. Conſilii noſtri rationem in poſtrema hac Bibliorum editione paucis accipe Chriſtiane Lector. Veteris Interpretis Tralationem primo loco impreſſimus, integram quidem, in qua nihil immutatum reperias. Si quando autem, collatis jam olim vetuſtiſſimis et iis manuſcriptis codicibus, varia occurrit lectio, quae Hebraeo codici reſponderet, eam margini adnotavimus: ut nemo jure queri poſſit, nos veterem et uſitatam lectionem quoquomodo invertiſſe. Secundo loco ex pluribus de Hebraeo tralationibus, quae noſtro tempore emerſerunt, eam potiſſimum elegimus, (*Tigurinam ſcilicet*) quam Veteri e regione apponeremus, quae viris doctis videretur coeteris Latinior. Nam Sanctis Pagnini verſionem ſicut omnium doctiſſimam confitentur, qui judicio ſunt in hoc genere excellentiori, ſic paulo obſcuriorem eſſe queruntur, quod verbum verbo reddere ſtuduerit.

Hanc igitur novam tralationem tametſi exiſtimaremus fidelem et veritatem Hebraicam proxime exprimere, cum vellemus tamen cum aliorum verſionibus, maxime autem Sanctis Pagnini conferre: ecce commodum amici de praelectionibus Franciſci Vatabli doctiſſimi Hebraicarum literarum profeſſoris Regii nos admonent: neminem majori vel eruditione vel fide magiſque perſpicua expoſitione ſacros Veteris Teſtamenti libros omnes, quos Hebraei receperunt, interpretatum eſſe: multos eſſe ejus diligentiſſimos auditores, qui percepta ab eo magna fide excepiſſent. Horum igitur conſilium ſecuti, diligentiſſimum quemque ex illius auditoribus rogavimus, ut ſuos nobis libros commodarent: quod illi alacres libentique animo fecerunt. Nos vero quanta animi attentione fieri potuit, excepta ab illis cum hac nova verſione contulimus. — Quod ſi Vatablus ipſe has annotationes edidiſſet, Deus bone: quantum doctrinae, quantum facilitatis acceſſurum fuiſſe exiſtimamus: verum quo minus adhuc id, ſicut cupiebat, praeſtaret, publicae profeſſionis occupationibus eſt prohibitus. Haec autem de libris Veteris Teſtamenti tantum, et qui ſermone Hebraico ſcripti ſunt, intelligetis.„ *Ita ille.*

A bonis et doctis ejus (i. e. *Vatabli*) diſcipulis, quorum adhuc manent reliquiae, intellexit illum ea ſuppoſititia editione ſic fuiſſe offenſum, ut protinus Robertum Stephanum Typographum, jam apoſtaſiam illam ſuam meditantem et accelerantem, ad ſe accerſitum objurgaret et falſi criminis poſtularet. *Haec Genebrardus* [k]).

Hac ſuſpicione merito laborat Robertus Stephanus, qui circa annum 1540. filium ſuum Henricum vix duodecennem Calvini Catechiſmum ex Gallico ſermone in Graecum convertentem approbavit.

Mihi vero Roberti Stephani nunquam probatum eſt facinus (inquit Fronto Ducaeus) [l]) quum hanc Tigurinorum editionem, ſuppreſſo Leonis Iudae nomi-

k) In praefatione operum Origenis anni 1574.

l) Apud *Huetium* de claris Interpretibus §. 17.

nomine, ad Vulgatam adjecit, et annotationes ſuas nova doctrina conſperſas in lucem dare cogitans, inſidioſo eas praelectionum Vatabli titulo apud incautos venditavit, quumque aliquot poſt annis novam molitus editionem, Santis Pagnini interpretationem, ex authoris ἀυτογράφῳ et Vatabli praelectionibus, ut ipſe ait, emendatam, ut ego judico, ad arbitrium ſuum interpolatam, cum Vulgata publicavit. — Quamvis autem harum editionum neutra, neque iis attextae annotationes Vatablum auctorem habeant, utraque tamen, quod mirere, Vatabli nomen hodie prae ſe fert, et recepto apud omnes uſu Biblia Vatabli ambae appellari conſveverunt m).

[Non plura hoc loco de hac editione rariſſima annotanda veniunt; ſiquidem alio loco, quia verſionem ex Hebraeo adjunctam habet, de illa iterum agendum erit. Id unicum vero obſervandum eſt, annotationes priorum editionum breviora eſſe lemmata margini adjecta; hujus vero editionis annotationes ad exegeticas criticasque expoſitiones eſſe referendas n).

* Biblia. His acceſſerunt Schemata Tabernaculi moſaici et Templi Salomonis, quae praeeunte Franciſco Vatablo Hebraicarum literarum Regio Profeſſore doctiſſimo, ſumma arte et fide expreſſa ſunt. Index rerum et ſententiarum, quae in iis continentur. Hebraea item, Chaldaea, Graeca et Latina nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium coeterorumque locorum quae in ipſis Bibliis leguntur, reſtituta, cum Latina interpretatione et ipſorum locorum deſcriptione ex Coſmographis. Lutetiae. Ex officina Roberti Stephani Typographi Regii M. D. XLVI. Fol. o). [VI]

[Ad calcem legitur: „Excudebat Rob. Stephanus Librarius Regius Lu„tetiae Pariſiorum. Ann. M. D. XLVI. Idibus Maji.„ Praefationem operis, qua editor, quid in hac editione praeſtiterit, accurate exponit, fere integram recudi fecit *Clement* in recenſione hujus editionis, atque exinde huic editioni, quae quoad externam formam priori anni 1540. eſt inferior, pretium ſtatuit: quod nimirum Textum Vulgatae ſiſtat purum, uti in antiquiſſimis editionibus typis expreſſis inveniatur; ad marginem vero lectiones varias e MSS. Codicibus collectas remittat. Verum haud bene circumſpexit vir ille alias ſolertiſſimus, et non obſervavit, praefationem huic editioni praemiſſam eandem eſſe, quam *Stephanus* editioni anni 1540. praemiſerat; uti ex ipſo ejus initio apparet: „Pro„dierunt ante annos octo e noſtra typographica officina Biblia magna fide ad an„tiquiſſimos codices latinos excuſa &c.„ Ita *Stephanus* anno 1540. ſcribere potuit, cum anno 1532. ſecundam emiſiſſet editionem, non vero anno 1546. octo numerare potuit annos, cum prior editio anno 1540. in publicum exiiſſet. Ipſa editio itaque non niſi apographum eſt editionis ſplendidae anni 1540. Eadem hic praefatio, ſumma totius ſacrae ſcripturae; Index teſtimoniorum; Ordo librorum, Hieronymi prologi, Schemata, et reliqua, quae in ipſo libri rubro indi-

m) *Le Long* p. 259. col. 2. E. p. 269. col. 2. C.
n) Vide infra Cap. III. S. I. §. VIII. de verſionibus ex Hebraeo.
o) *Le Long* p. 260. col. 2. D.

indicantur. Hinc ſummo jure auctor noſter huic editioni brevem illam addidit notam: „Biblia latina cum variis lectionibus juxta editionem anni 1540. cha-„ractere tamen minori.„ *Börnerus* vero ſequentia attexuit: „Omnes usque ad „hunc annum ſtudio et typis *Roberti Stephani* excuſas editiones Theologi Sorbon-„nici tribus quatuorve cenſuris notarunt: ad quas reſponſionem nimis acerbam „Latine et Gallice ſcripſit et anno 1552. edidit *Robertus Stephanus* cum ipſis cen-„ſuris. His autem accurate perlectis textus ſacri codicis remanet integer et „intactus, ideoque multi aeſtimandus, utpote unus e paucis ante Correctionem „Clementinam emendatiſſimus. Editiones vero ann. 1555. et 1557. publicatae „ad ſectionem ſequentem remittuntur, ſiquidem tunc *Calvini* doctrinam publice „profeſſus fuerat *Robertus Stephanus*, qui anno 1551. (non autem 1547. ut re-„fert *Ludov. Morerius*) patria relicta Genevam ſe contulit, ubi hoc anno 1551. „Elementa Religionis Chriſtianae et Novum Teſtamentum Graecum cum duplici „interpretatione latina, typis ſuis in lucem emiſit. Antequam proficiſceretur, „opera Sancti *Juſtini* Graece Pariſiis tanquam typographus Regius typis Regiis „hoc ipſo anno vulgaverat.„ Ad quae ſequentia monenda veniunt. Separavit auctor noſter Biblia Latina, quae vel ab Eccleſiis Proteſtantium addictis editoribus procurata, vel in urbe, ubi Evangelica veritas dominium obtinuerat, expreſſa ſunt, ab iis, quae a Catholicis Editoribus vel in urbe Romanae Eccleſiae addicta exſcripta ſunt. Sed in hac ipſa editionum diſtinctione parum ſibi ipſe conſtat, dum unius ejusdemque typographi diverſas editiones, vel editiones, quae revera ſunt eaedem, quamvis locus impreſſionis ſit diverſus, modo ad hanc, modo ad illam referat claſſem. Melius itaque nobis viſum eſt, alium eligere ordinem; quapropter recenſionem duarum ſequentium editionum *Roberti Stephani* hic ſtatim ſubjungimur, ut Lector ſingulas, quas huic viro praeſtantiſſimo debemus editiones uno intuitu contemplari poſſit. Reſponſiones *Stephani* ad cenſuras Theologorum Pariſienſium prodiere *primo* 1552. *latine*, ſub titulo: „Ad cenſuras Theologorum pariſienſium, quibus Biblia a Roberto Stepha-„no typographo Regio excuſa calumnioſe notarunt, ejusdem Roberti Stephani „reſponſio. Oliva Roberti Stephani. M. D. LII. 8. maj.„ eodemque anno *gallice*, ſub titulo: Les Cenſures des Theologiens de Paris, par les quelles ils avoient fauſſement condamné les bibles imprimées par Robert Eſtienne, Imprimeur du Roy: avec la reponſe d'icelui Robert Eſtienne, traduites de latin en françois. L'olivier de Robert Eſtienne. M. D. LII. 8. maj. In praefatione auctor omnia, quae in Gallia usque ad receſſum ſuum, propter bibliorum ſacrorum editiones inprimis illam anni 1545. perpeſſus eſt, accurate recenſet p).

[VII] Genevae. • Biblia. R. Stephanus Lectori. En tibi Bibliorum vulgata editio, in qua juxta Hebraicorum verſuum rationem ſingula capita verſibus diſtincta ſunt, numeris praefixis, qui verſuum numeris, quos in Concordantiis noſtris novis et integris poſt literas marginales A. B. C. D. E. F. G. addidimus reſpondent:

p) *Clemens* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 139. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſaml. p. 34.

dent: ut quaerendi moleſtia leveris, quum tibi tanquam digito, quod quaeris demonſtrabunt. Oliva Roberti Stephani. M. D. LV. 8. maj. q).

[Ad calcem: „Excudebat Roberto Stephano, Conradus Badius. Anno „M. D. LV. VIII. Idibus Aprilis.„ Ex quo Genevae Biblia impreſſa eſſe ſatis liquide apparet. In ipſo vero opere nihil novi praeſtitit *Stephanus*, verum textum Vulgatae ex editione anni 1540. et 1546. typis minutioribus exſcribi curavit. Variae lectiones, quae antea marginem implebant, hic omiſſae, loca vero parallela hic iterum notata ſunt. Diſtinguitur vero haec editio a praecedentibus externa forma, nimirum diſtinctione verſuum tam in Veteri quam in Novo Teſtamento r).

• Biblia utriusque Teſtamenti. De quorum nova interpretatione et copioſiſſimis in eam annotationibus lege, quam in limine operis habes epiſtolam. Oliva Rob. Stephani. M. D. LVII. II. Vol. Fol. maj. [VIII] Genevae.

Biblia utriusque Teſtamenti, Latine: Vetus juxta editionem Vulgatam, et Verſionem Sanctis Pagnini cum annotationibus, quae dicuntur Vatabli. Novum ſecundum Vulgatam Veterem, et novam Theodori Bezae, cujus haec eſt prima editio, cum ejus notis; additis quoque notis Claudii Badwelli in libros Veteris Teſtamenti, quos Proteſtantes vocant Apocryphos. Novum Teſtamentum editum anno 1556. Vetus 2. Vol. anno 1557.

Ex hac Epiſtola: „Veteris interpretis tralationem in interiori paginae parte minutioribus literis excuſam damus, ad vetuſtiſſima exemplaria accuratiſſime emendatam, verſibusque, ut in Hebraicis codicibus, diſtinctam. In exteriori autem parte interpretationem Sanctis Pagnini craſſioribus litteris excuſam damus. — Sed nihilne, dicet aliquis, praeter Sanctis laborem et induſtriam haec editio nobis affert? Imo vero duorum doctiſſimorum virorum in hanc ipſam interpretationem collatas operas accipis. Nam quum illum Franciſcum Vatablum — a Sanctis interpretatione non raro diſcedere ſolitum, (nunquam tamen ſine optima et manifeſta ratione) animadvertiſſemus, ejus quoque labore magnum huic translationi adjumentum attulimus. Siquidem ex ejus praelectionibus, quas Bertinus Le Comte — ex ejus ore fideliter exceperat, et exceptas cum illo ipſo communicaverat, non ſolum ii loci, in quibus Sanctis minus perſpicax fuerat, a nobis caſtigati fuere, ſed etiam ſaepe numero apertiora et uſitatiora dicendi genera in locum obſcuriorum quorundam, et ab uſu latini ſermonis remotiorum ſubſtituta; adeo ut illius interpretationis inchoatae atque rudis expolitio huic uni Vatablo accepta ferri debeat. — Quod autem ad Novum Teſtamentum attinet, Theodori Bezae interpretationem excudimus, quam te aliter ſequi nequaquam volumus, quam ſi certiſſimis argumentis in ſuis annotationibus illi fidem facere viſus tibi fuerit. — In transferendis autem Apocryphis libris, ſuam nobis operam navarit Claudius Baduellus, Complutenſem editionem (quod emendatior nulla extaret,) ſecutus. Addidit ad ſuam interpretationem et annotationes, &c.

„Sub

q) *Le Long* p. 250. col. 2. C.
r) Conf. *Knochii* hiſtoriſch critiſche Nachrichten p. 874.

„Sub Vatabli nomine (ait Rich. Simon) s) multa Bibliorum exemplaria Latina circumferuntur, quae tamen illius non eſſe in confeſſo eſt apud omnes. Robertus Stephanus doctiſſimi illius viri nomen ementitus fuit, ut hac arte facilius incautos deciperet, quandoquidem editio illa, quae prodiit ex officina Roberti Stephani anno 1545. quaſi ex Vatabli praelectionibus ac notis integra excerpta fuiſſet, Leonis Iudae, Zuingliani, (*ſive Tigurinam*) verſionem exhibet cum annotationibus, quae magnam partem ex Iudaeis praeſertim R. David Kinichi et Johanne Calvino, aliisque Proteſtantibus ſumptae fuerunt.„ *Haec R. Simon.*

Haec autem, quae dicuntur de Calvino, intelligi debent de hac ſecunda editione anni 1557. non vero de priori; ſiquidem anno 1545. quidpiam in ſacras litteras Calvinus nondum emiſerat in lucem t).

[Ampliorem hujus editionis, quae uti omnes a *Roberto Stephano* procuratae, rarioribus ſummo jure annumeratur libris, inſtituere recenſionem ſuperfluum foret, cum plura, inprimis de editionibus iteratis, infra dicenda veniunt. Singulae *Stephani* editiones communi omnium conſenſu, ſummo pretio ſunt habendae, emaculatum quia ſiſtunt textum, antiquiſſimasque ejus produnt lectiones. Quid vero Pariſienſes Theologi de prioribus ejus editionibus judicarint, lectores e judicio publico hujus tenoris cognoſcent: „Anno Domini 1548. „die 15. Menſis Maii ſacra Theologiae Facultas poſt ſacroſanctae de ſancto ſpi„ritu Miſſae celebrationem apud S. Matthurinum ſacramento fidei convocata, „perlectis et animadverſis erroribus contentis in Bibliis Roberti Stephani anno „1528. 1532. 1534. 1540. 1545. et 1546. nec non in Novis Teſtamentis per „eundem impreſſis annis 1541. 1543. 1545. ac etiam in Pſalterio ſeu libro Pſal„morum Davidis cum annotationibus ex Hebraeorum commentariis ſeorſim ex„cuſo; denique in indicibus editis annis 1528. 1532. 1540. et 1546. communi „omnium calculo concluſit, praedicta Biblia, Nova Teſtamenta. Pſalterium „ſeu librum Pſalmorum, cum annotationibus ex Hebraeorum commentariis, et „indices dictorum Bibliorum juxta deſignatum ſui temporis annum ob errores in „iis contentos et haereſes ſuppreſſione digna, atque in communem librorum re„probatorum catalogum reponenda.„ Aequiori animo de meritis *Stephani* judicat *R. Simon*, qui editiones haſce praeſtantiſſimis atque optimis annumerat. Quae de ſingulis editionibus annotarunt Viri eruditi, qui modo hanc modo illam deſcripſerunt editionem, ſuo loco ſupra indicavimus. Reſtat, ut Virorum clarorum, qui integram editionum a *Stephano* paratarum ſeriem deſcripſerunt, mentionem faciamus. Adſervantur in Bibliotheca Biblica Brunſvicenſi editiones annorum 1528. 1532. 1540. 1545. 1555. et 1557. quae a Cl. *Knochio* recenſentur u). Huic accedit Cl. *J. M. Goezius*, qui ſingulas editiones enarrat; in cujus collectione vero deſiderantur editiones annorum 1528. 1534. 1540. 1455. x). Nuperrime Cl. *Hirtius* iteratam editionum inſtituit recenſionem, ſed uti ex ipſa illarum enarratione apparet, unicam tantummodo editionem, nimirum omnium ulti-

s) Cap. 10. Diſquit. crit. de variis Bibliorum editionibus p. 186.

t) *Le Long* p. 281. col. 1. A.

u) Hiſtor. crit. Nachrichten p. 848 - 891.

x) Fortſetzung des Verzeichn. ſeiner Bibelſaml. p. 34. &c.

ultimam ante oculos habuit. Loco editionis primae recenſetur editio Lugdunenſis anni 1537. et loco editionis 1545. deſcribitur editio Hanovienſis anni 1605. [y]). Quae vero in medium protulit, ex Cl. *Knochii* recenſione de verbo ad verbum deſcripſit, integrasque paginas recudi curavit; ultimo vero loco, quatuor et amplius paginis demonſtrat, Verſionem Tigurinam *Leonis Iudae*, quam Stephanus 1545. edidit, diverſam eſſe a Verſione *Sanctis Pagnini*, quam idem 1557. recudi curavit, id quod lectoribus procul dubio mirum videbitur; inprimis cum V. C. dum de hiſce verſionibus loquitur, nomina auctorum illorum ſilentio tegit; nec in lepidum *Mich. Lilienthalii* errorem animadvertit, qui dum Biblia anni 1557. recenſet, ſe tamen de Bibliis anni 1545. loqui perhibet.

Biblia. Quid in hac editione praeſtitum ſit, vide in ea, quam operi praepoſuimus ad lectorem epiſtola. Lutetiae ex officina Roberti Stephani Anno M. D. LXV. 8. maj. [IX] Pariſiis.

Coronidis loco reliquis *Stephani* editionibus ordine chronologico recenſitis hanc editionem ſubjicimus, quae, quamvis novam prae ſe ferat anni notam, ipſa tamen editio antiquior anni 1545. eſt, et exhibet verſionem Vulgatam cum verſione Tigurina.

Biblia Latina, per Franciſcum Stephanum 1567. 8. [X]

Meminit hujus editionis *Maittaire*, verum utrum a praecedenti ſit diverſa, an vero eadem, quam cum novo titulo expoſuit *Franciſcus Stephanus*, non conſtat [z]).

Biblia ſacra cum notis Vatabli et Pagnini. Pariſiis apud Robertum Stephanum 1577. Fol. [XI]

Eadem editio ac anni 1557. cum novo Titulo [a]).

§. C.

Editiones aliorum typogr.

Hae ſunt, quas ipſi debemus *Stephano* Bibliorum Latinorum editiones, et quidem omnes hodie rariores. Ultimo loco recenſitas editiones quod attinet, recentiores quidem videntur, quam quae ipſi *Stephano* editori adſcribi poſſint. Verum editiones ſunt antiquiores, novum enim acceperunt titulum, ut a *Roberti Stephani* Filio Pariſiis publice exponi poſſent. Sequuntur nunc editiones iteratae diverſorum typographorum. *Stephani* editiones ſeſe, ſimulac in publicum egreſſae ſunt, tantopere omnibus probarunt, ut permulti typographi iis recudendis praela ſua dicarent; et etiamſi Pariſienſes Theologi

y) Wittembergiſche neue oriental. und exeget. Biblioth. part. 4. p. 277. &c.
z) *Maittaire* annal. typogr. tom. 2. part. 2. p. 739.
a) *Maittaire* annal. tom. 3. part. 2. p. 770.

logi fulmina ſua in *Stephani* Biblia vibrarent, nihilo tamen ſecius a typographis catholicis iterum ſunt exſcripta et publice expoſita. Nec defuerunt inter proteſtantes, qui dum editionum praeſtantiam noſſent, eas recudi curarunt. Priores editiones jam ſecundum ordinem typographiarum recenſebimus, poſteriores vero alii loco reſervamus.

§. CI.

Biblia Latina Antwerpiae.

[I] Vorſtmann. * Biblia Latina. Antwerpiae Guill. Vorſtmann. 1528. F. [b]).

[Prima typographi hujus, cujus nomen erronee in *Vortermann* tum ab Auctore noſtro, tum a *Sotomajore* in indice librorum prohibitorum et expurgandorum permutatum eſt, editio. Prima *Roberti Stephani* editio conſummata erat IIII. Calend. Decembris anni MDXXVII. et Menſe Martio anni ſequentis publice expoſita: quam ſub incudem iterum vocavit eodem anno typographus Antwerpienſis: eamque ob cauſam, quia ad *Stephani* archetypam formata eſt, libris prohibitis a *Sotomajore* annumeratur.

[II] * Biblia Latina. Antwerpiae Guill. Vorſtmann. 1534. Fol. [c]).

[III] * Biblia Latina. Antwerpiae Guill. Vorſtmann. 1544. Fol. [d]).

[IV] * Biblia Latina. Antwerpiae 1545. Fol. [e]).

[Sine nomine typographi recenſet editionem auctor noſter. Verum ex indice *Sotomajoris* hoc anno a *Guill. Vorſtmanno* Biblia recuſa data eſſe apparet. Huic itaque typographo eadem tribuenda eſſe judicamus. Editiones Antwerpienſes omnes prohibentur. Unde illas ad Stephanianas formatas eſſe ſequitur. Hoc enim commune eſt *Stephani*, et eorum qui illum ſequuti ſunt, in Eccleſia Romana fatum.

§. CII.

Biblia Latina Antwerpiae.

Caeſar. * Biblia. Breves in eadem annotationes ex doctiſſ. interpretationibus, et Hebraeorum commentariis. Interpretatio propriorum nominum Hebraicorum. Index copioſiſſimus rerum et ſententiarum utriusque Teſtamenti. Antwerpiae, excudebat Martinus Caeſar, ſumptu et opera Godefridi Dumaei. Anno M. D. XXXIIII Menſe Februario. Fol. [f]).

[Ad *Stephani* editionem ſecundam anni 1532.

b) *Le Long* p. 255. col. 2. E.
c) Ibid. p. 256. col. 2. B.
d) Ibid. p. 259. col. 2. D.
e) *Le Long* p. 260. col. 2. C.
f) *Le Long* p. 256. col. 2. B. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 102.

§. CIII.

Digitized by Google

§. CIII.

Biblia Latina Antwerpiae.

* Biblia. Breves in eadem annotationes. — Antwerpiae Joannis Steelſii 1537. 4. [g]). [I] Steelſii.

[*Steelſii* editiones Bibliorum Latinorum duplicis ſunt generis. Priores accurate ad *Roberti Stephani* editiones formatae ſunt: poſteriores emendationes *Hentenii* exhibent. Quae prioris ſunt generis hoc loco tantum recenſebimus; poſteriores ad ſequentem remittimus claſſem.

* Biblia. Breves in eadem annotationes — Antwerpiae Joannis Steelſii 1538. 4. [h]). [II]

[Nomen typographi ad calcem notatur: *Typis Joannis Graphaei*: Sequitur quidem editio *Roberti Stephani* ſecundam; addidit tamen bibliopola ex editione *Mareſchalli* anni 1532. tertium Macchabaeorum librum, qui ab editionibus *Stephani* abeſt.

* Biblia. Iconibus artificioſiſſimis, quo lectoris memoriae conſulatur, tanquam emblematis quibusdam exornata. Addicae ſunt in interiori margine ex vetuſtiſſimis quibusdam codicibus partim manuſcriptis, partim ab ipſius typographices inventu excuſis, variae lectiones, quae lucem aliquam Vulgatae addere videbantur. Hebraeorum, Chaldaeorum, Graecorum, Latinorum nominum difficilium explicatio. Cum duplici rerum et ſententiarum indice. Antwerpiae. Ex officina Joannis Steelſii. Anno a Chriſto nato M. D. XLI. Fol. [i]). [III]

[Ad calcem: „Antwerpiae typis Martini Meriani. M. D. XLI.„ Sicuti *Steelſius* ſuperioribus annis ſecundam *Roberti Stephani* editionem anni 1532. typis iterum evulgarat: ſic et hoc anno *Stephani* tertiam eamque prioribus praeſtantiorem recudi curavit, quam tam accurate exſcripſit, ut qui hanc habeat, ſe editionem *Roberti Stephani* ipſiſſimam habere, merito ſibi perſvadere poſſit. Praemiſit operi praefationem, qua inſtituti rationem reddit, et de labore *Stephani* eximio honorifice et juſte ſentit. Acceſſit huic editioni ex ſuperiori Liber tertius Machabaeorum, et Index Pericoparum Evangelicarum et Epiſtolicarum. Quomodo haec editio, ne Eccleſiae Romanae ſit offendiculo, expurganda ſit: in Indice *Sotomajoris* demonſtratur [k]).

* Biblia. Iconibus artificioſiſſimis, quo lectoris memoriae conſulatur, tanquam emblematis quibusdam exornata. — Antwerpiae ex officina Joannis Steelſii. Anno a Chriſto nato. M. D. XLII. Fol. [l]). [IV]

[Eadem ac praecedens editio; ad calcem enim annus 1541. notatur [m]).

Bb 2 §. CIV.

g) *Le Long* p. 256. col. 2. D.

h) *Le Long* p. 256. col. 2. E.

i) *Le Long* p. 255. col. 1. E. ubi typographus vitioſe *Marianus* appellatur.

k) Conf. Index *Sotomajoris* p. 126. Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden vol. 1. p. 357. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 116.

l) *Le Long* p. 258. col. 2. A.

m) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 103.

Digitized by Google

§. CIV.

Biblia Latina Antwerpiae.

Goinus. * Biblia. Breves in eadem annotationes ex doctiſſimorum interpretationibus et Hebraeorum commentariis. Interpretatio propriorum nominum. Index copioſiſſimus rerum et ſententiarum utriusque Teſtamenti. Antwerpiae excudendum curabat Antonius Goinus 1540. Fol. [n]).

[Ad Stephani ſecundam anni 1532.

§. CV.

Biblia Latina Antwerpiae.

Bärmann. * Biblia. Antwerpiae per Johann Bärmann 1541. 8. [o]).

[Ad *Stephani* ſecundam. Cum cujusdam doctiſſimi declaratione de Evangelii et legis differentia, Epiſtolis Pauli praepoſita [p]).

§. CVI.

Biblia Latina Antwerpiae.

[I] Iahide. * Biblia. Antwerpiae per Anton. de Iahide 1541. 8. [q]).

[II] Peterſen. * Biblia. Antwerpiae per Henr. Peterſen 1541. 8. [r]).

[III] Lisbeſt. * Biblia. Antwerpiae Jac. Lisbeſt. 1543. [s]).

[Tres haſce editiones ex Indice Expurgatorio *Sotomajoris*, qui illas inter libros prohibitos et expurgandos enumerat, recenſet auctor noſter. Utrum vero duae priores diverſae ſint editiones, an vero una eademque editio a diverſis bibliopolis vel typographis nomen acceperit, definire haud audemus. Editor ſecundae editionis in Indice *Sotomajoris* vocatur *Henricus Perſtenſis*: tertiae vero nominatur *Lisbeldt*, rectius vero nominandus fuiſſet *Lisfeldt*, cujus nomen in hiſtoria editorum ſacrarum litterarum haud ignotum eſt.

[IV] Meranus. * Biblia. Antwerpiae Ant. Merani 1541. [t]).

[Ex Indice librorum prohibitorum et expurgandorum recenſet hanc editionem Auctor noſter. Verum eadem eſt editio quam ſupra deſcripſimus, nimirum *Joannis Steelſii*, quae per *Martinum Merianum*, non *Antonium Meranum*, exſcripta fuit.

n) *Le Long* p. 257. col. 2. D. Conf. Merckwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 356. Index Biblior. Wernigerod. p. 50.

o) *Le Long* p. 258. col. 1. E.

p) Index *Sotomajoris* p. 117. col. 1.

q) *Le Long* p. 258. col. 1. E.

r) Id. ibid.

s) *Le Long* p. 259. col. 2. C. Index *Sotomajoris* p. 118. col. 1.

t) *Le Long* p. 258. col. 1. E.

§. CVII.

§. CVII.

Biblia Lat. Lugduni.

* Biblia. Lugduni, (Joannis Mareſchalli) 1531. 8. u). **Mareſchall.**

[Ad primam *Roberti Stephani* formata, cui et Interpretatio nominum Hebraeorum, Chaldaeorum, ut et Index rerum et ſententiarum acceſſit. Annotationes marginales ſolas habet in Veteri Teſtamento. Pſalmis vero annotationes non ad marginem adjectae, ſed ſingulis, ut argumentorum vices ſuſtineant, praemiſſae ſunt. Editiones Lugdunenſes *Guillelmi Boulle* 1537. et *Hugonis a Porta* easdem habent annotationes, quamvis in Pſalmis curatius *Stephani* editionem ſequantur. Typographi nomen, non in fronte libri, ſed ad calcem notatur.

§. CVIII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia Latina. Lugduni Joannis a Porta 1528. Fol. x). [I] **a Porta.**

[Prima editio Bibliorum ſacrorum e Typographia, cujus nomen poſteriori tempore fatis celebre fuit. Prodiit quidem editio haec eodem anno, quo *R. Stephani* prima lucem adſpexit: quae tamen jam anno praecedenti abſoluta, ſub initium anni 1528. jam publice expoſita fuit. Lugdunenſium Typographorum jam ex anno 1506. mos fuerat, editiones aliorum curis emendatiores redditas, prelo iterum ſubjicere. Quem morem ſequutus *Joannes a Porta*, primam *Stephani* reddidiſſe videtur. Succeſſit ipſi in Typographia *Hugo a Porta*, qui ſecundam *Stephani* prelo ſubmiſit.

* Biblia, juxta vulgatam editionem, et eam quam haberi poteſt, emendatiſſimam. Lugduni Hugonis a Porta 1538. Fol. y). [II]

[Ad *Stephani* ſecundam quidem formata; ſed nonnulla tamen a Typographo ſeu editore immutata ſunt. Indicem duplicem Teſtimoniorum, qui in Stephanianis, praecedit, hic Apocalypſi ſubmiſit: Interpretationem Nominum hebraicorum breviorem, quae non eſt *Stephani*, ex editione *Mareſchalli* 1532. addidit; Indicem vero rerum et ſententiarum utriusque Teſtamenti, ex editione *Stephani* ſervavit. In fronte libri hic Verſionem latinam, quam haberi potuerit emendatiſſimam exhiberi pollicetur.

* Biblia ſacroſancta Teſtamenti Veteris et Novi juxta Vulgatam quam dicunt editionem, a mendis quibus innumeris ſcatebat, ad priſcorum probatiſſimorumque exemplarium normam ſumma cura parique fide repurgata ac reſtituta. Interpretatio nominum hebraicorum: Index — Lugduni apud Hugonem et Haeredes Hugonis alias Aemonis a Porta 1544. Fol. z). [III]

[Repraeſentat editio quidem *Stephani* ſecundam, ſed ita quemadmodum jam anno 1538. aliquantulum immutata fuerat. Annotationes marginales in hac editio-

u) *Le Long* pag. 256. col. 1. B.

x) *Le Long* p. 255. col. 2. E.

y) *Le Long* p. 256. col. 2. E.

z) *Le Long* p. 259. col. 2. D.

editione paucis in locis correctiores redditae ſunt. Ad calcem Apocalypſis eadem accedunt, quae in ſuperiori editione inveniuntur. In fine operis nominantur Typographi; *Excudebat Joannes et Franciſcus, Frellonii, fratres.* Editio *Iacobi Iuntia* anni 1546. ex hac editione ita formata eſt, ut pagina paginis reſpondeat. Reſtant editiones minores in forma octava, quae vero non ad *Stephani* archetypas editiones effigiatae ſunt; quarum itaque recenſionem alio loco dabimus.

§. CIX.

Biblia Latina Lugduni.

Boylin. * Biblia Latina. Lugduni. Boylin 1535. Fol. [a]).

§. CX.

Biblia Latina Lugduni.

[I] Criſpini. * Biblia cum annotationibus ex editione Roberti Stephani. Lugduni Joan. Criſpini in aedibus Vincentii de Portonariis 1536. Fol.

[II] * Biblia. Venetiis Vincentii de Portonariis 1536. Fol.
Una eademque editio [b]).

[Ita auctor noſter. Veneta enim editio non niſi ſolo titulo et nomine Urbis, a reliquis exemplaribus differt, quae nomen Lugduni oſtendunt. Refertur editio ad Claſſem earum, quae a Proteſtantibus emiſſae ſunt, quippe quae in Indice, ubi *Criſpini* nomen atro lapillo notatur, membris Eccleſiae Romanae interdicuntur. Editionem *Stephani* ſecundam *Criſpinus* iterum exſcripſit, eamque in aedibus *Vincentii de Portonariis* publice expoſuit. Omnia hic cum *Stephani* editione conſentiunt, praefatio, ſumma totius ſacrae ſcripturae, Index Teſtimoniorum, Interpretatio nominum Hebraeorum, et Index rerum et ſententiarum [c]).

[III] Scipio de Gab. * Biblia Latina cum annotationibus (Roberti Stephani) Lugduni Scipionis de Gabiano 1536. Fol. [d]).

[Haud accurate hanc editionem auctor noſter determinavit; dum tantummodo Bibliopolae nomen indicavit. Prodiit editio ex officina *Joannis Criſpini*, et procul dubio eadem eſt editio ac praecedens.

§. CXI.

Biblia Latina Lugduni.

Savoreae. * Biblia. Lugduni Joannis Savoreae 1536. 8. [e]).

[Ad *Stephani* editionem ſecundam. Prohibetur in Indice *Sotomajoris*, et expreſſe index rerum et ſententiarum nominatur, qui ex illa *Stephani*, mutuo ſumtus eſt.

§. CXII.

a) *Le Long* p. 256. col. 2. C.
b) *Le Long* p. 280. col. 1. A.
c) Index *Sotomajoris* fol. 110. col. 1.
d) *Le Long* p. 256. col. 2. D.
e) *Le Long* p. 256. col. 2. C.

Digitized by Google

§. CXII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia Lugduni. Henrici Laureti 1536. f). **Laureti.**

[Ad Stephani ſecundam.

§. CXIII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia. Breves in eadem annotationes ex doctiſſ. interpretationibus **Boulle.** et Hebraeorum commentariis. Interpretatio propriorum nominum Hebraicorum Index copioſiſſimus rerum et ſententiarum utriusque Teſtamenti. Lugduni ex officina Guillelmi Boulle in vico Mercuriali ſub ſigno lilii aurei M. D. XXXVII. Fol. g).

[Accurate repraeſentat *Roberti Stephani* ſecundam editionem. In titulo libri legitur: Ad lectorem Chriſtianum:

Si quis amor Chriſti moveat te, candide lector
   Cordato haec ejus pectore verba lege.
His uti poteris (nam ſunt velut igneus enſis)
   Pro gladio, adverſus Daemonis inſidias.
Hiſque fidem diſces, quam Paulus praedicat, illam
   Qua ſine, quod facimus dicitur omne malum.

Ultimum diſtichon, ut haereticum deleri jubet *Sotomajor*, qui et amplum expurgandorum ſubjunxit catalogum. Exemplar hujus editionis olim fuit in Bibliotheca *Baumgartenii*, quod nullos habuit foliorum numeros et typo majori exſcriptum amplius quatuor Quaterniones adimplevit. Aliud exemplar recenſetur a Cl. *Hirtio*, quod foliorum numeros habet, et 460. foliis conſtat; qui priorem itaque inadvertentiae accuſat. Verum ſine dubio duplex ejusdem anni exſtat editio, altera ſine foliorum numero et majori typo, altera cum foliorum numero et minori typo, utraque lineis integris exſcripta. Carpit idem Cl. *Hirtius* brevitatem ſermonis *Baumgartiani*, longiorique ſermone nos docet, quae tribus verbis indicari poſſunt. Qui enim *Stephani* ſecundam norunt editionem, quae in hac reperiantur, non ignorabunt. Quae de Typographi ad lectorem praefatione refert Cl. *Hirtius*, non de *Boulle*, ſed de *Stephano* intelligenda ſunt. Prioris enim typographi non antiquior exſtat editio, recentior vero ejus editio ad aliam referenda eſt claſſem h).

f) *Le Long* p. 256. col. 2. D.

g) *Le Long* p. 256. col 2. D.

h) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 377. *Hirtii* neue wittenb. oriental. und exeget. biblioth. part. 4. p. 278. Index Biblior. Wernigerod. p 50. Index libr. prohib. et expurg. *Sotomajoris* p. 121. col. 2.

§. XIV.

§. CXIV.

Biblia Latina Lugduni.

[I] **Inſign. Salamandrae.** * Biblia cum annotationibus ex editione Roberti Stephani. Lugduni ſub inſigni Salamandrae 1545 Fol. [i]).

[Eadem fortaſſis editio, quae ad annum 1546. refertur.

[II] * Biblia cum annotationibus &c. Lugduni ſub inſigni Salamandrae 1546. Fol. [k]).

[Tres conjungit Auctor noſter editiones, de quibus: *non triplex ſed eadem eſt editio:* pronunciat. Tres iſtae ſunt, 1) ſub inſigni Salamandrae 1545.; 2) Lugduni apud Viduam *Joannis Criſpini* ſub inſigni Salamandrae 1546. 3) Lugduni *Iacobi Iuntae* typis *Theobaldi Pagani;* in quo vero ipſi non omni ex parte fides habenda eſt. Editiones ſub inſigni Salamandrae annorum 1545. et 1546., quae forte eaedem ſunt, reſpondent editioni *Joannis Criſpini in aedibus Vincentii de Portonariis* 1536. *Iacobi Iuntae* editio reſpondet editioni Haeredum *a Porta* 1544. Quae vero Viduae ſeu Relictae *Criſpini* tribuitur, ad antiquiores editiones *Saconi* et *Mareſchalli* formata eſt.

§. CXV.

Biblia Latina Lugduni.

Huguetun. * Biblia Latina, Lugduni ſub inſigni Spherae apud Iacobum et Aegidium Huguetun 1540. [l]).

§. CXVI.

Biblia Latina Lugduni.

[I] **Iuntae.** * Biblia Latina Lugduni, Iacobi Iuntae 1545. [m]).

[Editio dubia et fortaſſis eadem, quae ſub inſigni Salamandrae prodiiſſe dicitur, et ad annum ſequentem referenda.

[II] * Biblia ſacroſancta Veteris et Novi Teſtamenti, juxta Vulgatam quam dicunt editionem, a mendis, quibus innumeris ſcatebat, ad priſcorum probatiſſimorumque exemplarium ſumma cura parique fide repurgata ac reſtituta. Interpretatio nominum hebraicorum. Index Epiſtolarum et Evangeliorum totius anni. Index praeterea rerum et ſententiarum, quae in iisdem Bibliis continentur. His acceſſerunt rerum praecipuarum icones ſumma arte et fide expreſſi. Singula quoque capita perbrevibus argumentis, atque locorum ſcripturarum concordantiis laborib. non aeſtimandis illuſtravimus. Venundantur Lugduni apud Iacobum Guintam 1546. Fol. [n]).

[Ad calcem: „Excudebat Theobaldus Paganus Lugduni 1546." . Editio quoad ſingulas paginas reſpondet editioni Haeredum a Porta anni 1544. Exemplar

i) *Le Long* p. 280. col. 2. B.
k) *Le Long* p. 280. col. 2. B.
l) *Le Long* p. 280. col. 1. D.
m) *Le Long* p. 260. col. 2. C.
n) *Le Long* p. 280. col. 2. B.

Digitized by Google

emplar noſtrum olim *Joſephi Scaligeri* fuit, qui ſequentia manu ſua, quae hic memoriae conſecranda duximus, fronti inſcripſit:

Ne curioſus quaere cauſas omnium
Quaecunque libris vis Prophetarum edidit.
Afflata coelo, plena veraci Deo
Nec operta ſacri ſupparo ſilentii
Irrumpere aude, ſed pudenter praeteri,
Neſcire velle, quae Magiſter maximus
Docere non vult, erudita inſcitia eſt.

Joſephus Scaliger
Iul. Caeſ. Filius.

Quod divina ſapientia nos ignorare voluit, id non poteſt ullo cum fructu inquiri, imo ſi inquiratur, noſtram maxime deteget Stultitiam. Bulling. in Johan. cap. 12.

Biblia ſacroſancta Veteris et Novi Teſtamenti — Lugduni apud Haeredes Iacobi Iuntae 1562. Fol. [III]

Ad editionem praecedentem formata. Reliquae *Iuntarum* impenſis procuratae editiones ad aliam editionum referendae ſunt claſſem.

§. CXVII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia Latina cum iconibus hiſtoriarum Veteris Teſtamenti. Lugduni 1547. 4. o). S. nom. typogr.

[Sine nomine typographi haec producitur ab Auctore noſtro editio, quam ad *Steelſii* editionem formatam, hinc ad *Stephanianas* referendam cenſemus.

§. CXVIII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia Latina Lugduni, Iac. Grozet 1546. Fol. p). Grozet.

[Editio a Sotomajore libris prohibitis annumeratur, quod commune fatum eſt editionum ad *Stephanianas* formatarum.

§. CXIX.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia Latina. Lugduni apud Joh. Frellon 1551. Fol. q). [I] Frellon.

[Prima editio, quae propriis *Frelloni* ſumptibus excuſa prodiit. Idem Typographus anno 1544. Biblia ſacra ſumptibus Haeredum *a Porta* exſcripſerat, ad quorum formam hanc effigiatam eſſe editionem, conjiciendum eſt.

* Biblia

o) *Le Long* p. 261. col. 2. C. p) *Le Long* p. 261. col. 1. A.
q) *Le Long* p. 261. col. 2. E.

[II] * Biblia ſacroſancta Veteris et Novi Teſtamenti juxta Vulgatam editionem. Lugduni apud Joannem Frellon. M. D. LVI. 8. r).

[Ad calcem: Lugduni ex officina typographica Michaelis Sylvii. MDLV. quapropter auctor noſter editionem ad annum 1555. remittit. In praefatione editor diviſionem capitulorum in verſiculos *Stephano* tribuere haud audet, ſed ad *Pagninum* provocat. Editio ipſa vero ad *Steelſii* editionem anni 1538. formata eſt, adeoque ad Stephanianas referenda s).

[III] * Biblia Latina, Lugduni apud Joh. Frellon 1566. Fol. t).

[IV] * Biblia ſacra ad veritatem Hebraicam et probatiſſimorum exemplarium fidem ſumma diligentia caſtigata, cum figuris et deſcriptionibus etiam chorographicis, quibus variorum aedificiorum ac operum ſtructurae atque regiones ob omnium oculos ponuntur. Acceſſerunt praeterea, Hebraicorum, Chaldaeorum, Graecorum nominum interpretationes, et copioſiſſimi indices. Lugduni apud Joannem Frellonium M. D. LXVI. 8. u).

[Repraeſentat quidem editionem praecedentem anni 1556. Figurae vero, quae variorum aedificiorum et operum ſtructuras oſtendunt, ex *Steelſii* editione anni 1541. chorographicae vero tabulae ex editione Lugdunenſi anni 1561. 8. derivatae videntur.

[V] * Biblia ſacra ad veritatem Hebraicam et probatiſſimorum exemplarium fidem ſumma diligentia caſtigata, cum figuris et deſcriptionibus — Lugduni apud Joannem Frellonium. M. D. LXVIII. 8. x).

[Ad calcem: Excudebat Joannes Marcorellius.„ Textus ſine verſuum diſtinctione procedit y).

§. CXX.

Biblia Latina Lugduni.

Honoratus. * Biblia Sacra ad optima quaeque Veteris, ut vocant tralationis exemplaria ſumma diligentia parique fide caſtigata His adjecimus Hebraicorum, Chaldaeorum Graecorumque nominum interpretationem cum indicibus copioſiſſimis, et figuris nitidiſſimis. Lugduni apud Sebaſtianum Honoratum 1562. Fol. z).

[Refert editionem Auctor noſter ad Claſſem a Proteſtantibus editarum, quae ad Stephanianas formata a).

r) *Le Long* p. 262. col. 1. A.
s) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 16.
t) *Le Long* p. 262. col 2. B.
u) *Le Long* p. 262. col. 2. B.
x) *Le Long* p. 262. col. 2. E.
y) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 383.
z) *Le Long* p. 281. col. 2. C.
a) Bibliotheca Biblica Brunſvicenſis p. 66.

§. CXXI.

§. CXXI.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia ſacra ad optima quaeque Veteris, ut vocant, tralationis exemplaria ſumma diligentia parique fide caſtigata. Lugduni apud Joan. Tornaeſium. M. D. LIIII. 8. [I] Tornaeſii.

Cum figuris vulgo du petit Bernard. [b]).

[Ad editiones *Stephani* formatae ſunt editiones *Tornaeſii*, ſed ita ut prolegomena diverſo praecedant ordine. Interpretatio nominum Hebraicorum non eſt ex *Stephani* editione, ſed ex editione Mareſchalli 1532. Index Evangeliorum et Epiſtolarum, qui a *Stephani* editionibus abeſt, a variis typographis jam antea editionibus ſuis adjectus eſt.

* Biblia ſacra ad optima quaeque Veteris, ut vocant, tralationis exemplaria ſumma — caſtigata. Lugduni apud Joan. Tornaeſium M. D. LVI. Fol. [c]). [II]

* Biblia ſacra ad optima quaeque. — Lugduni apud Joan. Tornaeſium. M. D. LVIII. 8. [d]). [III]

* Biblia cum figuris. Lugduni apud Joan. Tornaeſium M. D. LIX. Fol. [e]). [IV]

* Biblia ſacra. Ad optima quaeque Veteris, ut vocant tralationis exemplaria, ſumma diligentia, parique fide caſtigata. Cum indicibus copioſiſſimis. Lugduni apud Joan. Tornaeſium, Typographum Regium M. D. LXVII. 8. [f]). [V]

§. CXXII.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti juxta Vulgatam editionem majori quam antehac unquam Doctorum ſtudio ad veritatem hebraicam et probatiſſ. exemplarium fidem emendata. Cum figuris et deſcriptionibus etiam chorographicis, quibus variorum aedificiorum ac operum ſtructurae, atque regiones ob omnium oculos ponuntur. Lugduni apud Petrum Santandreanum M. D. LXXIIII. 8. [g]). [I] Santandreanus.

[Editio accurate ad *Frellonii* editiones formata. Exemplari, quod in Bibliotheca *Baumgartenii* fuit, adhaeſit Novum Teſtamentum cum titulo „D. N. „Ieſu

b) *Le Long* p. 280. col. 2. C. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſaml. p. 37. Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek. zu Dresden vol. 1. p. 406. Index Biblior. Wernigerod. p. 52.

c) *Le Long* p. 281. col. 1. A. Index *Sotomajoris* p. 131.

d) *Le Long* p. 281. col. 2. B. Index Biblior. Wernigerod. p. 53. *Goezius* l. c. p. 38.

e) ibid. col. 2. C.

f) *Le Long* p. 281. col. 2. E. Index Sotomajoris p. 117. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 48. n. 222.

g) *Le Long* p. 282. col. 1. B.

„Ieſu Chriſti Novum Teſtamentum, ſive foedus. Ex officina Franciſci Stepha-„ni.„ M. D. LXVII. h).

[II] * Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti juxta Vulgatam editionem majori quam antehac — ob omnium oculos ponuntur. Genevae apud Petrum Santandreanum. M. D. LXXXIII. 8. i).

[III] * Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti juxta Vulgatam editionem. — Apud Petrum Santandreanum. M. D. CXIV. Fol. k).

[IV] * Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti. — Apud Petrum Santandreanum. M D C XIV. 8. l).

§. CXXIII.

Biblia Latina Lugduni.

[I] * Biblia Latina cum figuris et deſcriptionibus chorographicis Lugduni 1561. 8. m).

[II] * Biblia Latina cum figuris et deſcriptionibus chorographicis. Lugduni Claudii de Huſchia, absque anno. 8. n).

[Ita *Le Long*. Sed typographi nomen integritati reſtituendum eſt. Nomen ejus eſt *Claudius de Huchin* o).

§. CXXIV.

Biblia Latina Pariſiis.

Goult. * Biblia Latina. Pariſiis Joannis Goult 1537. p).

[Prohibetur editio, ſicuti omnes ad *Stephani* editiones formatae, in indice *Sotomajoris*. Ubi Typographus tamen *Goule* nominatur q).

§. CXXV.

Biblia Latina Pariſiis.

[I] Regnault. * Biblia cum duplici translatione et ſcholiis Pariſiis Petri Regnault 1540. Fol.

Hanc editionem memorat Index expurgationis, quam videre mihi non contigit r).

[Editio quam maxime ſuſpecta, circa quam auctor humani quid paſſus eſſe videtur. Index expurgatorius tantummodo haec habet: *Biblia impreſſa Pariſ.*

h) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 385.

i) *Le Long* p. 282. col. 1. C. Index Biblior. Wernigerod. p. 56. Bibliotheca Biblica Brunſwic. p. 69 n. 147.

k) *Le Long* p. 283. col. 2. B.

l) *Le Long* ibid.

m) *Le Long* p. 281. col. 2. C.

n) *Le Long* p. 253. col. 2. D.

o) Catalog. biblioth. Baumgart. p. 50. n. 251.

p) *Le Long* p. 256. col. 2. D.

q) Index libr. prohib. et expurgand. Sotomajoris p. 117. col. 2.

r) *Le Long* p. 257. col. 2. C. Index Sotomajoris p. 117. col. 2.

riſ. per Petrum Regnault, ſub ſcuto Colonienſi 1540. De duplici vero translatione nullum ibi exſtat Veſtigium. Nec, quantum nobis quidem ſcire licet, ante annum 1545. quo *Robertus Stephanus* Biblia Latina ex duplici tralatione Vulgata et Tigurina primum edidit, ulla proſtat, quae duplicem habeat verſionem, editio.

* Biblia Latina. Pariſiis Petri Regnault 1540. 8. s). [II]

Biblia impreſſa Pariſiis in officina Petri Regnault 1541. 8. t). [III]

* Biblia Latina. Pariſiis Petri Regnault 1542. 16. V. Vol. u). [IV]

* Biblia Latina cum annotationibus Roberti Stephani. Pariſiis Petri Regnault 1543. 8. x). [V]

[Omnes hujus typographi editiones ſibi invicem reſpondere, et ad *Roberti Stephani* ſecundam anni 1532. effigiatas eſſe, ex hac ultima conjiciendum eſt.

§. CXXVI.

Biblia Latina Salmantiae.

* Biblia latina ex duplici translatione, una Vulgata et altera Vatabli, ſtudio doctorum Salmanticenſium cum annotationibus ejusdem Vatabli, ab iisdem Doctoribus emendatis Salmanticae, Gaſpari a Portanariis 1584. Fol. II. Vol. **a Portonariis.**

Altera verſio Vatabli non eſt, ſed Tigurina ſacrae Inquiſitionis Iuſſu, quibusdam locis pauciſſimis recognita. Annotationes potius ſunt Roberti Stephani juxta editionem Pariſienſem Anno 1545.

Tertia, (inquit Laurentius Beyerlinck) y) Franciſco Vatablo adſcribitur, et hoc nomine commendatur a Roberto Stephano in editione ſua Bibliorum anno Domini 1545. Veriùs tamen translationis iſtius Architectus exiſtimatur Leo Iudas, (*vel potius* Iudae). Et hanc quoque uno atque altero errore quoad Textum, pluribus vero circa notas repurgatam a generali Inquiſitionis Regio Senatu in Hiſpanis reperi z).

[Plura de hac editione vide infra inter Verſiones ex Hebraeo.

§. CXXVII.

Biblia Latina Venet.

* Biblia Latina. Venetiis Bernardini Stagnini 1538. 8. a). **Stagninus.**

[In fronte libri legitur: „Venundantur in taberna libraria D. Bernardini„ qui ad calcem vocatur *Bernardinus Stagninus.* Editio quidem ad *Stephani* ſecun-

s) *Le Long* ibid.
t) Index Sotomajoris p. 119. col. 1.
u) *Le Long* p. 258. col. 1. E.
x) *Le Long* p. 259. col. 2. C. Index Sotomajoris p. 119.
y) praefat. Bibliorum variarum translationum.
z) *Le Long* p. 264. col. 2. B.
a) *Le Long* p. 256. col. 2. E.

ſecundam effigiata eſt, verum *Stagninus* non *Stephani* editionem immediate ſequutus eſt, ſed editionem Lugdunenſem *Georgii Boulle* anni 1537. recuſam dedit.

§. CXXVIII.

Biblia Latina Venet.

[I] Itachem. * Biblia Latina. Venetiis Petri Itachem et Magnantii 1542. Fol. [b]).

[Prohibetur editio in Indice librorum prohibitorum et expurgandorum *Sotomajoris*.

[II] * Biblia Latina cum Novo Teſtamento ex Verſione Eraſmi Roterod. Venet. 1578. 4. [c]).

[Iungimus praecedentibus hanc editionem, quae ex editione Lipſienſi *Wolrabi* derivata videtur, adeoque textum habet Stephanianum.

§. CXXIX.

Novum Bibliorum genus.

Ad Stephanianas editiones refertur plerumque Bibliorum genus, quod anno 1532. natum et ſequentibus temporibus frequentiſſime renatum eſt. Textus maxima ex parte ex *Stephani* prima eſt exſcriptus. Marginalia vero ſeu argumenta non omnia ſunt *Stephani*, ſed mutata, de novo adjecta, vel aliunde petita. Prolegomena ſunt ex *Stephani* Bibliis, ſed modo ab initio praeponuntur; modo ad calcem, uti viſum eſt typographo adjiciuntur. Brevior accedit nominum Hebraicorum interpretatio, ab illa *Stephani* longe diverſa, quae *Rudelii*, et ex editione ejus Colonienſi mutuo ſumta videtur. Quis vero primus horum Bibliorum editor fuit, incertum eſt. Prima editio prodiit ex officina *Melchioris* et *Caſpari Trechſel*, quorum in officina circa idem tempus *Michael Servetus* correctoris munere functus eſt. Fortaſſis idem eſt, cui hoc Bibliorum genus debetur.

§. CXXX.

Biblia Latina Lugduni.

Trechſelius. * Biblia ſacroſancta Veteris et Novi Teſtamenti, juxta vulgatam et conſvetam editionem tum ad Hebraicam veritatem, tum ad vetuſtiſſimorum ſimul et emendatiſſimorum voluminum fidem, poſt omneis omnium editiones, ſtudioſiſſime caſtigata ſimul et recognita, ac a mendis quam plurimis, quae ſciolorum incuria foediſſime irrepſerant, maximo cum negotio repurgata: additis ad ſingula capita perbrevibus quidem argumentis, ſed citiſſime concinnatis, una cum fideliſſima vocum hebraicarum interpretatione. Ex officina Melchioris et Caſparis Trechſel fratrum. Lugduni M.D.XXXII. 8. [d]).

[Recen-

b) *Le Long* p. 258. col. 2. A.
c) *Le Long* p. 263. col. 2. E.
d) *Le Long* p. 256. col. 2. A.

[Recenſet editionem typographorum, quos Auctor noſter per errorem *Treſchel* appellat, *Baumgartenius*, et emendationes textus ad *Stephani* primam refert. Typographi, qui non Lugduni, ſed Viennae vixerunt, de novo typographiam inſtruxerunt, novosque Characteres ſibi compararunt, quos itaque edendis Bibliis conſecrarunt. Prolegomena praemittuntur, et quidem Hieronymi prologi in omnes libros V. et N. T. qui conjunctim ab initio expreſſi ſunt. Marginalia pleraque de novo ſunt appoſita. Accedit tertius Macchabaeorum liber, una cum breviori hebraicarum vocum interpretatione. Saepius alii typographi eandem recuſam dederunt editionem, ſed varia in prolegomenis mutarunt, ut propius editio ad Stephanianas accederet e).

§. CXXXI.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia ſacroſancta Veteris et Novi Inſtrumenti, juxta Vulgatam et conſvetam aeditionem, tum ad Hebraicam veritatem, tum ad vetuſtiſſimorum ſimul et emendatiſſimorum voluminum fidem, poſt omneis omnium aeditiones, ſtudioſiſſime caſtigata ſimul et recognita, et a mendis quam plurimis maximo cum negotio repurgata. Additis ad ſingula capita perbrevibus argumentis, fideliſſimaque vocum Hebraicarum interpretatione feliciter immo etiam perneceſſarie poſtpoſita. Veneunt Lugduni apud Iacobum Giunti Anno M. D. XXXV. 4. f). [I] Iuntae.

[Recenſetur editio ab Auctore noſtro, in dubium vero a *Baumgartenio* vocatur, et quidem exinde, quod in praefatione editionis anni 1536. editor teſtetur, ſe prima vice Biblia ſacra edere. Verum ejus modi praefationes ſine ulla immutatione poſterioribus editionibus iterum praemittere, a typographorum conſvetudine non plane alienum eſt g).

* Biblia ſacroſancta Veteris ac Novi Inſtrumenti juxta Vulgatam et conſvetam aeditionem — Veneunt Lugduni apud Iacobum Giunta Anno M. D. XXXVI. 8. h). [II]

[Tam accurate ad *Trechſelli* editionem formata, ut paginae paginis reſpondeant, utraque habet paginas 506. i).

* Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis ad Hebraicam veritatem et probatiſſimorum exemplarium fidem. Cum argumentis, indice et hebraicorum nominum interpretatione. Lugduni apud Iacobum Giunta Anno M. D. XLII. 8. k). [III]

[Quatuor hujus anni ab auctore noſtro recenſentur editiones Lugdunenſes: *Iuntae*, *Boullii*, *Hugonis a Porta* et *Theobaldi Pagani*. Ultima vero eadem eſt,

e) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol 10. p. 189.

f) *Le Long* p. 256. col. 2 C.

g) *Sotomajoris* index libr. prohib. p. 118. col. 2.

h) *Le Long* p. 256. col. 2. D.

i) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 13.

k) *Le Long* p. 258. col. 2. A.

eſt, quae *Iuntae* Bibliopolae tribuitur: ad calcem enim legitur: *typis Theobaldi Pagani.* Textus et argumenta ſunt ex editione *Trechſelii*, unde et interpretatio nominum Hebraicorum mutuata eſt. Prolegomena vero ſunt ex editionibus *Roberti Stephani.*

[IV] * Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis. — Lugduni apud Haeredes Iacobi Iuntae 1546. 8. l).

[V] Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis ad Hebraicam veritatem — Lugduni apud Iacobum Giunta M D. XLVIII. 8.

Ad calcem. Excudebat Theobaldus Paganus. Lugduni m).

[VI] * Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis — Lugduni apud Haeredes Iacobi Giuntae 1549. 8. n).

[Auctor noſter hanc editionem *Theobaldo Pagano* adſignat, cujus typographi nomen ad calcem operis expreſſum eſt.

[VII] * Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis — Lugduni apud Haeredes Iacobi Giuntae 1551. 8. o).

[VIII] * Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis — Lugduni apud Haeredes Iacobi Giuntae 1561. 8. p).

§. CXXXII.

Biblia Latina Lugduni.

[I] **Vincentii.** * Biblia utriusque Teſtamenti juxta receptam eamque emendatiſſimam tranſlationem, cum interpretationibus Graecarum Hebraicarum Chaldaicarumque dictionum, Indiceque rerum omnium copioſiſſimo. Recens omnia emendata. Lugduni in aedibus Antonii Vincentii. M. D. LX. 8. maj. q).

[Editio typis minutioribus gothicis et diviſis columnis impreſſa. In verſa tituli pagina exſtat, 1) Ad divinarum litterarum verarumque divitiarum amatores exhortatio, ex antiquioribus editionibus. Sequitur 2) ad Lectorem diſtichon; 3) ad ſacrarum literarum ſtudium exhortatio ex ſacris litteris; ex Editione Rob. Stephani anni 1532. 4) Haec docent ſacra Bibliorum ſcripta, ex eadem editione. 5) Ordo librorum ſacrae ſcripturae, qui hucusque ſervatur in veteri tranſlatione ab Eccleſia recepta. 6) Epiſtola Hieronymi ad Paulinum. 7) Ejusdem praefatio in Pentateuchum. 8) Verſus memoriae iuvandae gratia omnes utriusque teſtamenti libros omnes referentes: Geneſis, Exo. Levi. Numerorum. Deuteronomi. &c. Textus ipſe ſequitur editionem *Trechſelii:* ſupra commemoratam; et rariora habet in V. T. frequentiora in N. T. loca parallela. Tertius Macchabaeorum liber hic exhibetur. Gen. III. lectio antiqua

l) *Le Long* pag. 261. col. 1. 8.
m) Bibliotheca Biblica Brunſwic. p. 63.
n) *Le Long* p. 261. col. 2. C.
o) *Le Long* p. 261. col. 2. E.
p) *Le Long* p. 262. col. 1. D.
q) *Le Long* p. 280. col. 1. D.

Digitized by Google

tiqua *ipſa* locum ſuum obtinet, in margine vero notatur: *Hebr. ipſum.* Quo itaque jure editor ad Proteſtantium numerum cum Auctore noſtro referendus ſit, ignoramus. Accedunt ad eaſdem Interpretationes praecipuorum et propriorum Hebraicorum Chaldaicorumque nominum, juxta alphabeti ſeriem ad Hebraicam veritatem accuratiſſime emendatae per *Sebaſt. Münſterum*, et in univerſa Bibliorum volumina ſyllabus copioſiſſimus, quicquid obſervatione dignum in ipſis tractatur, quanta potuit fieri brevitate complectens. Utraque appendix non eſt *Roberti Stephani;* ſed index eſt *Brunonis*, emendatior et locupletior redditus. Addit noſter Auctor editionem: *Venetiis Antonii Vincentii* 1540. *eadem editio.* Ad calcem totius operis notatur: *Lugduni ex officina Dionyſii Harſii. Menſe Martio.* M. CCCCC. XL.

Biblia utriusque Teſtamenti — Lugduni in aedibus Antonii Vincentii M. D. XLII. 8. minor. [II]

Editio iterata minori typo et in minori forma expreſſa.

* Biblia utriusque Teſtamenti — Lugduni in aedibus Antonii Vincentii M. D. LV. 8. minor. [III]

* Biblia utriusque Teſtamenti — Lugduni in aedibus Antonii Vincentii M. D. LVI. 8. min. [IV]

Minutioribus characteribus, verſibus numerorum diſtinctione notatis. Eadem eſt prorſus editio.

Ex Monitione Typographi: „Biblia ſacra quum jam non ſemel variis tum „typis tum formis emiſerim, ſicque paſſis ulnis accepta, ut ne unum quidem „aut alterum nobis ſupereſſet exemplar — id operis minutioribus quam antea „unquam excudi placuit characteribus. — Deinde quae ad ſacrarum ſenſum „literarum pertinere viſa ſunt non omiſſurus, Hebraeorum ſequutus morem, „verſus quoslibet notandos curavi — quo ſenſu ipſa certis diſtincta verſibus „clarius innoteſcerent, et minori negotio linguae ſanctae candidati concordan-„tias, Commentaria &c. conſulere poſſent.„

Utraque editio prima eſt his diſtincta verſibus; jam vero, anno ſcilicet 1551. Novum Teſtamentum Graecum cum duplici verſione Latina, verſibus diſtinxerat et emiſerat in lucem Robertus Stephanus, harum diviſionum auctor, ut refert Henricus ejus filius in praefat: Concordantiarum Graecarum Novi Teſtamenti Graeci; idem Concordantias Bibliorum juxta hujusmodi verſuum diſtinctionem hoc anno edidit r).

* Biblia utriusque Teſtamenti — Lugduni in aedibus Antonii Vincentii M. D. LXVI. 8. s). [V]

* Biblia

r) *Le Long* p. 280. col. 2. D. s) ibid. col. 2. E.

Digitized by Google

[VI] * Biblia utriusque Teſtamenti — Lugduni in aedibus Barth. Vincentii et Antonii Vincentii 1568. 8. [t]).

[Secundum auctorem noſtrum Bibliis a Proteſtantibus editis annumeranda.

[VII] * Biblia utriusque Teſtamenti — Lugduni in aedibus Barth. Vincentii 1583. 8. [u]).

[Et haec editio ab auctore noſtro, iis, quae a Proteſtantibus emiſſae ſunt, annumeratur. Editiones Vincentiorum figuris ornatae ſunt.

§. CXXXIII.

Biblia Latina Lugduni.

Boulle. * Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis ad Hebraicam veritatem et probatiſſimorum exemplarium fidem. Cum argumentis, Indice et Hebraicorum nominum interpretatione. Lugduni apud Guilelmum Boulle 1542. 8. [x]).

[Textus et Argumenta editiones archetypas anni 1532. ſequuntur. Tertius vero Macchabaeorum liber eliminatus eſt. Praemittuntur ab initio ex *Stephani* editionibus. Ad ſacrarum litterarum ſtudium exhortatio ex ſacris litteris; Index teſtimoniorum, Hieronymi tres prologi, reliqui vero ſingulis libris additi ſunt. In fine extat brevior illa nominum Hebraicorum interpretatio, et ex *Stephani* editionibus ſumma totius ſacrae ſcripturae, et ordo librorum, quibus accedit Summa omnium, quae continentur in ſacris Bibliis his paucis verſibus complexa.

§. CXXXIV.

Biblia Latina Lugduni.

[I] a Porta. * Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis ad Hebraicam veritatem et probatiſſimorum exemplarium fidem. Cum Argumentis, Indice et Hebraicorum nominum interpretatione. Lugduni apud Hugonem a Porta 1542. 8. [y]).

[Ad calcem: *Gaſpar Trechſel* excudebat Viennae. Unde *Baumgartenius*, *Michaelem Servetum* ſeu Villanovanum, qui Viennae *Pagnini* verſionem A. 1542. edidit, et hanc editionem procuraſſe conjicit. Editio ad archetypas anni 1532. effigiata eſt. Index vero Teſtimoniorum, brevior interpretatio nominum hebraicorum, ſumma totius ſacrae ſcripturae et ordo librorum Veteris et Novi Teſtamenti, ultima occupant voluminis folia [z]).

[II] * Biblia Latina. Pariſiis et Lugduni. Hugo a Porta 1544. 8. [a]).

* Biblia

t) *Le Long* p. 281. col. 2. E.
u) *Le Long* p. 282. col. 1. C.
x) *Le Long* p. 258. col. 2. A.
y) *Le Long* p. 258. col. 2. A.
z) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 378.
a) *Le Long* p. 259. col. 2. D.

* Biblia Latina Lugduni Hugonis a Porta 1545. 8. b). [III]

* Biblia Latina Lugduni Hugonis a Porta 1546. 8. c). [IV]

§. CXXXV.

Biblia Latina Lugduni.

* Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis ad Hebraicam veritatem et probatiſſimorum exemplarium fidem. Cum Hebraicorum nominum Interpretatione. Lugduni apud Iacobum de Millis 1551. 8. d). [I] de Millis.

[In fine operis notatur nomen typographi: „Typis Joannis Pullon alias „de Trin.„ Editio in omnibus ſimilis eſt *editioni Hugonis a Porta* Anni 1542.

* Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis — Lugduni apud Iacobum de Millis 1556. 8. e). [II]

[Excudente Joanne *Pullon* alias *de Trin.*

* Biblia ſacra ex poſtremis doctorum omnium vigiliis — Lugduni apud Iacobum de Millis 1558. 8. f). [III]

[Excudebat *Joannes Pullon* alias *de Trin.* Auctor noſter hanc editionem ſine nomine editoris et typographi producit g).

§. CXXXVI.

Biblia Lat. Lugduni.

* Biblia ſacra ex poſtremis doctorum vigiliis ad hebraicam veritatem et probatiſſ. exemplarium fidem, cum Hebraicorum nominum interpretatione. Lugduni apud Guiliel. Rouillium M. D. LXII. 8. h). [I] Rouillius.

[Prima hujus typographi editio, quae ad praecedentes ſive *Giuntae* ſive *de Millis* formata eſt i).

* Biblia ſacra ad optima quaeque Veteris et Vulgatae translationis exemplaria ſumma diligentia parique fide caſtigata. Cum Hebraicorum Chaldaeorum et Graecorum nominum interpretatione. Lugduni apud Guiliel. Rouillium M. D. LXVII. 8. k). [II]

[Eodem hoc anno *Tornaeſius* Lugduni Biblia edidit hiſce ſimilia, quae eundem fere ex verbo titulum habent, interim diverſae ſunt editiones. *Tornaeſii* habet paginas 1152. *Rouillii* vero 1176. Prolegomena ſunt ex editione *Stephani,* reliqua vero cum priori hujus typographi editione conſentiunt l).

b) id. p. 260. col. 2. C.
c) id. p. 261. col. 1. A.
d) *Le Long* p. 261. col. 2. E.
e) Id. p. 262. col. 1. B.
f) Id. p. 262. col. 1. C.
g) Merckwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 407.
h) *Le Long* p. 281. col. 2. C.
i) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 131.
k) *Le Long* p. 281. col. 2. E.
l) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 383. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 40.

§. CXXXVII.

Biblia Latina Lugduni.

[I] Pagani. * Biblia Latina. Lugduni. Theobaldi Pagani 1542. 8.

[II] * Biblia Latina. Lugduni. Theobaldi Pagani 1549. 8. m).

[Recenſentur quidem hae editiones ab Auctore noſtro, ſed non diverſae ſunt ab iis, quae ſupra ſub *Iuntarum* nomine §. CXXXI. deſcriptae ſunt. *Theobaldus* enim *Paganus Iuntarum* impenſis ſacra expreſſit Biblia.

§. CXXXVIII.

Biblia Latina Lugduni.

[I] S. typogr. * Biblia Latina, ad quorum calcem legitur: Biblia quibus hactenus uſa eſt Eccleſia Latina Lugduni 1536. Fol.

Eadem forſan editio ac praecedens n).

[Haec ſunt, quae auctor noſter de hac editione tradit. Reſpicit vero editionem *Joannis Criſpini, in aedibus Vincentii de Portonariis*, atque hanc cum illa eandem eſſe judicat. Verum diſtinguendae ſunt editiones. *Criſpini* enim accurate ſequitur *Stephanum;* haec vero *Trechſelii* editionem anni 1532.

[II] * Biblia. Bibliorum opus ſacroſanctum, vulgatis quidem characteribus, ſed incredibili ſtudio diligentique ad primaevum receptae per Eccleſiam Romanam aeditionis Candorem revocatum, adhibitis per omnia quam pluribus fide dignis exemplaribus, nec praetermiſſis utriusque Teſtamenti Canonumque concordantiis, ac fidelius, quam ubivis impreſſum, et accurate caſtigatum, cum exactiori Hebraeorum tabula ad capita et libros reddita, cumque altero inſignium rerum totius operis Indice. Acceſſit etiam tertius Macchabaeorum liber noviſſime additus, quem priores impreſſiones non habebant (Lugduni 1541.) Fol.

Ad calcem legitur: Biblia ſacra juxta veterem translationem, qua huc usque latina utitur Eccleſia, ex antiquiſſimis et recentioribus exemplaribus diligentiſſime collatis fideliter reſtituta et excuſa. Lugduni. A partu Virginis 1541. absque nomine typographi o).

[Bis auctor noſter eandem recenſet editionem, et modo illam iis, quae ab Editoribus Catholicis, modo illis, quae a Proteſtantibus evulgatae ſunt, annumerat. Utraque editio anni 1536. et 1541. ad unam archetypam expreſſa eſt, nimirum *Trechſelii* anni 1532.

[III] * Biblia Latina. Lugduni ſine nomine typographi 1540. 8. p).

[Quoad titulum, paginarum numerum, typorum formam, quin et internam oeconomiam accurate conſentit cum editione *Trechſelii* anni 1532.

§. CXXXIX.

m) p. 258. col. 2. A. et p. 261. col. 2. C.
n) *Le Long* p. 280. col. 1. B.
o) *Le Long* p. 257. col. 2. D. p. 280. col. 1. E.
p) *Le Long* p. 280. col. 1. D.

§. CXXXIX.

Biblia Latina Salmanticae.

* Biblia Latina ex recognitione Dominici de Soto. Salmanticae, Andreae a Portonariis 1555. 8. a Portonariis.

Horum correctio, uti legitur in indice librorum expurgandorum ſub voce Biblia, ſive recognitio falſo imponitur Fratri Dominico de Soto Segovienſi, Theologo. Ord. Praedicatorum q).

[Titulus hujus editionis idem eſt ac in pluribus praecedentibus: Biblia ſacra ex poſtremis doctorum vigiliis ad Hebraicam veritatem &c. Ipſa editio accurate reſpondet Iuntarum editioni anni 1548.

§. CXL.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Venetiis 1540. 4. r). [I]

Iuntae.

* Biblia Latina. Venetiis apud Iuntas 1550. 4. s). [II]

[Conjungimus haſce editiones, quae ſibi externa forma ſunt ſimiles, atque priorem ex eadem typographia prodiiſſe judicamus, dum ſine nomine typographi exiit.

§. CXLI.

Biblia Latina Venetiis.

* Biblia Latina. Venetiis 1540. 8. t). [I]

de Albertis.

* Biblia Latina. Venetiis. Bart. de Albertis ad inſigne ſpei 1544. 8. u). [II]

Biblia utriusque Teſtamenti, ſumma cura ac diligentia et collatione multorum ac emendatiſſimorum exemplarium, quam caſtigatiſſime fieri potuit, excuſa. Cum indice Epiſtolarum ac Evangeliorum totius anni, nec non argumentis in ſingula capita per commode adjectis. Venetiis ad ſignum ſpei M. D. XXXXVIII. 8.

Cum indice rerum ex editionibus *Roberti Stephani* x).

§. CXLII.

Emendatores Bibliorum Latin.

Solertiſſimum ſtudium, quod *Robertus Stephanus* reſtituendae verae Verſionis Latinae lectioni conſecravit, et alios viros doctos, ut idem cum ipſo ſibi ſumerent negotium, excitavit. Hi cum *Robertum Stephanum* odium Theologorum inprimis annotationibus, editionibus in margine adſcriptis contra ſe provocaſſe viderent, feliciori ſucceſſu idem negotium expedire, Nova emendatio.

 Biblia-

q) *Le Long* p. 262. col. 1. A.
r) *Le Long* p. 257. col. 2. C.
s) *Le Long* p. 261. col. 2. E.
t) *Le Long* p. 257. col. 2. C.
u) Id. p. 259. col. 2. D.
x) Catal. Biblioth. *Baumgart.* p. 48. n. 212.

Bibliaque Latina ab erroribus falſisque lectionibus repurgata reddere conati ſunt. In numero horum ſunt *Iſidorus Clarius* Venetus, et *Johannes Benedictus* Pariſienſis, qui multo labore et indefeſſo ſtudio Bibliis Latinis emendandis inſudarunt. Quibus accedit *Franciſcus Gryphius* Pariſienſis typographus, vir doctus, qui, quamvis non ad ipſos fontes acceſſerit, tamen variis ex editionibus, eas collegit, quae ſibi viſae ſunt, optimae Lectiones. Verum et hos viros ſpes fefellit. Neque odium Theologorum, neque curae novae Vulgatae dicatae auctoritatem et famam editionum Stephanianarum diminuere potuerunt; cum ipſa Eccleſia Romana editionibus Stephanianis praemiſſo nomine *Hentenii* maximam conciliaret auctoritatem. Ipſa vero *Iſidori Clarii* editio cenſura Eccleſiae Romanae notata eſt, et prohibitorum librorum Index ei notam adſcribi jubet: *Horum Bibliorum textum nemo textum Vulgatae Editionis eſſe exiſtimet*, qua cenſura *Clarii* Biblia extra terminos eccleſiae eliminantur. Nec felicior *Johannis Benedicti* fuit ſucceſſus. Biblia ab ipſo edita libris expurgandis ab Eccleſia Romana adſcripta ſunt. *Franciſcus* denique *Gryphius* vix inter illos, qui emendandae verſioni Latinae operas conſecrarunt, innotuit. Interim, quicquid judicet Eccleſia, ut editiones ab hiſce viris editas recenſeamus, eſt noſtri officii.

§. CXLIII.

Biblia Latina Benedicti.

[1] Pariſiis. * Biblia ſacra juxta vulgatam, quam dicunt editionem, a mendis, quibus innumeris partim ſcribarum incuria, partim ſciolorum audacia ſcatebat, ſumma cura parique fide repurgata atque ad priſcorum probatiſſimorumque exemplarium normam, adhibita interdum fontium authoritate, reſtituta, annorum a mundo creato ad Chriſtum natum computo illuſtrata. Pariſiis ex officina Simonis Colinaei pro Galeato a Prato 1541. Fol.

Cum brevi praefatione Joannis Benedicti ejusque ſcholiis ad marginem. *Ex praefatione.* „Miror cur tanta ſcriptorum in tractandis tranſcribendisque ſacris atque adeo ſcriptis divinis hactenus fuerit incuria, ut tot reperiantur exemplaria, quot codices. Quibus ſi non brevi occurratur, rediens tandem Hieronymus, et quiſquis optimus interpres, quae nobis integra terſaque reliquerunt, negabunt eſſe ſua. Huic autem morbo utcumque mederi volentes, quos potuimus vetuſtiſſimos et ſcriptos manu et impreſſos inter ſe codices, et illos tandem cum Hebraeis Graecisque contulimus, ut veriorem editionis noſtrae ſenſum integritati ſuae reſtitueremus. Nec tamen tantum vetuſtati tribuimus, quin Eccleſiae uſum, et qui paſſim legitur et cantatur in templis textum pro captu reformaremus, Collatis igitur Latinis codicibus cum Hebraeis, qui nobis ex Hebraeo canone traduntur, atque cum Graecis, qui tantum Graece leguntur, differentias annotavimus, aſteriſco, inquam, in quibus Latina a peregrina deficit editio, obelo in quibus abundat; ſcholiis vero doctorum ſuper difficillimis locis literis a. b. c. &c.„

Inutile

Inutile foret (inquit Rich. Simon) [y]) alia hujus editionis loca perveſtigare. In ea enim nullae recenſitae ſunt variae lectiones, nulla proinde certa ineſt reformationis regula, utilis tamen poteſt eſſe iis, qui noſcere cupiunt, in quo Vulgata Latina ab Hebraeo in Vetere Teſtamento, et a Graeco in Novo diſcrepet. Nam praeter obelos et aſteriſcos, nova ab auctore appoſita eſt in margine translatio verborum, quae in noſtra vulgata non ſatis ad litteram reddita fuiſſe arbitratus eſt. Verum hae correctiones non omnes tanquam mendae in Vulgata ſunt habendae, namque ad novas ut plurimum Latinas Bibliorum verſiones ex Hebraeo Graecoque factas, ſine ulla neceſſitate corrigit atque reformat [z]).

[*Joannes Benedictus*, Normannus, Th. D. *Roberti Stephani* aemulus, et ut ſibi ipſi viſus eſt, *Hieronymi*, aut *Origenis* imitator, multo labore et ſtudio Bibliorum Latinorum editionem adornavit, et non uti *Stephanus* veras Verſionis Lectiones collatione plurium Codicum eruere et indagare allaboravit, verum Verſionem Vulgatam ad Textum authenticum revocare, eamque emendatiorem reddere conatus eſt. Quo quidem in negotio non omne tulit punctum, ſed Biblia, quae adornauit, Eccleſiae ſuae adeo ſe minus probarunt, ut potius Indici librorum expurgandorum et prohibitorum inſerta ſint. Continent *Benedicti* editiones Librum tertium et quartum Eſdrae, indices teſtimoniorum. Argumenta capitum, interpretationes nominum Hebraicorum &c. et indicem rerum et ſententiarum, quae exceptis Eſdrae apocryphis ex editione *Roberti Stephani* anni 1540. hauſta ſunt. Prima haec editio reliquis eſt imperfectior. Deſiderantur ſcholia ſeu annotationes ſelectae ex ſacris doctoribus, et index ſcholiorum, quae ſequentibus acceſſere editionibus [a]).

* Biblia ſacra juxta vulgatam, quam dicunt editionem — Pariſiis apud Carolam Guillard ſub ſole aureo et Guilielmum Desbois in cruce alba via ad Divum Jacobum. Excudebat Carola Guillard. 1549. Fol. [b]). [II]

[Cum ſcholiis ſeu ſelectis annotationibus ex ſacris doctoribus.

* Biblia ſacra juxta Vulgatam, quam dicunt editionem — Pariſiis Carolae Guillard et Guillelmi Desbois 1552. Fol. [c]). [III]

[Editio ſuperior iterata, quam *Benedictus Praevotius* typis exſcripſit.

* Biblia ſacra juxta Vulgatam, quam dicunt, editionem — Pariſiis apud Haeredes Carolae Guillard 1558. Fol. [d]). [IV]

[Excudente Benedicto Praevotio. Tres poſteriores editiones ſibi ſunt ſimillimae, eademque habent prolegomena, Scholia, ſeu annotationes et appendicem.

* Biblia

y) Hiſt. crit. Verſion. N. T. cap. II. p. 143. 144.

z) *Le Long* p. 257. col. 2. E.

a) *Maittaire* annal. typogr. tom. 3. part. 1. p. 324.

b) *Le Long* p. 261. col. 2. C. *Maittaire* l. c. tom. 3. part. 3. p. 573.

c) *Le Long* p. 262. col. 1. A.

d) *Le Long* p. 262. col. 1. C.

[V] * Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti, juxta vulgatam quam dicunt editionem: Joannis Benedicti Theologi induſtria accurate recognita et emendata, Annorumque a mundo condito, ad Chriſtum usque natum ſupputatione illuſtrata. Adjectis ad ſingula quaeque capita brevibus argumentis, et ad finem voluminis Hebraicarum Graecarum, caeterarumque peregrinarum vocum interpretationibus. Tribus item indicibus; quorum primus ſententias in toto contextu Bibliorum maxime inſignes, ſecundus ea, quae in ſcholiis notatu digniſſima occurrunt, aliis plurimis annexis, his ſignis annotatis [ ] ad clariorem ſententiarum enunciationem: tertius locorum illuſtrium nomina comprehendit atque explanat. Porro characteres ſeu ſigna, quae legenti paſſim occurrent, epiſtola nuncupatoria tertio abhinc folio manifeſtabit. In hac autem editione omnium ultima et accuratiſſima, praeter illa quae in aliis omnibus inveniuntur, haec quatuor ſunt adjecta: ſcilicet commentariorum accurata recognitio et amplificatio: Tertius liber Macchabaeorum. Eruditus atque copioſus ſententiarum et rerum tam veteris quam novi Teſtam. index, qui diligentibus tam majorum quam minorum concordantiarum loco eſſe poterit. Denique exquiſita ſtromata in univerſum corpus biblicum quadruplici tum materia tum libro diſtincta, in quibus propoſita chriſtianae religionis hoc tempore ex ipſo verbo Dei explicantur et diſſolvuntur. Authore Renato Benedicto Andegavo, Doctore Theologo Pariſienſi, Lutetiae apud Jo. Macaeum ſub ſcuto Britanniae 1564. Fol. e).

[In fine operis: Excudebat Floricus Prevoſt anno domini 1564. die vero ultimo Maji. Editio prioribus longe locupletior, uti ex ipſo ejus rubro ſatis apparet.

[VI] * Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti — Lutetiae apud Jo. Macaeum ſub ſcuto Britanniae 1566. Fol. f).

[Eadem editio ac praecedens. Bibliopola propter editionem anni 1565., priori editioni novum dedit titulum, ad calcem vero annus 1564. expreſſus eſt.

[VII] * Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti cum ſcholiis Joannis Benedicti ex ultima editione eaque caſtigatiſſima, nempe ad fontes de integro collata. Pariſiis apud Guillelmum Merlin, Guillelmum Deſbois et Sebaſtianum Nivelle 1565. Fol. g).

[Bibliopolarum ſocietas editionem a *Renato Benedicto* reviſam emendatamque, iterum praelo ſubjecit, unde *Macaeus* priori editioni novum, ut recentior hac videretur, dedit titulum. Bibliopolae poſteriores vero eandem viam ingredientes, et hanc anno ſequenti novo exornarunt titulo.

* Biblia

e) *Le Long* p. 262. col. 1. E.
f) *Le Long* p. 262. col. 2. B. Biblioth. biblica Brunſwic. p. 66.
g) *Le Long* p. 262. col. 2. A.

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti cum ſcholiis Joannis Benedicti. Pariſiis, Merlin; 1567. Fol. [VIII]

Eadem editio ac anni 1565. [h]).

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti juxta Vulgatam editionem ab aliquibus Theologis Pariſienſibus accurate recognita et emendata; Annorumque a mundo condito — In hac autem editione omnium poſtrema praeter illa quae in aliis inveniuntur — Acceſſit tertius Macchabaeorum liber — Pariſiis apud Sebaſtianum Nivellum, ſub Ciconiis, Via Iacobaea 1573. Fol. [IX]

Cum praefatione Iacobi Fabri Doctoris Sorbonnici et Scholiis Joannis Benedicti ad marginem.

Ex praefatione, quae adverſus ſectarios inprimis ſcripta eſt: „Iam vero ut inſtituti noſtri habeatur ratio, cum cernerent boni et docti, ſacra biblia ab Haereticis ſaepe violata, truncata ſaepius, interpolata ſaepiſſime, plerisque additis vel detractis, aliis immutatis, inducto ſenſu peregrino et adulterino per commentarios — viam aggreſſi ſumus et rationem demonſtrare, qua ratione et methodo ex Vulgata Verſione Latina, juxta Decreti Tridentini praeſcriptum, verus ſcripturarum ſenſus ſolide juxta ac pure hauriri queat; ſi videlicet ſedulo caſtigata ad ſuos revocetur, repurgatis rivolis, textus et ſcholiorum fontes, unde nobis emanavit illuſtranda &c. [i]).

[Ultima operis editio, ad cujus calcem notatur: Ex chalcographia Nicolai Bruſle; omniumque locupletiſſima et optima, ad editionem a *Renato Benedicto* anni 1564. cujus fere integer titulus ſervatus eſt, formata; attamen a *Iacobo Fabro* de novo reviſa, repurgata, emendata. Qui quamvis, ne quidquam contra Eccleſiae fidem immiſceatur, omni ſtudio cavere allaboraverit; multa tamen admiſit, quae poſteriori tempore atro notanda venerunt lapillo. Ipſa enim haec editio a Doctore Sorbonnico procurata, locum in *Indice* invenit.

§. CXLIV.

Biblia Latina Benedicti.

* Biblia Latina. Lugduni Sebaſtiani Gryphii 1542. 16. [k]).

Lugduni. Sebaſt. Gryphius. [I]

[Formam octavam auctor huic editioni falſo adſignat. Imitatus eſt *Sebaſtianus Gryphius*, Germanus, *Franciſci Gryphii*, qui Pariſiis vixit, frater, *Simonem Colinaeum*, qui forma minori Biblia in plura edidit diſtincta volumina. Volumen primum continet Pentateuchum usque ad librum Ruth; ſecundum quatuor Regum Libros, duo Paralip. Eſdrae IV. et Libros Tobiae, Iudith, Eſther et Iobi; tertium Pſalmos et libros ſapientiales; quartum Prophetas et libros II. Macchabaeorum; quintum denique Novum Teſtamentum. Quoad Textum, ſequuntur editiones *Gryphii*, editiones *Benedicti* [l]).

* Biblia

h) Id. p. 262. col. 2. E.
i) *Le Long* p. 263. col. 1. B.
k) *Le Long* p. 258. col. 2. A.
l) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 133. Biblioth. biblica Brunſviceinſ. p. 60. n. 89.

[II] * Biblia ſacra ad optima quaecunque Veteris, ut vocant tralationis exemplaria ſumma diligentia parique fide caſtigata. His adjecimus Hebraicorum, Graecorum caeterarumque propriarum vocum, cum illarum varia a noſtra prolatione, interpretationem. Indices inſuper tres, quibus res ac ſententiae, Annotationes ex ſacris doctoribus ſelectae locorumque inſignium deſcriptio complectuntur. Lugduni apud Sebaſtianum Gryphium. Anno a Chriſti nato M. D. L. Fol. II. Vol.

Biblia grandioribus nitidiſſimisque typis excuſa, cujus errata quaedam perpauca ex adverſa tituli pagina poſita ſunt. Deinde ſequitur epiſtola Joanni Bellajo Pariſienſium Praeſuli nuncupata.

Ex Epiſtola dedicatoria: „Hac itaque tam ſingularis ac pene incredibilis tuae humanitatis fiducia adductus, ſummisque tuis beneficiis identidem invitatus, rem neque tibi prorſus ingratam, neque ab officio meo prorſus alienam facturus videbar, hanc inſtrumenti utriusque hiſtoriam majoribus auguſtioribusque typis excuſam, Amplitudini tuae conſecrare.„

Haec editio characterum forma et nitore, nulli cedit niſi illi, quae anno 1642. et Typographia Regia prodiit m).

[Editionem hancce ſplendidiſſimam majorem debemus itidem *Sebaſtiano Gryphio*, Germano, qui illam ad editionem *Benedicti* formavit; eamque in octo minora volumina diſtinxit. Accedunt ad calcem eadem, quae in *Stephani* et *Benedicti* editione reperiuntur. In rubro appendicis primae ſeu interpretationis Nominum Hebraicorum &c. legitur quidem: „additis etiam Bibliorum locis, „in quibus ita ſcripta leguntur, qua in re interpretationem, quae in Bibliis „Compluti excuſis erat, fere ſecuti ſumus, adjecta nominibus, quorum proprii „characteres ignorabantur, D littera, quae dubiam eſſe interpretationem ſigni„ficet. Graecis vero G. littera, quae petitam eſſe a Graecis interpretationem „admoneat.„ Sed haec omnia jam a *Stephano* ipſo proveniunt, et ex ejus praefatione: *En Tibi Chriſtiane lector hebraica propria nomina* &c. quae jam editioni ſingulari anni 1537. 8. praemiſſa eſt, hauſta ſunt. Sequitur Index rerum et ſententiarum, et Index ſelectarum ex ſacris Doctoribus annotationum, quae ſtudioſis maxime conferant, veluti quaedam tum Bibliorum textus propugnacula, tum adverſus graſſantes errores antidota. Editio rarioribus a *Freytagio* adnumeratur libris, qui et ejus amplam inſtituit recenſionem, quamvis unde editor ſua hauſerit, ignorarit n).

[III] * Biblia ſacra juxta vulgatam editionem ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Apud Sebaſtianum Gryphium (Lugduni) 1550. V. Vol. 12. o).

[Editio minor, quae textum, variantes lectiones et loca parallela in margine cum editione majori communia habet p).

* Biblia

m) *Le Long* p. 261. col. 2. C.

n) *Freytagii* apparat. litterar. tom. I. p. 144. *Clement* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 144.

o) *Le Long* p. 261. col. 2. E.

p) Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden Vol. 1. p. 406.

* Biblia ſacra juxta vulgatam editionem — Apud Sebaſtianum Gryphium. (Lugduni) 1556. V. Vol. 12. q). [IV]

Biblia ſacra juxta vulgatam editionem ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Lugduni apud Antonium Gryphium 1569. 12. V. Vol. r). [V]

Permulta ſunt, quae in Bibliis *Joh. Benedicti* cenſura notanda invenerunt Cenſores, qui opus multo ſtudio elaboratum ſub examen vocarunt. Singula qui ſcire cupit, Indicem expurgatorium *Sotomajoris* adeat s).

§. CXLV.

Biblia Latina Iſidori Clarii.

* Vulgata Editio Veteris et Novi Teſtamenti, quorum alterum ad Hebraicam, alterum ad Graecam veritatem emendatum eſt diligentiſſime, ut nova editio non facile deſyderetur, et vetus tamen hic agnoſcatur; adjectis ex eruditis ſcriptoribus ſcholiis, ita, ubi opus eſt, locupletibus, ut pro commentariis ſint: multis certe locorum millibus, praeſertim difficilioribus, lucem afferunt, Authore Iſidoro Claro, Brixiano monacho Caſinate. Venetiis apud Petrum Schoeffer, Moguntinum Germanum, Anno M. D. XLII. Fol. min. Venetiis. [I]

Ex praefatione: Alii nova in linguam Latinam verſione, alii commentariis, alii utraque re Chriſtianam rempublicam ditare pro ſe quiſque conati ſunt. Sed duo mihi deeſſe adhuc videbantur. Nam in his horum omnium ſtudiis atque laboribus aeditio illa, qua totus Chriſtianus orbis utitur, ac ſemper, ut facile conjecto, uſurus eſt, nondum ſquallorem ſuum depoſuerat, nec ei quiſquam errores, quibus innumeris poene ſcatebat, adimere adhuc curaverat; quae res eo magis repraehenſione digna mihi videbatur, quo eorum major eſſet hac aetate copia, qui huic malo mederi potuiſſent. Alterum erat quod deſiderabam, ut ſcilicet ea loca, quae in utroque ſunt teſtamento obſcuriora, et aliqua egent luce, ita plana fierent, atque ea brevitate explicarentur: ut nihilo minus uno volumine ſacrorum Bibliorum opus claudi poſſet. — —

Hanc ergo geminam provinciam, et corrigendae videlicet editionis et lucis afferendae locis difficilioribus aggreſſus ſum, ut viri docti, qui in utraque hac parte ſeſe exercuerunt amare me de hac re debeant, qui profitear me ex eorum lucubrationibus (*Sebaſtiani praecipue Munſteri, quas fere integras exſcribit, ut patebit et qui utriusque ſcholia contulerit*) non exigua accepiſſe adjumenta, praeſertim in ipſa Bibliorum correctione, ut quidquid hic profectum ſit, ipſis eorum vigiliis referri acceptum velim (quanquam accedere et ipſi, quae Dei eſt benignitas, ad Hebraeos fontes poſſumus;) ſed et tutius et minus invidioſum fuit, hac ingredi via, ne plus aliquid unus, quam tot eruditi viri, qui hactenus ſcripſerunt, viderer ſapere voluiſſe. (*Immerito igitur eum plagii poſtulat* Matthaeus Polus *praefat.* Synopſeos Criticorum.)

Ee 2 Verum

q) *Le Long* p. 262. col. 1. B.
r) Biblioth. bibl. Brunſw. p. 68.
s) Index Sotomajoris p. 129.

Verum quod ad caſtigationes pertinet, conſilium id fuit meum, non ad vivum, quod ajunt, omnia reſecare, ſed ubi vel nihil vel perparum immutaretur, de ſententia; indulgendum conſvetudini judicaui: atque hiſce tamen locis admonere lectorem in ſcholiis ſoleo, quo pacto ſe habeant: alioquin ſi ſtatera aurificis et non populari potius quadam trutina uti voluiſſem, offenſae fuiſſent omnino Eccleſiae aures, neque id, quod cogitaveram, eſſem conſecutus, ut ſcilicet vulgata aeditio agnoſceretur. — Verum etſi ea quam diximus moderatione uſi fuerimus, loca tamen ad octo millia annotata atque emendata a nobis ſunt. Ita ille!

Ex regulis generalibus Indicis librorum prohibit. Regula IV. „Ex Bibliis „Iſidori Clarii tollantur prologus et prolegomena, et praeterea quod notatur „in hujus Indicis expurgatorii claſſe ſecunda in verbo *Iſidorus Clarius*, et hoc „pacto permittitur liber, hac cautione, ut nemo habeat pro textu editionis vul„gatae.„ Hoc quidem in editione anni 1564. confectum eſt.

Melchior Canus [t]): „Iſidorus Clarius ferendus non eſt, cujus emendatio nihil eſt aliud quam veteris interpretis reprehenſio. Pollicetur enim in operis fronte, veterem editionem correctam; poſtea vero quam pollicitatione hac depellit invidiam novitatis, multa inſerit, adjicit quaedam, nonnulla mutat, ut lector non aliud poſſit in locis mutatis intelligere, quam aut Veteris interpretis errorem, aut Veterum codicum depravationem.„

Non melius deſcribi poterat (*inquit Rich. Simon*) [u]) ingenium et interpretatio Iſidori Clarii, qui in plerisque locis, quae caſtigat in Latino Interprete, ineptum ſe ac linguae Hebraicae imperitum oſtendit. Haec autem editio Romae prohibita eſt.

Idem haec addit [x]): „Acriori ſane judicio pollebant Romani, quam ut apud eos aliquo in pretio eſſet hujusmodi Bibliorum incondita reformatio, in qua author eo praetextu, quod textibus inhaereat originalibus, mentem ut plurimum ſuam promit ac ſequitur. In optimorum codicum manuſcript. lectione erat verſatus eo usque, ut lectiones minus acceptas intra textum reponeret. Graecum exemplar in iis locis, in quibus vulgatâ minus accurata eſt, tanquam prototypum exprimit. — Licere ſibi credidit ea, quae ipſi aſpera viſa ſunt et barbara, mutare. Praeterea id ſibi conceſſit, ea, quae Graeco contextui non ſatis congruere putabat, denuo interpretari; ſed ubique imperitiae ſuae indicia prodidit. Audacter dehinc profitetur, ſe in Vulgata mendas ad octo millia correxiſſe.„

Qui de hac editione noſſe plura voluerit, legat quae in hoc capite ſequuntur.

Benignius tamen judicium de eo tulit Clariſſ. Huetius [y]): „Iſidorus Clarius non tam novae auctor editionis, quam Veteris, uti in operis ſui fronte praenuntiat ipſe, emendator et corrector dicendus, cujus tituli modeſtiam et veritatem, adeoque laudabilem, immerito caſtigat Melchior Canus. Hoc autem nomine

t) Loc. Theol. lib. 2. cap. 13.

u) Cap. 22. Diſquit. Crit. de var. bibl. edit.

x) Cap. 11. hiſt. crit. Verſionum N. T. p. 144. 145.

y) de Claris interpretibus num. 16.

nomine non magis inter Scripturae ſacrae interpretes quam Conr. Pellicanus, Lucas Oſiander, aliique videtur referendus. „

Ex his hucusque allatis patet, hallucinatum fuiſſe Iacobum Gretſerum, cum tract. de novis translationibus Biblicis cap. 1. ſcripſit, utrumque Teſtamentum vertiſſe ex Hebraeo et Graeco Iſidorum Clarium Brixianum z).

[Operi praemittuntur praefatio, quae volumini primo Criticorum ſacrorum inſerta legitur, et prolegomena; et in fine adhaeret index rerum et ſententiarum, qui ex editionibus *Roberti Stephani* additus eſt. *Iſidorus Clarius*, qui in Concilio Tridentino praeſens iis, qui de authentia Verſionis Vulgatae diſputabant, omnibus viribus ſeſe oppoſuit, primo tempore Eccleſiae Romanae adeo non diſplicuit, ut potius *Paulus* III. P. R. illum infula Fulginenſi anno 1547. ornaret. Verum poſtquam Cenſores curatius opus ipſum examinarunt, annotationes ſuſpectas, quin et Indicem rerum et ſententiarum a *Stephano* mutuo acceptum, deprehenderunt: durior contra hanc editionem lata eſt ſententia; et fortaſſe adhuc durior fuiſſet, ſi cenſores, annotationes e *Sebaſtiani Munſteri* Bibliis hebraeo-latinis fere de verbo ad verbum eſſe tranſcriptas, reſciviſſent. Non ſine ratione textum editionis hujus non pro textu editionis Vulgatae eſſe habendum, definitum eſt. Quod ſi *Clarius* veſtigia *Roberti Stephani* legens, ex variorum Manuſcriptorum aut praeſtantiſſimarum editionum collatione, varias lectiones collegiſſet, easque juſte examinaſſet, examinatas et approbatas aut ad marginem collocaſſet, aut textui inſeruiſſet; tunc certe lectoribus textum Vulgatae Verſionis reddidiſſet. Vel ſi *Andream Oſiandrum* imitans, quae in Vulgata ex Hebraeo vel graeco emendanda ſunt, ad marginem, ſervato Vulgatae Textu collocaſſet, iterum editionem haberemus ad fontes correctam et emendatam. Iam vero longe alia ingrediens via, ipſe modo veterem Interpretem retinet, quamvis ipſe emendatione egeat, modo illum corrigit, verſionemque novam e *Münſteri* opere potiſſimum hauſtam, textui immiſcet: ipſa editio neque veterem Interpretem, neque novam ſiſtit verſionem; adeoque multam fruſtra in opere edendo collocavit induſtriam, immenſosque labores. Signis certis quidem emendationes ſuas indicavit, at hoc non ubivis factum eſt. Varias lectiones nullibi in margine, ſed ſola ibi apparent loca parallela. Rariſſima eſt editio prima, de cujus cauſa diſputatur. Verum cum illa ſit prohibita, et verſionem ſiſtat dubiam, incertique ſingulis in locis auctoris; neglecta ſine dubio fuit editio, eamque ob cauſam hodie rariſſime invenitur. Minoris pretii ſunt, quae *D. Clement* auctori noſtro obvertit, quod Verba *Indici Tridentino* adſcripta, non in illo, ſed in Indice Expurgatorio legantur; adeoque a nobis dimittenda; interim, ne cum *Clemente* hic varias in margine quaerant lectiones, lectorem monemus. Multa ſunt, quae ſecundum Indicem *Sotomajoris* ex hac editione expurganda ſunt a).

 * Biblia

z) *Le Long* p. 258. col. 2. b. p. 259. col. 2. C.

a) Conf. *J. G. Carpzovii* critica ſacra V. T. p. 695. *D. Clement.* Biblioth. hiſt. et crit. tom. 4. p. 128. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 117. *Sarpii* hiſtoria concilii Trident. lib. 2. p. 136. Algemeines Gelehrten-Lexicon tom. 1. col. 1930. *Sotomajor* Index expurgat. p. 131. 132. 728.

[II] * Biblia Latina ex ſecunda recognitione Iſidori Clarii cum ejusdem praefatione et ſcholiis. Venetiis apud Iuntas 1557. Fol.

Ex monito ad Lectorem: Habes candide Lector ſacra Biblia novis typis inſtaurata, et ab eodem Iſidoro tota recognita, et quam plurimis tum ſcholiis tum Bibliorum emendatione locupletata b).

[III] * Biblia ſacroſancta Veteris ac novi Teſtamenti, adjectis ex eruditis ſcriptoribus ſcholiis, ita ubi opus eſt interpretibus, ut pro commentariis ſint: multis certe locorum millibus, praeſertim difficilioribus, lucem afferant, auctore Iſidoro Clario — ex ſecunda ejus recognitione: Deputatorum Concilii Tridentini ſervata cenſura. Venetiis apud Iuntas 1564. Fol.

Omiſſa ſcilicet praefatione et prolegomenis c).

[Quo ut ſibi perſvaſerunt, decreto Concilii ſatisfactum eſt. Id vero, Cenſores adhuc anno 1564. verum ſcholiorum auctorem, quin et Biblia *Sebaſtiani Munſteri* ignoraſſe, mirum eſſe videtur. Quae qualesve ipſae ſint *Clarii* annotationes, ex Criticis Anglicanis dijudicandum erit, ubi annotationes ex opere *Clarii* et ex Bibliis *Munſteri* ſibi invicem junctae, et pene ubique iisdem verbis expreſſae ſunt. Prudenter *Clarius Munſteri* nomen latere voluit, ſed a plagio ipſi objecto liberandus eſt, dum ad aliorum Eruditorum operas provocat.

§. CXLVI.

Biblia Latina Franciſci Gryphii.

Pariſiis. [I] * Biblia inſignia hiſtoriarum ſimulacris cum venuſtati tum veritati accommodatis. Caetera ſequens pagina docebit. Excudebat Fran. Gryphius, A. M. D. XLI. 8. d).

[Quae in hac editione praeſtita ſunt, ipſe editor *Franciſcus Gryphius*, qui Pariſiis typographiam inſtruxit, dum frater ejus *Sebaſtianus* Lugdunum ſe contulit, in brevi praemiſſa praefatione declarat. Textus hic emendatior procedit. Accedunt ad marginem variae lectiones, brevioresque explicationes vocum et locutionum difficilium, variaeque ligno inciſae figurae inſertae ſunt. Ad finem operis inveniuntur appendices, Interpretatio nimirum nominum Hebraeorum Chaldaeorum et Graecorum, ex editione *Roberti Stephani;* Index Evangeliorum et Epiſtolarum dominicalium et dierum feſtorum, et *Hieronymi* prologi in ſingulos ſacrae ſcripturae libros. Editio ſatis nitida e).

[II] * Biblia Latina cum figuris. Excudebat Franciſcus Gryphius 1542. 8.

Eadem forſan ac editio anni 1541. f).

b) *Le Long* p. 262. col. 1. B.
c) *Le Long* p. 262. col. 1. E.
d) *Le Long* p. 257. col. 2. D.
e) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 192.
f) *Le Long* p. 258. col. 1. E.

§. CXLVII.

§. CXLVII.

Recognitio Hentenii.

Eodem tempore, quo in Concilio Tridenti congregato, de verſione Vulgata ejusque authentia declaranda diſputabatur, *Johannes Hentenius* novas edendae verſioni conſecravit curas. Eccleſia Romana tunc temporis nullum fere Verſionis Vulgatae habuit exemplar, ad quod quisquam provocare poſſet. Editiones *Roberti Stephani* non ſolum erant ſuſpectae, ſed et acerba et dura cenſura notatae; *Benedicti* editiones minime Eccleſiae ſe probare poterant, et *Clarii* editio non pro textu Vulgatae habenda erat: editiones vero aliae, quarum uſus liber erat, textum offerebant omnium conſenſu maculatum et multis erroribus librariorum refertum. Serio itaque de nova editione, quae uſibus Eccleſiae Romanae inſerviret, cogitandum erat. Hiſce commotus rationibus *Johannes Hentenius* Lovanienſis, manum operi admovet, novamque producit verſionis Vulgatae editionem, quae Eccleſiae ſe tunc temporis omnimodo probavit, ſed ecquid eſt, quod *Hentenius* praeſtitit? Editionem *Roberti Stephani* anni 1540. recudi fecit, una cum variantibus a *Stephano* jam notatis lectionibus, et additis perpaucis, quae ipſe collegerat. Atque ſic quae ſub nomine *Stephani* repudiata erant, ſub nomine *Hentenii* approbata ſunt. Haec recognitio ab *Hentenio* facta communiter Lovanienſium prima ſalutatur. **Recognit. Lovanii prima.**

§. CXLVIII.

Biblia Latina Hentenii.

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria recens caſtigata. Quid in horum Bibliorum caſtigatione praeſtitum ſit, ſubſequens praefatio latius indicabit. Lovanii apud Bartholomaeum Gravium 1547 Fol. **Lovanii.**

Cura *Joannis Hentenii* cum ejus praefatione.

Ex praefatione: „Conſiderantes quod tota Latina Eccleſia tot ſeculis Vulgata editione ſemper uſa ſit — ſummo ſtudio curavimus, ex juſſu, inſtructione ac Iudicio graviſſimorum Theologorum hujus Academiae Lovanienſis, ut comparatis undique, non ſolum quae caſtigatius excuſa erant, exemplaribus, verum aliis quoque plus minus viginti: quorum recentiſſimum ante ducentos annos manu ſcriptum erat, alia ante trecentos, quadringentos immo et ſexcentos, vel plures etiam annos: ex horum collatione reſtitueremus quoad fieri poſſet, veterem et vulgatam editionem ſinceritati ſuae atque puritati — Itaque acceptis variis exemplaribus, et per Roberti Stephani codicem plurimis etiam aliis, quae ille ſuis annotarat marginibus, ex complurium conſenſu nonnulla e textu ſuſtulimus aut immutavimus.„

In fine hujus praefationis triginta codices mſc. Editor accurate recenſet. Viginti ab exordio caſtigationis et decem alios progreſſu temporum nactus eſt.

Ex privilegio Caroli V. Imperatoris: „Exhibita nobis fuit ſupplicatio Magiſtri Bartholomaei Gravii Typographi, civitatis noſtrae Lovanienſis, qua referebatur ipſum a probis gravibusque viris ſollicitatum fuiſſe, ut Biblia a Doctoribus

Lovanii. bus Theologis per nos deputatis approbata, excuderet, eo quod plurima tam Latina et Teutonica quam Gallica Biblia noſtro decreto prohibita eſſent et condemnata. — Quapropter annuimus, ut praedicta Biblia, Latino, Gallico et Teutonico ſermone excudere et vendere — hoc tamen ſervato, ut priusquam dictus ſupplicans excudat aut vendat exemplar Bibliorum, cujusvis trium ſupradictorum idiomatum, exhibeat dilectis noſtris Magiſtris Ruardo Tappero — et Petro Curtio ejusdem facultatis Theologicae doctoribus &c. Datum Bruxellis 1546. „

Biblia Latina ejus typis mandata ſunt anno 1547. Gallica 1550. Teutonica ſeu Belgica 1548.

Hentenius juxta exemplar Rob. Stephani anno 1540. Pariſiis excuſum (*inquit Rich. Simon.*) [g]) ſuam editionem paravit; niſi quod codicum mſc. ad marginem omiſſis nominibus, numerum duntaxat indicavit.

Praeterea illas quandoque adauxit; novas quasdam lectiones varias adjecit; quae vero expungenda in Vet. Teſtamento notaverat Stephanus, licet ea in textu reliquerit, Hentenius ab eo ut plurimum expunxit.„

Haec eſt prima Bibliorum Latinorum Lovanienſium, ad illam quam anno 1540. vulgavit Rob. Stephanus, facta editio, quae licet unius Hentenii nomen in fronte gerat, tanquam totius Lovanienſis Academiae foetus haberi debet, ſiquidem ex juſſu, inſtructione ac judicio graviſſimorum hujus Academiae Theologorum concinnata ſit [h]).

[Eodem tempore, quo Doctores Theologi Pariſienſes quam acerbiſſime in *Robertum Stephanum*, Biblia Latina, quia ipſe emiſerat, inveherent, juſſu et auctoritate Theologorum Lovanienſium, nova prodit Bibliorum editio, ad *Stephani* editionem anni 1540. ita formata, ut pauca tantummodo ſint immutata, emendata, addita: quorum in praeſatione *Joannes Hentenius* Mechlinenſis, de ipſo Pariſiis tam acerbe accuſato *Stephano* honorifice ſentit: „Nemo eſt enim qui neſciat — quantam diligentiam, quantasque impenſas tulerit *Robertus Stephanus*, Regius apud Lutetiam Typographus, quem honoris cauſa nomino, ut accuratiſſima et caſtigatiſſima nobis Biblia traderet, propter quod plurimum etiam illi debent, quotquot ſacrarum litterarum lectioni ſunt addicti, quem ob id etiam in multis ſecuti ſumus.„ Quae vero in hac editione emendata ſint, ipſius *Hentenii* verbis indicabimus. „Porro in hac caſtigatione cuique capiti ſingulorum librorum noſtra praefiximus argumenta: demptis Pſalmis, quorum tituli in vicem ſubeunt argumentorum: et Canticis Canticorum, quibus unicum praepoſuimus libri argumentum. Quorundam etiam librorum aut mutavimus, aut in totum ſuſtulimus praefationes: prout his temporibus expedire videbatur; aut priora eſſe ſuſpecta, ac perperam adjecta invenimus. Indicem etiam rerum et ſententiarum pro virili correximus. Nam eum qui peregrinarum erat dictionum pene intactum reliquimus: quum in hoc fideliter ſatisque diligenter laboraverit *Robertus Stephanus*, cui praeclarum hunc indicem acceptum ferimus. Itaque acceptis, ut praefati ſumus, variis exemplaribus et per *Roberti* codicem pluri-

g) Rich. Simon cap. 9. hiſt. crit. Verſionum N. T. pag. 135.
h) *Le Long* p. 262. col. 1. B.

Digitized by Google

plurimis etiam aliis, quae ille ſuis annotarat marginibus, ex complurium conſenſu nonnulla e textu ſuſtulimus aut immutavimus; frequenter id in margine reponentes, praefixo aſteriſco *, ei, quod e textu ademptum erat, aut binis hujusmodi ſtigmatis //, priori textus lectioni praenotatis, idque absque ullo exemplarium numero. — In Proverbiis autem Salomonis, quanquam verſus integros non paucos videremus eſſe ſuperfluos, aut aliunde infartos, quos plurima eaque vetuſtiſſima Latina exemplaria non haberent, imo ne ipſa quidem Hebraica, nec Sanctes Pagninus, illis tamen Obeliſcum duntaxat praefiximus: addito margini numero codicum, in quibus verſus illos non invenimus. — Univerſos quatuor Eſdrae libros lectori tradidimus. — In locis autem iis, ubi non tot exemplaria a communi lectione diſſidebant, ut quicquam immutandum duceremus: hic diverſam lectionem in margine annotavimus praefixo aſteriſco, quid plus in aliis: quid minus, obeliſco; quid vero diverſum, duobus ſtigmatis lectori ſignificantes, adjuncto ubique diſcrepantium exemplarium numero.,, Lovanii.
Recenſentur denique exemplaria illa, quorum ope adjutus *Hentenius* textum latinum reſtituere conatus eſt. Sunt in illorum numero editiones typis exſcriptae *Roberti*, *Colinaei*, ac *Tilmanni Kerveri*, et duo exemplaria ex ipſa typographiae infantia. Reliqui fuere codices Mſti, quorum alii integra Biblia, alii ſingulas vel aliquas ejus partes continuerunt. Praefationem excipit Index Teſtimoniorum a Chriſto et Apoſtolis in novo Teſtamento citatorum ex veteri, quae huc in id congeſta ſunt, ut pii lectores nativam quorundam intelligentiam facile aſſequi valeant, quae ab ipſo Chriſto vero interprete et ſpiritu ejus, per Apoſtolos ſit tradita, perſpiciantque in quem uſum ea adduxerint Apoſtoli et Evangeliſtae; ordo librorum V. et N. T.; *Hieronymi* prologus galeatus; Epiſtola Sancti *Hieronymi* ad *Paulinum* Preſbyterum de omnibus divinae hiſtoriae libris, et Praefatio Sancti Hieronymi Preſbyteri in Pentateuchum Moyſi. Quae omnia ex *Stephani* editione huc tranſcripta ſunt. In fine operis Index rerum et ſententiarum, et interpretatio nominum peregrinorum deprehenditur. Prima haec eſt Lovanii Bibliorum Lovanienſium editio, eaque unica. Recenſentur quidem a *J. G. Walchio* editiones Lovanienſes annorum, 1566. 1567. 1575. 1579., quae quidem Biblia Lovanienſia ſiſtunt, verum non ſunt editiones Lovanienſes i).

§. CXLIX.

Biblia Lat. Hentenii Antwerpiae.

Biblia, ad vetuſtiſſima exemplaria nunc recens caſtigata. In quibus praeter ea, quae ſubſequens praefatio indicat, capita ſingula ita verſibus diſtincta ſunt, ut numeri praefixi Lectorem non remorentur, et loca quaeſita tanquam digito demonſtrent. Antwerpiae apud Johannem Steelſium M. D. LIX. cum privilegio. 8. [I] Steelſius.

Priores *Steelſii* editiones ad *Roberti Stephani* archetypas editiones formatas ſupra enumeravimus. Iam ſequuntur editiones ab eodem expreſſae, quae ad

i) *J. G. Walchii* Bibliotheca exeget. p. 56.

Digitized by Google

ad primam Claſſem Bibliorum a Lovanienſibus emendatorum, et *Johannis Hentenii* praefationem oſtendunt, referendae ſunt: quae quidem cum editionibus *Stephani* annorum 1540. et 1545. multis in locis conſentiunt, attamen ab illis diſtinguendae ſunt [k]).

[II] * Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria nunc recens caſtigata — Antwerpiae apud Joannem Steelſium. M. D LXI. Fol. [l]).

[Recenſet auctor noſter hanc editionem, eamque annotationes *Roberti Stephani* ex editione anni 1532. habere adſerit. Adeſt hic quidem ex editionibus *Stephani* Index rerum et ſententiarum, et ſumma capitum, aliaque, quae ex hujus editionibus a *Hentenio* ſervata ſunt; Verum praemiſſa *Hentenii* praefatio: *Mirabitur fortaſſe* &c. non ad Claſſem priorem, ſed ad *Hentenianas* editiones hanc *Steelſii* eſſe referendam, ſatis evincit.

[III] * Biblia Latina cum praefatione Hentenii. Antwerpiae apud Joan. Steelſium, typis Joannis Vinthagii 1563. 4.

[Hiſce auctor noſter hanc editionem annunciat, quae praecedentem accurate ſequitur, immutato tamen aliquantulum ordine. In ſuperiori Index rerum et ſententiarum *Hieronymi* prologo galeato praecedit, in hac vero poſt Apocalypſin ſuum invenit locum [m]).

[IV] * Biblia Latina. Antwerpiae apud Haeredes Johan. Steelſii. Typis Arnoldi Birckmanni, 1570. Fol. et V. Vol. 16. III. Vol. 12. [n]).

[Tres hujus anni editiones auctor noſter conjungit, quae vero majori jure a ſe invicem diſtinguuntur. Editio in forma magna ad editionem anni 1561. formata, figuriſque exornata eſt.

[V] * Biblia Latina in aedibus Viduae et Haeredum Steelſii 1570. 8.

[Secunda editio, quae tribus voluminibus non in 12., ſed in forma octava conſtat, in cujus fine nomen typographi *Amatus Tavernerius* notatur. Editio accurate conſentit cum illa anni 1563.

[VI] * Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. In quibus praeter ea, quae ſubſequens praefatio indicat, capita ſingulis ita verſibus diſtincta ſunt, ut numeri praefixi Lectorem nec remorentur, et loca quaeſita tanquam digito demonſtrent. — Antwerpiae apud Haeredes Arnoldi Birckmanni M. D. LXX. cum privilegio. V. Vol. 16.

[Ad calcem Pentateuchi notatur: Excudebat Antwerpiae Amatus Tavernerius. Anno M. D. LXIX. Quae quamvis nec *Steelſii* nec haeredum ejus nomen prae ſe ferat, ad *Steelſii* editiones tamen referenda eſt: privilegio enim *Steelſio* 1558. die 20. menſis Ianuarii dato munita eſt.

[VII] * Biblia Latina cum praefatione Hentenii Antwerpiae apud Haeredes Steelſii 1572. 8. [o]).

§. CL.

k) Conf. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 131.

l) *Le Long* p. 262. col. 1. D.

m) *Le Long* p. 262. col. 1. D.

n) *Le Long* p. 262. col. 2. E.

o) Id. p. 263. col. 1. A. *Joh. Vogtii* catal. libr. rar. p. 122.

§. CL.

Biblia Lat. Hentenii Antwerpiae.

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Quid in horum Bibliorum caſtigatione praeſtitum ſit, ſubſequens praefatio latius indicabit Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LIX. 8. p). Plantinus. [I]

[Prima editio ex praeſtantiſſima *Plantini* typographica officina, quam deinde plures ejusdem generis, aliae vero ex ſecunda Lovanienſium recognitione, ſequutae ſunt. Praemittuntur ſequentia: 1) Summa Privilegii: „Philippus „Hiſpaniarum Rex &c. Dux Brabant. &c. Privilegio conceſſit Chriſtophoro „Plantino Impreſſori et Bibliopolae iurato, ut illi Biblia Lovanii a Doctorib. „Theologis, ad id deputatis, emendata et approbata, imprimere et diſtrahere „liceat, ut latius patet in originali privilegio. Datum Bruxellis Anno Domini „M. D. LVIII. die XX. menſis Ianuarii. Ph. de Lens.„ 2) F. *Johannis Hentenii* Mechlinienſis in Biblia Lovanii Anno M. D. XLVII. excuſa atque caſtigata praefatio. 3) Index teſtimoniorum a Chriſto et Apoſtolis in novo Teſtamento citatorum ex veteri, quae huc in id congeſta ſunt, ut pii lectores nativam quorundam intelligentiam facile aſſequi valeant, quae ab ipſo Chriſto vero interprete et ſpiritu ejus, per Apoſtolos ſit tradita, perſpiciantque in quem uſum ea adduxerint Apoſtoli et Evangeliſtae. 4) Ordo librorum Veteris et Novi Teſtamenti. 5) *Hieronymi* prologus Galeatus. 6) Epiſtola S. Hieronymi ad Paulinum. Textus verſuum numeros, loca parallela et variantes lectiones ad marginem habet.

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LXIII. 8. q). [II]

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LXIIII. Vol. 16. r). [III]

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LXV. 4. 8. V. Vol. 12. s). [IV]

[Triplici forma uno eodemque anno vulgata ſunt ſacra Biblia, quae accurate cum *Steelſii* editionibus 1561. et 1563. conſentiunt, easdemque capitum ſummas habent.

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Quid in horum Bibliorum caſtigatione praeſtitum ſit, ſubſequens praefatio latius indicabit. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LXVII. 8. VI. Vol. 16. t). [V]

[Minimo et diſtincto charactere, quo textus et in margine loci paralleli et Varietas lectionis expreſſa ſunt.

Ff 2 * Biblia

p) *Le Long* p. 262. col. 1. C.
q) *Le Long* p. 262. col. 1. D.
r) ibid. col. 1. E.
s) Ibid. col. 2. B.
t) *Le Long* p. 262. col. 2. D. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten vol. 3. p. 16.

[VI] * Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LXIX. 4. 8. [u]).

[Ultima hujus typographi editio, ſecundum priorem Lovanienſium, ſeu *Hentenii* recognitionem. Quae poſteriori tempore ex eadem prodiere officina, ſub nomine Bibliorum Lovanienſium veniunt; quae ad aliam remittimus editionum claſſem.

§. CLI.

Biblia Latina.

Coloniae. * Biblia Latina. Coloniae 1568. [x]).

§. CLII.

Biblia Lat. Hentenii Lugduni.

Rouillius. [I] * Biblia ad optima exemplaria recognita, cum praefatione Hentenii. Lugduni Rouillii 1566. Fol. [y]).

[Ad editionem *Steelſii* anni 1561. formata.

[II] * Biblia ad optima exemplaria recognita, cum praefatione Hentenii. Lugduni Guill. Rouillii 1569. Fol.

Eadem editio, quae anno 1566. in lucem prodierat [z]).

[III] * Biblia ſacroſancta ad Hebraicam veritatem et probatiſſimorum ac manuſcriptorum exemplarium fidem diligentiſſime recognita Romaeque reviſa adjectis elegantiſſimis figuris Lugduni apud Guill. Rouillium 1569. 8. [a]).

[Ad evitandas duriores cenſuras et in commendationem editionis in rubro *Romae reviſa* dicuntur Biblia; id quod ex Iuntarum editionibus in hanc tranſiit. Editio ad *Steelſii* editionem anni 1561. formata eſt. Editio ab Auctore noſtro a Proteſtantibus procurata dicitur.

[IV] Biblia ad Vetuſtiſſima exemplaria nunc recens caſtigata, Romaequé reviſa, in quibus praeter ea, quae ſubſequens praefatio indicat, capita ſingula ita verſibus diſtincta ſunt, ut numeri praefixi lectorem non morentur, et loca quaeſita tanquam digito demonſtrent additis ubi res poſtulavit elegantiſſimis figuris. Lugduni apud Guill. Rouillium 1573. 8. [b]).

[V] * Biblia ad Vetuſtiſſima exemplaria nunc recens caſtigata — Lugduni apud Guill. Rouillium 1588. 8. [c]).

[De *Rouillii* Bibliorum editionibus id in genere tenendum eſt, eas triplicis eſſe generis. Aliae ad Trechſelianam formatae ſunt, quas ſupra §. CXXXVI. indi-

u) Ibid. col. 2. E.
x) *Le Long* p. 262. col. 2. E.
y) *Le Long* p. 281. col. 1. E.
z) Id. p. 282. col. 1. A.
a) *Le Long* p. 282. col. 1. A.
b) Bibliotheca Biblica Brunſvicenſis p. 69.
c) *Le Long* p. 281. col. 2. C.

indicavimus. Aliae vero Hentenianas ſequuntur editiones, quae hic locum inveniunt. Aliae Lovanienſium habent emendationes, quas infra recenſebimus [d]).

§. CLIII.

Biblia Lat. Hentenii Venetiis.

* Biblia Latina. Venetiis ex officina Iuntarum 1571. 8. [e]). Iuntae. [I]

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata, Romaeque reviſa cum praefatione Joannis Hentenii. Venetiis apud Iuntas 1572. Fol. [f]). [II]

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata — cum praefatione Joannis Hentenii. Venetiis apud Iuntas 1579. 8. [g]). [III]

§. CLIV.

Biblia Lat. Hentenii Venetiis.

* Biblia ad Vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Venetiis apud Altobellum Salicatum 1575. 4. [h]). Salicatus. [I]

[Cum praefatione *Hentenii*, indice Teſtimoniorum e Veteri in Novo Teſtamento citatorum, *Hieronymi* prologis, argumentis Capitum et Indice rerum et ſententiarum. In fronte legitur: Venetiis proſtat apud *Damianum Zenaram*, in calce vero typographi nomen *Altobelli Salicati* expreſſum eſt.

* Biblia ad Vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Venetiis apud Haeredes Bevilaquae 1583. 4. [i]). Bevilaquae. [II]

[Cum praefatione *Hentenii* et figuris.

* Biblia ad Vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Venetiis apud Iolitos 1588. 4. [k]). Ioliti. [III]

[Cum praefatione *Hentenii*. Rec ... *F.* ... editionem Bibliorum ... rum apud *Iolitos* Venetiis ... Iolitos inter ... pographos indagari haud p... er Fratr... *de F*... reſſa eſſe conjicit ... edi... eſt vi... typ... Iolitae enim ſe... hica... ex... et *Gabriel de Gi*... libri... i...

...blia Latina. Ve...

...ecenſet Auctor ... ſequens editio.

...dex Biblior. ... 56.

... *Long* p. 2...

... ibid.

Id. p. 2...

Le Lon... E.

[V] * Biblia Latina ad vetuſtiſſima exemplaria nunc recens caſtigata, cum figuris. Venetiis 1599. 4. m).

[Jam anno 1590. evulgata erat editio Vaticana pro ſola authentica declarata; et unica, qua Eccleſia Romana uti debeat. Mirum itaque Venetos adhuc anno 1599. editionem Hentenianam recuſam dediſſe, videri poſſet, niſi primo, Venetos tunc temporis libertate ſua adeo uti conſueviſſe, ut haud raro Romanorum ſtatutis obedientiam denegaverint, notiſſimum ſit. Cautum porro per Breve Romanum erat, ne quis intra decennium Editionem Vaticanam rurſus inprimeret. Hentenianam itaque recudere, quam nova Bibliorum editione carere maluerunt Veneti.

§. CLIV.

Iterata emendatio.

Recogn. Lovan. Poſt obitum *Johannis Hentenii*, qui anno 1566. ad ſuperos abiit, Theologi Lovanienſes ſtudia communia emendationi Verſionis Vulgatae dicarunt. *Franciſcus Lucas* Brugenſis una cum *Joanne Molano*, *Auguſtino Hunnaco*, *Cornelio Reyneri* Gudano, et *Johanne Harlemio*, cum Codd. MSS. et opere Regio ſeu Textu Originali et verſionibus in Bibliis Polyglottis Antwerpienſibus iterum Vulgatam contulit, atque hoc modo Variantes ab *Hentenio* collectas locupletavit. Omnium maxime Verſionem Vulgatam in Opere Regio, e Bibliis Complutenſibus hauſtam in ſubſidium vocarunt, ut veras exinde eruerent lectiones. Quod cum fecerunt Viri docti, et Biblia Complutenſia textum non illum genuinum et antiquum, ſed ab Hiſpanis proprio marte ad Textum authenticum revocatum, adeoque recenter mutatum ſiſtere, et *Arium Montanum*, textum quem e Complutenſi opere exſcripſit, iterum mutaſſe et emendaſſe, non reputarunt. Quo itaque factum eſt, ut quidem Variantium Lectionum numerus valde augeretur, verum et lectionibus Variantibus recentiores mutationes immiſcerentur. Per viginti annos Biblia Lovanienſia in Eccleſia Romana locum et auctoritatem conſervarunt, quibus finitis editio Romana omnes alias editiones e ſede ſua deturbavit.

§. CLV.

Biblia Latina Lovanienſium.

[I] **Antwerpiae.** * Biblia ſacra. Quid in hac editione a Theologis Lovanienſibus praeſtitum ſit, paulo poſt indicatur. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini, Architypographi Regii M. D. LXXIII. 8. et III. Vol. 24.

Haec Biblia quod Textum juxta editionem a Joanne Hentenio anno 1547. vulgatam, iterum a DD. Lovanienſibus, inprimis Franciſco Luca Brugenſi, juvantibus Joanne Molano, Auguſtino Hunnaeo, Cornelio Reyneri Goudano, et Joanne Harlemio, ad mſſ. exemplaria vetuſtiſſima collata, et notis plurimis illuſtrata (quae tamen notae anno duntaxat 1580. prodierunt), ut docet catalo-

m) *Le Long* p. 269. col. 2. C.

catalogus librorum a Plantino excuſorum anni 1575. et Epiſtola Dedicatoria Franciſci Lucae Annot. in Biblia anni 1580.

Ex praefatione: Inprimis Vulgatae editionis Latinae lectiones variae in mſc. exemplaribus deprehenſae, cum exemplarium in quibus inventae ſunt numero margini adſcriptae ſunt. Et iſtud quidem partim ante annos aliquot D. Joannis Hentenii, partim nunc delectorum Theologorum induſtria factum eſt. Cum enim plurimae etiam earum lectionum, quae vere noſtri interpretis videri poſſent, D. Joann. Hentenii diligentiam praeterierint, additae ſunt nunc paucae, poteruntque ſimili labore adjici plures. Id ergo inprimis hac editione praeſtitum eſt.

Deinde univerſae lectiones variae, tam illae, quas Hentenius invenit, quam eae, quae nunc repertae ſunt, primum ad eum Vulgatae editionis textum, qui in Bibliis Regiis excuſus eſt, collatae ſunt. Neque immerito: nam etiamſi non omni in loco elimatus, neque ab omni corruptela ſit vindicatus ille textus; tamen locis plurimis, emendatioribus ſcriptis conſentiens genuinam exhibet Scripturae lectionem: quibusdam etiam, codicibus, codicibus univerſis, qui et ab aliis et a nobis conſulti ſunt, contradicens ſinceram habet Interpretis tranſlationem: quippe qui, Cardinali Ximenio teſte, ex delectiſſimis manuſcriptis expreſſus ſit. — Primum igitur ad hunc variae Lectiones collatae ſunt. Tum ad veterum Tractatorum textus et commentaria examinatae ſunt. — Propterea expenſae ſunt eaedem lectiones ad Hebraicum, Graecum et Chaldaicum; novi vero ad Graecum et Syriacum editionis Regiae textus. Quia vero talis propemodum exemplarium Graecorum, qualis Latinorum, diverſitas eſt, etiam aliarum editionum exemplaria Graeca a nobis conſulta ſunt. Ad haec igitur univerſa jam recenſita variae lectiones collatae ſunt.

Ex ſecunda praefatione: Imprimis minime ignorandum eſt, illum hac editione prodire Bibliorum textum, qui a Domino Hentenio caſtigatus et Lovanii anno 1547. eſt excuſus, eumque neutiquam mutilatum verbis, (nam diſtinctio ſubinde certis de cauſis mutata eſt), ita ut nec germanae lectiones in textum relatae ſint, nec Spuriae textu pulſae.

Approbatio. Has Bibliorum varias lectiones ex diverſis Vulgatae editionis mſſ. exemplaribus, olim quidem ex mandato Facultatis noſtrae Theologicae magna ex parte collectas; nunc vero ex ejusdem Facultatis commiſſione auctas et fideliter examinatas, nos infra ſcripti Theologi vidimus et probavimus, anno 1573. menſe Maio. Joannes Molanus, Auguſt. Hunnaeus, Cornelius Reyneri Goudanus [a]).

[In duplici forma iisdem tamen typis nitidis et diſtinctis unica haec editio prodiit, quae prima eſt ex recognitione D. D. Lovanienſium, qui apparatum Variantium lectionum ab *Johanne Hentenio* primum collectum novis acceſſionibus ita locupletarunt, ut quae ad Vetus Teſtamentum notanda venerunt, in margine locum habere potuerint: Notationes vero in Novum Teſtamentum, quae ad dijudicandas lectiones diverſas conducunt, in margine tantummodo litteris q. n. (quaere notationes) deſignari, ſeorſim vero excudi neceſſe fuerit. De quo

a) *Le Long* p. 263. col. 1. D.

quo in praefatione: „Quae (notationes) quia eodem volumine Bibliis jungi com„mode non potuerunt, tum quod exilibus nimium litteris utendum fuiſſet, tum „quod plus juſto volumen excreviſſet, brevi, favente Deo, ſeorſum commodio„ribus excuſa typis Plantini ſedulitas in lucem dabit„ id quod 1580. factum eſt. Acceſſit huic editioni *Johannis Harlemii* Index Biblicus. Textus ipſe vere *Stephanicus* eſt, et Doctores Lovanienſes, revera Biblia *Roberti Stephani*, quae a Pariſienſibus graviſſime accuſata ſunt, novis acceſſionibus locupletata recudi curarunt. Accuſatur auctor noſter a *Baumgartenio*, quem ſequitur Cl. *Goezius*, quod hanc primam ſilentio praetermiſerit editionem; verum excuſandus eſt; vitium latet in menda typographica, dum loco 1573. vel 1574. numeris 1590. expreſſus eſt.

[II] Biblia ſacra. Quid in hac editione a Theologis Lovanienſibus praeſtitum ſit, paulo poſt indicatur. Antwerpiae, ex officina Chriſtophori Plantini Architypographi Regii M. D. LXXIIII. 8.

Eadem editio ac praecedens.

* Biblia ſacra. Quid in hac editione a Theologis Lovanienſibus praeſtitum ſit, paulo poſt indicatur. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini Architypographi Regii M. D. LXXX. 4. et 8.

Editio ſecunda, cui adjectae ſunt notationes in ſacra Biblia, quibus variantia diſcrepantibus exemplaribus loca diſcutiuntur, auctore Franciſco Luca Brugenſi, cum ejus Epiſtola Cardinali Sirleto nuncupata.

Ex ejus Epiſtola: Jam demum prodeunt, ſecunda Bibliorum editione, quae a quinquennio (anno ſc. 1574.) primae editioni jungendae fuerant, promiſſae notationes. Merito notandum me exiſtiment aliqui, non ſtatim ab initio ſervati promiſſi, quod Bibliorum illorum, noſtra tunc opera expolitorum, margines absque Notationibus his, ad quas etiam lectorem remittunt, intelligi nequeant. Coeterum facile me culpa exſoluturus eſt qui cauſas intellexerit (*quas hic auctor recenſet*) — Statuit Synodus Tridentina, ut haec ipſa Vetus et Vulgata editio quam emendatiſſime imprimatur; emendate autem imprimi haud poſſe videtur, niſi, collatis variis illius exemplaribus, menda deprehenſa eliminentur, ſincera lectio admittatur. Qua in re, ut Synodi deſiderio ſatisfaceret Theologica Facultas et D. Hentenio olim, et poſt nobis hoc operis demandavit.

Quanquam a nobis textus, ut ab Hentenio eſt editus, verbis neutiquam mutatus ſit. Non enim ex Hebraeo, Graeco, Chaldaeo aut Syro, Vulgatam emendare ſtuduimus verſionem: ſed cum variare reperta eſſent Vulgatae Verſionis exemplaria; adhibita ſunt Hebraea et Graeca, plerumque etiam Chaldaea et Syra, ut dignoſci poſſet, quae exemplaria lectionem ſervarent germanam. — Hoc conati ſumus, cum in marginibus Bibliorum tum maxime his in Notationibus. Uſque adeo vero a nobis abfuit animus, vel minimum recedendi ab ipſa Vete-

*) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 20. *Joh. Vogtii* catal. libr. rar. p. 122.

p) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 132. Bibliotheca Biblica Brunſvic. p. 68.

Digitized by Google

Veteris Interpretis ſcriptura, ut is ſcopus noſter fuerit ipſam quaerere Interpretis ſcripturam. — In his porro elaborandis adfuit praecipue Joannes Wilhelmi Harlemius — qui legit haec pleraque omnia, ſuum eis calculum additurus, ſi vita comes fuiſſet; ut et delecti a facultate Theologica Doctores, ii qui Bibliorum editioni ſuperſcripſerunt, niſi jam a nobis mutuo ſejuncti. — Brugis Flandrorum, quarto Idus Auguſti 1597. q).

[Ex initio Epiſtolae ſatis clare apparet, unicam tantummodo hac antiquiorem eſſe editionem, quamvis exemplaria modo annum 1573. modo 1574. oſtendant. Notationes huic et ſequentibus editionibus adhaerentes, non confundendae ſunt cum alio haud abſimili *Lucae Brugenſis* opere, quod *Romanae correctiones in Bibliis Latinis* inſcribitur, atque ſingula, quae in editione Vaticana emendata ſunt, ſecundum ordinem et Capita librorum ſacrorum recenſet r).

* Biblia ſacra. Quid in hac Editione a Theologis Lovanienſibus praeſtitum ſit eorum Praefatio indicat. Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LXXXIII. Fol. maj. [III]

Ad calcem ſunt Notationes Franc. Lucae Brugenſis in SS. Biblia. Editio praeſtantiſſima s).

[Praecedenti quidem quoad internam oeconomiam omni ex parte ſimilis: Diſtinguitur tamen ab illa majori charactere eoque eleganti et ſplendido, et permultis figuris in aere ſumma induſtria ſculptis t).

* Biblia ſacra. Quid — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini Architypographi Regii M. D. LXXXIII. 8. u). [IV]

[Typis minuſculis, praecedenti anni 1580., quoad minutiſſima ſimilis, niſi forſan eadem editio cum novo titulo x).

* Biblia ſacra. Quid — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini Architypographi Regii M. D. LXXXVII. 8. y). [V]

* Biblia ſacra. Quid — Antwerpiae ex officina Chriſtophori Plantini apud Viduam MDXC. Fol. et 8. z). [VI]

[Utramque editionem recenſet auctor noſter. Ultima eſt ex hac celeberrima typographia editio, quae fortaſſis ſuperſtite adhuc *Plantino* incoepta, poſt ejus vero obitum demum finita eſt. Singulae editiones ſe invicem tam accurate ſequuntur, ut et ipſa primae editionis praefatio absque ulla immutatione iterum

q) *Le Long* p. 264. col. 1. A.

r) Conf. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſaml. p. 40.

s) *Le Long* p. 264. col. 1. E.

t) Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden vol. 1. p. 379. Index Biblior. Wernigerod. p. 50.

u) *Le Long* p. 264. col. 2. A.

x) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 132.

y) *Le Long* p. 264. col. 2. C. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten vol. 5. p. 14.

z) *Le Long* p. 264. col. 2. E.

Digitized by Google

iterum exſcripta ſit, et Notationes, quae jam anno 1580. prodierant, in praefatione anno 1590. adhuc exſpectari jubeantur. Singulae Plantinianae editiones libris rarioribus annumerantur [a]).

§. CLVI.

Biblia Lovanienſia. Lugduni.

Rouillius. [I] * Biblia Latina ad vetuſtiſſima exemplaria nunc recens caſtigata, Romaeque reviſa. Lugduni apud Haeredes Guill. Rouillii 1598. 8.

Cum praefatione *Hentenii* et figuris. Eadem forſan editio ac praecedens anni 1588. [b]).

[Diſtinguenda eſt haec a ſuperioribus annorum 1569. 1573. et 1588., quae ad Hentenianas referendae ſunt. Haec vero ab Haeredibus *Guill. Rouillii* procurata, adjunctum habet indicem biblicum *Joh. Harlemii*, unde illam ad claſſem Bibliorum Lovanienſium poſteriorem referendam eſſe patet.

[II] * Biblia Latina — Lugduni apud Haeredes Guill. Rouillii 1600. 8.

Forſan eadem editio ac praecedens [c]).

§. CLVII.

Biblia Latina Lovanienſ. Lugduni.

Soubiron. * Biblia Latina, cum figuris, Lugduni. Th. Soubiron 1594. Fol. [d]).

[Editio ab Auctore noſtro Proteſtantium editionibus adnumeratur. Adſervatur exemplar in Bibliotheca Auguſtinianorum Diſcalceatorum Pariſiis.

§. CLVIII.

Vulgata authentica.

Tandem poſt tot virorum doctorum, quorum in ſuperiori recenſione mentionem fecimus, iteratas curas, prodit illa pro authentica habenda Vulgata verſio ex recognitione Romana. Tot impenſarum millia edendis Bibliis latinis conſecrata erant, typographique multiplicandis editionibus ſtrenue inſudarant. Jam vero, quotquot ſunt editiones, ſedis Apoſtolicae auctoritate rejiciuntur, et ſola Romana editio ſumma munitur auctoritate. Jam anno 1563. Synodus Tridentina Verſioni Vulgatae authenticam auctoritatem decreverat: ſed ipſa Vulgata non erat recognita et emendata, et a multis mendis repurgata, cum tanto honore mactaretur. Romae itaque circa annum 1565. coeptum eſt opus, quod Verſioni Vulgatae medelam parare debuit: ſed opus conſumandum *Sixto* V. P. M. relictum eſt, qui multo ſtudio et propriis curiis bibliis latinis relegendis corrigendisque inſudavit. Verum haud felici ſucceſſu opus ad finem perduxit Multis certe laborant Biblia Sixtina vitiis typographicis aliisque aberrationibus, ita ut multa calamo poſt

a) *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 132.
b) *Le Long* p. 283. col. 1. B. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſ. du N. T. p. 140.
c) Id. ibid. d) *Le Long* p. 282. col. 2. E.

poſt impreſſionem ſint emendata, alia vero ſchedula agglutinata ſint ſuppreſſa et in melius formata, alia vero emendanda et repurganda remanſerint. Nihilo tamen ſecius editio tantis maculis deformata, ex ſedis Apoſtolicae auctoritate pro authentica declaratur. Sed biennio peracto prodiit illa ex *Clementis* VIII. recognitione editio, quae illam priorem auctoritate ſua exuit, in melius vero formatam offert Vulgatam Verſionem. Sed et haec non omnibus numeris abſoluta fuit; tertia enim Romana editio ab hac Clementina multis in locis iterum abit; ut adeo ipſa authentica Vulgata revera ab ipſis Romanae Eccleſiae Proceribus dubia reddita ſit. Qualia vero ſint, quae *Clementis* VIII. auctoritate immutata ſunt, utrum ſola ſint vitia typographica, an vero veri errores in Sixtina obvii, ſaepius diſputatum eſt. Noſtrum non eſt litem dirimere; judicent lectores e ſpeciminibus utriusque editionis, quae hic ſubjungimus. Non ignoramus *Debiclem* ad Calcem N. T. graeco latini diverſitates utriusque editionis annotaſſe; ſed illas ita indicavit, ut quidem diverſitas et emendatio Clementina conſpici poſſit, verùm quomodo *Sixtus* legi, *Clemens* vero tolli juſſerit, ex ejus deſignatione haud dignoſci poteſt. Offerimus itaque lectoribus utriusque editionis lectiones e primi ſacrae ſcripturae libri parte:

		Editio Sixtina.	*Editio Clementina.*
Gen.	I,	2. Spiritus domini	Spiritus Dei
-		27. ad imaginem et ſimilitudinem	ad imaginem ſuam
-	II,	12. Ibique invenitur	Ibi invenitur
-		15. in paradiſum voluptatis	in paradiſo voluptatis
-		18. hominem eſſe	eſſe hominum ſolum
-	III,	11. cui dixit Dominus:	cui dixit:
-		18. herbas	herbam
-		19. Veſceris pane tuo donec	Veſceris pane donec
-	IV,	5. Ad Cain autem	Ad Cain vero
-		6. peccatum tuum aderit	peccatum aderit
-		9. Numquid cuſtos	Num cuſtos
-		15. in Cain ſignum	Cain ſignum
-	V,	3. Genuit filium ad imaginem	genuit ad imaginem
-		22. et vixit Henoch poſtquam	et vixit poſtquam
-		31. Cham	Cam
-	VI,	17. Et univerſa	Univerſa
-	VII,	21. Volucrum, beſtiarum	Volucrum animantium beſtiarum
-		23. coeli deleta ſunt	coeli: et deleta ſunt.
-	VIII,	18. Extenditque manum ſuam et	Extenditque manum et

		Editio Sixtina.	*Editio Clementina.*
Gen.	XI,	15. de manu fratris	de manu viri et fratris
-		10. cunctisque quae	cunctis, quae
-		12. hoc eſt ſignum	hoc ſignum
-		16. arcus meus in	arcus in
-		17. hoc eſt ſignum	hoc erit ſignum
-		22. Patris ſui nudata	ſui eſſe nudata
-		23. Iaphet	Iopheth
-	X,	7. Filii autem Chus	Filii Chus
-		7. ſabathacha	ſabatacha
-		14. per hos diſſeminati	et poſthaec diſſeminati
-		15. Uſque ad Gazam	uſque Gazam
-		31. Iſti ſunt filii	iſti filii
-	XI,	6. unum eſt labium	unum labium
-	XII,	1. quam monſtravero	quam monſtrabo
-		12. Uxor illius	Uxor ipſius
-	XIII,	14. oculos tuos in directum et	oculos tuos et
-	XIV,	1. Rex gentium	Rex Gentium
-		3. vallem Silveſtrem	Vallem ſilveſtrem
-		5. in Aſtaroth et Carnaim	in Aſtarothcarnaim
-		6. Chorrhaeos	Chorraeos
-		7. usque ad fontrem	ad fontem
-		14. eſt eos usque	eſt usque
-		15. uſque Hoba et Phoenicem quae	usque Hoba quae
-	XVI,	1. genuerat ſibi liberos	genuerat liberos
-	XVIII,	2 in terra	in terram
-		4. laventur pedes veſtri	lavate pedes veſtros
-		5. confortetur cor	confortate cor veſtrum
-		20. et Gomorrhaeorum	et Gomorrhae
-		28. quia quadraginta	propter
-	XIX,	29 Cum autem ſubverteret	Cum enim
-	XX,	7. et orabit pro te: quia propheta eſt	quia propheta eſt: et orabit pro te
-		16. memento te	mementoque te
-	XXI,	15. unam arborum quae ibi erat	unam arborem, quae ibi erant.

Sufficiant ſpecimina e libro Geneſeos, dum jam, quam frequentes ſint mutationes, ſatis oſtendunt. Addamus vero aliis ex libris loca integra, quae in utraque editione maxime ſunt diſſonantia, dum integrae ſententiae ſunt vel detractae, vel additae vel permutatae.

Editio

Editio Sixt.	*Editio Clement.*
Levit. XX, 9. morte moriatur: ſanguis ejus	morte moriatur: patri matrique maledixit, ſanguis ejus
Numer XXX, 11. Uxor in domo viri ſi voverit, et juramento ſe conſtrixerit,	Uxor in domo viri cum ſe voto conſtrinxerit et juramento, ſi audierit vir et tacuerit, nec contradixerit ſponſioni reddet quodcunque promiſerat; ſin autem exemplo contradixerit, non tenebitur promiſſionis rea: quia maritus contradixit et dominus ei propitius erit ſi voverit et juramento ſe conſtrixerit
I Reg. XXIV, 7. Quia Chriſtus dominus eſt. Vivit dominus, quia niſi dominis percuſſerit eum, aut dies ejus venerit, ut moriatur, aut deſcendens in praelium perierit, propitius mihi ſit Dominus, ut non mittam manum meam in Chriſtum Domini. Et confregit	Quia Chriſtus domini eſt. Et confregit
II Reg. VI, 12. propter arcam dei, dixitque David: ibo et reducam arcam tum benedictione in domum meam. Abiit ergo	propter arcam Dei. Abiit ergo
II Reg. VI, 13. Immolabat bovem et ovem et arietem et David percutiebat in organis armigatis et ſaltabat	Immolabat bovem et arietem et David ſaltabat
II Reg. X, 14. Videntes igitur filii Ammon, quoniam Syrus expavit, et quoniam corruiſſet corum Iſrael	Videntes igitur Syri quoniam corruiſſent coram Iſrael.
II Reg. IX, 26. pro ſanguine Naboth, quem vidi heri ait dominus ſanguinem filiorum ejus reddam tibi in agro iſto dominus. Nunc	Si non pro ſanguine Naboth, et pro ſanguine filiorum, quem vidi heri, ait dominus, reddam tibi in agro iſto dicit dominus. Nunc
Ezech XXIV, 19. Praeceperat mihi. Et dixit ad me populus: quare non indicas nobis quid iſta ſignificent, quae tu facis? Et dixi ad eos: ſermo	Praeceperat mihi. Et dixit ad eos ſermo

Digitized by Google

	Editio Sixt.	*Edit. Clement.*
Habac. I, 3.	Injuſtitiam contra me? quare reſpicis contemptores et taces, conculcante impio juſtiorem ſe? et facies homines quaſi piſces maris, et quaſi reptilia non habentia ducem: et factum eſt	Injuſtitiam contra me? et factum eſt
Matth. XXVII, 35.	Sortem mittentes. Et ſedentes	Sortem mittentes, ut impleretur, quod dictum eſt per prophetam dicentem: Diviſerunt ſibi veſtimenta mea et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedentes
Marc. VIII, 38.	me confeſſus fuerit — filius hominis confitebitur	me confuſus — filius hominis confundetur
Act. XIV, 6.	Et ibi evangelizantes erant. Et commota eſt omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem et Barnabas morabantur. Lyſtris. Et quidam vir	Et ibi evangelizantes erant. Et quidam vir
II Joh. 11.	Ejus malignis. Ecce praedixi vobis, ut in die Domini non confundamini: plura	Ejus malignis: plura.

Ex hiſce ſpeciminibus, quae ſi opus eſſet aliis permultis adaugeri poſſent, ſatis conſtat, 1) diverſitates inter utramque editionem Sixtinam et Clementinam intercedentes non eſſe mera vitia typographica, ſed veras emendationes et correctiones errorum: nam non ſingula verba permutantur, ſed perſonae, tempora, nomina ita permutantur, ut certo alius verborum ſit ſenſus, modo in hac modo in illa editione; et majores ſententiae vel adduntur, vel adimuntur; quin et editiones ſibi variis in locis aperte contradicant: unde vel *Sixtum*, vel *Clementem* erraſſe, neceſſario ſequitur; 2) Editionem Clementinam Sixtinae longe eſſe praeferendam, quippe quae cum authentico ſacrae ſcripturae Textu magis quam Sixtina concordat, purioremque verſionis Vulgatae ſiſtit contextum. Interim diſcordia illa inter utrumque Pontificem Verſionem authenticam edentem, multas Eccleſiae Romanae lites excitavit [e]).

e) Conf. *Thomae Jameſii* bellum papale ſive concordia diſcors Sixti Quinti et Clementis Octavi circa Hieronymianam editionem Londini 1600. et 1618. 8. A treatiſe of the corruption of Scripture, Councils and Fathers, by the Prelats, Paſtors and Pillars of the Church of Rom for maintenance of Popery. Londin. 1688. 8. part. 3. p. 272-358. *Proſp. Marchand* hiſtoire de la Bible de Sixte quint avec des remarques pour connoitre la veritable edition de 1590. in *Schelbornii* amoenit. litterar. tom. 4. p. 433-454.

§. CLIX.

Biblia Latina ex recognitione Romana.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis tribus tomis diſtincta. Romae ex typographia Apoſtolica Vaticana M. D. XC. Fol. Romae. [1]

Sequitur alter titulus: „Biblia ſacra Vulgatae editionis ad Concilii Tri„dentini praeſcriptum emendata et a Sixto V. P. M. recognita et approbata, Ro„mae ex Typographia Apoſtolica Vaticana M. D. XC.„ opera Aldi Manutii Aldi abnepotis: adcitis viris doctiſſimis Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Laelio Cardin. Carafa Theologo, Petro Morino, et Angelo Rocca, ab ipſo Carafa, qui huic editioni praefuit, recognita.

Ex Conſtitutione Sixti V. quae huic editioni praefigitur: „Haec autem „Vulgata Editio cum una eſſet, variis lectionibus in plures quodammodo diſtra„cta videbatur. Quarum licet nonnullas aut Veterum Codicum, aut SS. Pa„trum invexiſſet authoritas, plurimae nihilo minus, vel ex injuria temporum, „vel ex librariorum incuria, vel ex impreſſorum imperitia, vel ex temere emen„dantium licentia, vel ex recentiorum interpretum audacia — vel demum ex „Haereticorum Scholiis ad marginem captioſiſque fallaciis obrepſerant. Et „quamvis in hac tanta lectionum varietate nihil huc usque repertum ſit, quod „fidei et morum cauſae tenebras offundere potuerit; verendum tamen fuit, ne „creſcente magis ac magis in dies addendi detrahendique temeritate, haec pro„batiſſima Scripturarum editio — multiplex evaderet. — Id igitur nos indi„gne ferentes, eoque indignius, quod per hoſce jam viginti duos annos„ (vel potius ab anno peracti Concilii Tridentini ſc. 1563. die 4 Decembris ad ann. 1584. viginti duo elapſi ſunt anni, hoc autem decretum ann. 1546. factum eſt) „qui a dicto Concilii Tridentini decreto ad noſtri usque Pontificatus exordium „(anno 1585.) interfluxerant, licet hujusmodi opus aliquando coeptum fuerit, „tamen ob alias fortaſſe occupationes intermiſſum, nullumque huic imminenti „malo remedium adhibitum fuerat: ac propterea tanto impenſiore cura ac ſtudio „id proſequendum cenſentes — viros complures doctos, qui Sanctarum Scri„pturarum, ſacrae Theologiae, multarumque linguarum ſcientia, ac diuturno „variarum rerum uſu, acrique, cum aliquid diſcernendum eſt, judicio ac ſoler„tia praeſtarent, delegimus ac ſimul congregavimus, ut in germana ſinceraque „ſacri textus editione perquirenda, ſtrenue laborarent, nobisque adjumen„to forent.

„Nos enim rei magnitudinem perpendentes — haud quaquam gravati „ſumus inter alias Pontificiae ſollicitudinis occupationes, quoque hunc non me„diocrem accuratae lucubrationis laborem ſuſcipere, atque ea omnia perlegere, „quae alii collegerant, aut ſenſerant, diverſarum lectionum rationes perpende„re, SS. Doctorum ſententias recognoſcere, quae quibus anteferenda eſſent di„judicare; adeo ut in hoc laborioſiſſimae emendationis curriculo, in quo ope„ram quotidianam, eamque pluribus horis collocandam duximus, aliorum qui„dem labor fuerit in conſulendo, noſter autem in eo, quod ex pluribus eſſet „optimum, delegendo: ita tamen ut veterem multis in Eccleſia abhinc ſeculis

„rece-

Digitized by Google

„receptam lectionem omnino retinuerimus. Novam interea Typographiam — „extruximus — ut in ea emendatum jam Bibliorum volumen excuderetur: ea„que res quo magis incorrupte perſiceretur, noſtra nos ipſi manu correximus, „ſi qua proelo vitia obrepſerant, et quae confuſa, aut facile confundi poſſe „videbantur, ea intervallo ſcripturae ac majoribus notis et interpunctione di„ſtinximus.

„Caeterum, noſtri ne hujus conſilii inſtitutique rationes ignorentur, „ſed potius univerſae Eccleſiae Catholicae, ipſique poſteritati notiſſimae ac te„ſtatiſſimae relinquantur, cunctique facile intelligant, quiſnam ordo in hoc ope„re conficiendo, quae lex ac methodus inita, quae indagandi veri norma a no„bis ſervata ſit: illud ſane omnibus certum atque exploratum eſſe volumus, no„ſtros hos labores ac Vigilias nunquam eo ſpectaſſe, ut nova editio in lucem ex„eat, ſed ut Vulgata Vetus ex Tridentinae Synodi praeſcripto, emendatiſſima, „priſtinaeque ſuae puritati, qualis primum ab ipſius interpretis manu Styloque „prodierat, quoad ejus fieri poteſt reſtituta imprimatur.

„In hac autem germani textus perveſtigatione, ſatis perſpicue inter „omnes conſtat, nullum argumentum eſſe certius ac firmius quam antiquorum „probatorumque Codicum Latinorum fidem, quos tam impreſſos, quam manu„ſcriptos ex Bibliothecis variis conquirendos curavimus. In quacumque igitur „lectione plures vetuſtiores atque emendatiores libri conſentire reperti ſunt, ea „jure optimo quaſi primigenii textus verba, aut his maxime finitima retinenda „decrevimus. Id vero ad germanam editionem conſtabiliendam praeſidium „ſicubi deſideratum eſt, tunc SS. Patrum veterumque expoſitorum enarrationes, „quibus diverſa ſcripturarum loca et libros illuſtrarunt, ſubſidio fuere, in qui„bus quidquid e noſtra obſervatum fuit, id in hujus operis partem aſcitum eſt. „In iis tandem quae neque Codicum neque Doctorum magna conſenſione ſatis „munita videbantur, ad Hebraeorum Graecorumque exemplaria duximus con„fugiendum, non eo tamen ut inde Latini interpretis errata corrigerentur, ſed „ut in eorum verborum locum, quae cum apud Latinos ambigua ſint, potuiſ„ſent, quo non oporteret, inflecti, certum aliquid atque indubitatum ſufficere„tur, ſive ut, quod apud nos variantibus codicibus inconſtans, diverſum ac mul„tiplex erat, id uniforme, conſonum, uniusque modi, ipſorum fontium verita„te perſpecta ſanciretur. —

„Quemadmodum ergo laudabile eſt, ubicumque noſtri codices ipſi per „ſe aut conciliari aut intelligi non poſſunt, linguarum externarum praeſidia „quaerere; ita, cum id neceſſarium non eſt, leviſſimis de cauſis majorum noſtro„rum ſanctitatem, ſapientiam, conſenſum, vetuſtiſſimamque Eccleſiae conſvetu„dinem non vereri, temeritas plane pertinaciaque cenſenda eſt. — Nos au„tem ut haec vetus editio, quae nunc prodit noſtro excuſa praelo, ejusdem Sy„nodi praeſcripto modis omnibus reſponderet, non ſolum veteres et ab Eccleſia „receptos loquendi modos conſervavimus, ſed etiam apocrypha rejecimus, au„thentica retinuimus. Nam 3. et 4. Eſdrae libros, 3. Maccabaeorum et oratio„nem Manaſſe ab hac editione prorſus exploſimus. — Nonnullas etiam ali„quando ſententias, quae aliunde accerſitae, Vulgatae editioni interpoſitae erant,

„neque

„neque in antiquis exemplaribus, neque in SS. Patrum Commentariis invenie-„bantur, delevimus. Hanc denique editionem a variis, qui vitio multorum „irrepſerant, erroribus accurate emendavimus atque purgavimus, atque in pri-„ſtinam veritatem ſumma diligentia reſtituimus &c. Datum Romae anno In-„carnationis Dominicae 1589. Kalendis Martii.„

Haec editio licet annum 1590. in fronte gerat, non ideo hoc anno abſoluta fuit, imo jam praelo ſubacta erant Biblia Latina auctoritate Sixti V. duobus ab hinc annis; „nam (ut refert Angelus Rocca) *f*) Biblia recenter impreſſa „Sixtus de integro perlegit antequam prodirent, conſtitutionemque Kalendis „Martii anno 1589. ſcriptam huic editioni praefixit. At intra duos menſes „integra illa relegere multis aliunde detentus occupationibus non potuiſſet„ fatendum igitur eſt, ſaltem ſub finem anni 1588. excuſam fuiſſe, divulgatamque duntaxat anno 1590., ut fert et operis titulus, et inſcriptio, quae reperitur in Bibliotheca Vaticana, de qua haec ait idem Angelus Rocca ibidem: „Quarta „inſcriptio ingentem indicat curam et vere Pontificiam, quam Sixtus V. toto „ſuſcepit conatu pro Bibliis Vulgatae editionis emendandis et imprimendis „juxta Concilii Tridentini praeſcriptum. Qua in re praeſtanda tot ac tantos „die noctuque perpeſſus eſt labores, quantos unquam verbis explicare nemo „poſſit, ut mihi perſvadeo, qui hujus generis labores re ipſa videns non ſemel „tanquam oculatus teſtis obſtupui. Univerſa enim Biblia antequam praelo „committerentur, ad verbum perlegit. — Nec eo contentus, univerſa Biblia „ſic emendata et recenter impreſſa de integro perlegit, ut omnia fideliter re-„cognita in lucem prodirent. Quam rem inſcriptio, quae infra legitur apertis „hiſce verbis breviter patefacit: *Sanctam paginam ex Concilii Tridentini prae-„ſcripto*, *quam emendatiſſimam divulgari mandavit*, vel *curavit*, ut legitur apud „Mutium Panſam pag. 323. de Bibliotheca Vaticana.„

„Deprehendi (ait Henricus de Bukentop) *g*) iſtam Sixti V. editionem „in Veteri Teſtamento admodum convenire cum Bibliis primum editis per Hen-„tenium an. 1547. deinde cum Theologorum Lovanienſium ſaepius impreſſis, „in Novo autem teſtamento non adeo.„

Angelus Rocca *h*): „nec ſilentio praetereundum (inquit) cenſeo, me „hoc totum fere opus (*de Bibliotheca Vaticana*) ante duos jam annos elucubraſſe, „et pene abſolviſſe, magnaque ex parte jam inde ab eodem tempore fuiſſe im-„preſſum, ſed Sixtus V. e medio curſu me revocavit, graviorique negotio deſti-„navit. Hinc factum eſt, ut in hujus generis onere mihi impoſito, Bibliis ſci-„licet Vulgatae editionis ex ſacri Concilii Tridentini decreto et praeſcripto, „quam emendatiſſime in lucem edendis, non ſolum ob multos ſtudiorum labores, „verum etiam ob plurimas corporum defatigationes, quibus diem totum majo-„remque noctis partem conſumebam.„

Elſſius

f) In libro de Bibliotheca Vaticana p. 228.
g) In praefat. lib. 2. Lucis de luce p. 317.
h) *Rocca* ibid. p. 424.

Elſſius in Biblioth. Auguſtinianorum recenſet illius „Notas, ſeu ſcholia „in utrumque Teſtamentum ad ea comprobanda, quae ex Concilii Tridentini „decreto in ſacris Bibliis Vulgatae editionis corrigendis a ſacris Congregatio- „nibus tam linguarum varietate ac manuſcriptorum antiquitate, quam auctori- „tate ac lectione SS. Patrum atque rationibus ipſis praeſtita fuerunt,„ quae forſan in Bibliotheca Vaticana ſervantur.

„Singulari Dei providentia (ſcribit Lucas Wadingus) [i]) ingens illud „Sixtus V. praeſtitit Eccleſiae Catholicae beneficium, quod ſacrae ſcripturae „codices juxta potiora et vetuſtiora Hebraeorum et Graecorum exemplaria cor- „rectos reſtitui, et in lucem emitti ſolertiſſime curaverit. Cum enim ſacroſancta „Tridentina Synodus inter pleraſque Latinas editiones ſacrorum Bibliorum, ſo- „lam Veterem et Vulgatam, quae longo ſeculorum uſu in Eccleſia probata „fuerat, graviſſimo decreto authenticam declaraſſet, atque illa ipſa emenda- „tiſſime, quoad fieri poſſet, imprimi juſſiſſet, opusque graviſſimum et apprime „neceſſarium aggreſſus eſſet, Pius Quartus et proſecutus Pius Quintus, ac de- „mum cura illa, propter alias moleſtas Sedis Apoſtolicae occupationes omnino „intermiſſa fuiſſet: Sixtus provinciam hanc denuo commendavit lectiſſimis ali- „quot S. R. E. Cardinalibus, aliiſque tum ſacrarum litterarum, tum variarum „linguarum peritiſſimis viris, qui adhibitis antiquiſſimis codicibus manuſcriptis, „inſpectis quoque Hebraicis, Graeciſque Bibliorum codicibus, conſultis deni- „que veterum Patrum commentariis praedictam editionem accuratiſſime priſtino „ſuo nitori reſtituerent.

„Atque in hoc opus Sixtus ipſe ardentiſſimo ſtudio totus incubuit: ita „ut cum jam eſſet completum et excuſum, Princeps oculatiſſimus majori adhuc „uſus diligentia (quae in tanta re nunquam poterit eſſe nimia) cum aliqua de- „eſſe, et alia incurioſius praeli vitio irrepſiſſe deprehendiſſet, opus ad incudem „revocari praeceperit, quod demum undique perfectum, illo decedente, paulo „poſt Clementis VIII. inaugurationem ſub Sixti nomine feliciſſime prodiit [k]).„

Sixti V. [Ex iis, quae Auctor noſter ex variis ſcriptorum relationibus in medium protulit, quanta cura et ſollicitudine Sixtus V. emendandis Bibliis Latinis, ut Decreto Concilii Tridentini ſatisfieret, incubuerit. Ipſa vero ſub auſpiciis emiſſa editio tam rara eſt, ut vix quisquam, ſe eam oculis uſurpaſſe gloriari poſſit, adeo enim eſt *Clementis* VIII. auctoritate ſuppreſſa, ut et qui illam ante oculos habuerunt, qualis ſit, et quasnam illa proferat lectiones, publice annuntiare haud auſi ſint. Duplici ornatur titulo, quorum prior ex parte colore rubro ex parte colore nigro expreſſus eſt, quem hic ita damus, ut quae colore rubro exſcripta ſunt, typo italico diſtinguantur: *Biblia ſacra* Vulgatae editionis *tribus tomis* diſtincta Romae *ex Typographia Apoſtolica Vaticana* M. D. XC. Pagina ſecunda exhibetur: *De Canonicis ſcripturis decretum ex Concilio Tridentino ſeſſione quarta.* Sequitur Bulla ſeu Conſtitutio *Sixti* V. *Aeternus* ille *coeleſtium terreſtriumque rerum Conditor ac moderator Deus* &c. *dat. Romae apud ſanctam Mariam majorem anno Incarnationis dominicae M. D. LXXXVIII. Kalendis Martii Pontificatus noſtri*

i) Scriptor. ord. minor. p. 319.
k) *Le Long* p. 264. col. 2. E.

noſtri anno quinto; Index ac ſeries librorum Veteris Teſtamenti &c.; *Librorum Veteris ac novi Teſtamenti Conſonantia* &c. *Bibliorum ſacrorum Tomus primus.* Conſtat integra editio paginis 1141. Accedunt duo folia, primum; *Bibliorum ſacrorum tomus ſecundus*, poſt pag. 480. collocandum; ſecundum: *Bibliorum ſacrorum tomus tertius novum Teſtamentum comprehendens* ante pag. 901. inferendum. Libri ſacri latine inſcribuntur: *Liber Geneſis; Liber Exodi; Liber Levitici* &c.; quae omnia hanc primam et ſuppreſſam editionem ab inſequenti *Clementis* VIII. ſatis diſtinguunt. Accedunt hiſce criteriis errores typographici ab ipſo *Sixto* relegendo detecti, qui ſchedula agglutinata oculis lectorum ſubducuntur; dum alii manu correctiora redduntur.

Ex ipſa *Sixti* V. Bulla multa communicavit Auctor noſter, quae ad editionis hiſtoriam pertinent, ſed quae ex Apoſtolica auctoritate derivandam ejus auctoritatem ſpectant, providus omiſit. Interim et haec lectoribus haud negabimus: „Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, Catholicae fidei conſer„vationem, ac ſacroſanctae univerſalis Eccleſiae utilitatem, hac noſtra perpetuo „valitura conſtitutione, de eorundem venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. „Cardinalium ſuper typographia Vaticana deputatorum conſilio et adſenſu, quo„rum opera et induſtria, in hac ipſa Vulgatae editionis emendatione, in rebus „praeſertim gravioribus uſi ſumus, et ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſto„licae poteſtatis plenitudine ſtatuimus ac declaramus, eam Vulgatam ſacrae tam „Veteris, quam novi Teſtamenti paginae latinam editionem, quae pro authen„tica a Concilio Tridentino recepta eſt, ſine ulla dubitatione aut controverſia „cenſendam eſſe hanc ipſam, quam nunc prout optime fieri potuit emendatam, „et in Vaticana Typographia impreſſam in univerſa chriſtiana republica atque „in omnibus chriſtiani orbis eccleſiis legendam evulgamus, decernentes eam „prius quidem univerſali ſanctae eccleſiae ac ſanctorum patrum conſenſione, de„inde vero generalis concilii Tridentini decreto, nunc etiam apoſtolica nobis „a domino tradita auctoritate comprobatam, pro vera, legitima, authentica, „et indubitata in omnibus publicis privatisque diſputationibus, lectionibus, prae„dicationibus et explanationibus recipiendam et tenendam eſſe. —

„Quae vero antehac quibuscunque in locis impreſſa ſunt, juxta hunc „noſtrum textum ad verbum et literam corrigantur idque tam in impreſſis, quam „imprimendis miſſalibus, breviariis, officiis, ritualibus, pontificalibus, cere„monialibus et aliis eccleſiaſticis libris, quoad eas tantum ſcripturae lectiones „et verba, quae ex vulgata editione ſumta atque in iisdem libris inſerta fuiſſe „conſtat: caeterum ſi manuſcripta vel impreſſa Biblia hujus etiam vulgatae edi„tionis ob characterum venuſtatem, ſeu ob aliquod inſigne codicis ornamentum, „ſive ob impreſſionis praeſtantiam, vel ob notationes ad marginem ſcriptas aſſer„vantur, et juxta hoc noſtrum exemplar emendata non fuerint ea in iis, quae „huic noſtrae editioni non conſenſerint: nullam in poſterum fidem, nullam au„ctoritatem habitura eſſe decernimus ac declaramus.

„Quod ſi Inquiſitor, aut Epiſcopus aliud Exemplar ab eo quod in Va„ticana Typographia impreſſum eſt, quoque modo diſcordans, Typographo ad „imprimendum tradiderit, vel impreſſum ſuo ſigno, aut ſubſcriptione approba-

 „verit,

„verit, quod revera ab eo diſcordet; in eum ſi Antiſtes fuerit, etiamſi Archi-„epiſcopali, Primatiali, Patriarchali, vel alia majori praefulgeat dignitate, in-„terdicti ingreſſus eccleſiae; ſi autem inferior, excommunicationis ſententiam „ipſo facto incurrendam ex nunc per praeſentes ferimus. — *Nullo* ergo omnium „hominum liceat hanc Paginam noſtri ſtatuti declarationis, decretorum, volun-„tatum, prohibitionis et derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. „Si quis autem hoc attentare praeſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, „ac Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Dat. Ro-„mae apud Sanctam Mariam, Anno Incarnationis Dominicae 1589. Kalendis „Martii, Pontificatus noſtri Anno Quinto.„ Haec eſt perpetuo duratura ex Apoſtolicae auctoritatis plenitudine promulgata conſtitutio, quae vix per trien-nium valuit. *Clementis* VIII. auctoritate non minima particula mutatur, vel addi-tur, vel detrahitur, ſed integrum opus biblicum ſupprimitur, atque ita authen-tica editio Vulgata tantis minis, indignatione Dei et Apoſtolorum Petri et Pauli, interdicto et excommunicatione munita, ab alia authentica editione dignitate ſua exuitur. Non defuerunt in Eccleſia Romana viri docti, qui hoc bellum papale componere conati ſunt, quo vero modo hoc factum ſit, ad ſequentem editionem relaturi ſumus *l*).

Recognitio ſecunda. [II]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti V. Pontificis Max. juſſu recogni-ta et edita. Romae ex Typographia Apoſtolica Vaticana. MDXCII. Fol.

Annuente Clemente VIII. ſummo Pontifice, cujus praemittitur conſti-tutio data nono Novembris 1592. et Praefatio Roberti Bellarmini nondum Car-dinalis, ipſum opus accurantis.

Ex praefatione: Quamvis inſignium Academiarum Theologi in editione Vulgata priſtino ſuo nitori reſtituenda magna cum laude laboraverint: quia ta-men in tanta re nulla poteſt eſſe nimia diligentia, et codices mſc. complures et vetuſtiores ſummi Pontificis juſſu conquiſiti, atque in Vrbem advecti erant; et demum quoniam executio generalium Conciliorum, et ipſa ſcripturarum inte-gritas et puritas ad curam Apoſtolicae Sedis potiſſimum pertinere cognoſcitur: ideo Pius IV. Pont. Max. pro ſua in omnes Eccleſiae partes incredibili vigilan-tia, lectiſſimis aliquot Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalibus aliisque tum ſa-crarum literarum, tum variarum linguarum peritiſſimis viris eam provinciam demandavit, ut Vulgatam editionem Latinam, adhibitis antiquiſſimis codicibus mſc. inſpectis quoque Hebraicis Graecisque Bibliorum fontibus, conſultis denique veterum Patrum commentariis, accurate caſtigarent. Quod itidem inſtitutum Pius V. proſecutus eſt.

Verum conventum illum ob varias graviſſimasque Sedis Apoſtolicae occupationes jam dudum intermiſſum, Sixtus V. divina providentia ad ſummum Sacer-

l) Conf. *Carpzovii* critica ſacra p. 688. *Rich. Simon* hiſt. crit. du V. T. p. 526. *Aug. Calmet* Bibliſche Biblioth. p. 168. *Freytagii* analecta litterar. p. 117. *Baumgartenii* Ergänzungen der gelehrten Geſchichte der Trident. Kirchenverſamlung p. 266. *Joh. Leusdeni* philolog. hebr. mixt. Diſſ. 1. p. 1. *Kortholtus* de variis ſcript. editionibus cap. 9. ſq. *Walchii* Bibliotheca exegetica p. 61. *D. Clement*. biblioth. hiſt. et crit.

Sacerdotium evocatus, ardentiſſimo ſtudio revocavit, et opus tandem confectum typis mandari juſſit. Quod cum jam eſſet excuſum, et ut in lucem emitteretur, idem Pontifex operam daret, animadvertens non pauca in Sacra Biblia praeli vitio irrepſiſſe, quae iterata diligentia indigere viderentur, totum opus ſub incudem revocandum cenſuit atque decrevit. Id vero cum morte praeventus praeſtare non potuiſſet, Gregorius XIV. qui poſt Urbani VII. duodecim dierum Pontificatum Sixto ſucceſſerat, ejus animi intentionem executus perficere aggreſſus eſt, ampliſſimisque aliquot Cardinalibus, aliisque doctiſſimis viris ad hoc iterum deputatis. Sed eo quoque, et qui illi ſucceſſit, Innocentio IV. breviſſimo tempore de hac luce ſubtractis, tandem ſub initium Pontificatus Clementis VIII. opus in quod Sixtus V. intenderat, Deo bene juvante perfectum eſt.

Accipe igitur, Chriſtiane Lector, eodem Clemente Summo Pontifice annuente, ex Vaticana Typographia veterem ac Vulgatam ſacrae ſcripturae editionem, quanta fieri potuit diligentia caſtigatam: quam quidem ſicut omnibus numeris abſolutam, pro humana imbecillitate, affirmare difficile eſt, ita coeteris omnibus, quae ad hanc usque diem prodierunt, emendatiorem, puriorem que eſſe, minime dubitandum. Et vero quamvis in hac Bibliorum recognitione in codicibus manuſcriptis, Hebraeis Graecisque fontibus, et ipſis veterum Patrum commentariis conferendis non mediocre ſtudium adhibitum fuerit; in hac autem pervulgata lectione, ſicut nonnulla conſulto mutata, ita etiam alia, quae mutanda videbantur, conſulte immutata relicta ſunt. — Porro in hac editione nihil non canonicum —— apponere viſum eſt — et nullae ad marginem concordantiae, nullae notae, nullae variae lectiones, nullae denique praefationes, nulla argumenta ad librorum initia conſpiciuntur &c. Haec ex praefatione.

Huic editioni ſub Gregorio XIV. Pont. Max. praefuerunt M. Ant. Columna, (1. 2. 6. 7. 8.) Cardinalis; Guill. Alanus (1. 2. 4. 6. 8.) Cardinalis; et (2. 4. 6. 8.) Bartholomaeus de Miranda Magiſter Sacri Palatii, juvantibus Roberto (2. 3. 4. 5. 8.) Bellarmino, Antonio (6. 7. 8.) Agellio, Petro (6.) Morino, Flaminio Nobilio, Laelio et Valverdio: Et ſub Clemente VIII. (7.) Franciſcus Toletus, Auguſtinus Valerius, et Fridericus Borromaeus Cardinales, juvantibus iisdem Bellarmino, Agellio, Morino et (4.) aliis duobus; quae quidem editio Latina nunc probata eſt tanquam authentica in Eccleſia Catholica, et juxta praeſcriptum Concilii Tridentini in lucem emiſſa.

1) Guillelmus Alanus Cardinalis a Sixto V. renunciatus „ab ejus vero „ſucceſſore Gregorio XIV. loco Antonii Cardinalis Carafae demortui Bibliothe„carius Apoſtolicus declaratus, et Archiepiſcopus Macienſis electus, atque ad „reformationem editionis Vulgatae Sacrorum Bibliorum a Sixto V. coeptam „cum Cardinali Columna deputatus [m]).„

2) Bellarminus anno 1591. Gregorio XIV. author fuit, ut Biblia Sixti ad incudem revocarentur, et reſtituta, adjecta praefatione cuderentur. Gregorius

m) Ita *Auguſtinus Oldoinus* in addition. ad Ciaconium de vitis ſumm. Pontif. et Card. editionis 1677.

gorius ad ea recognoſcenda et ad Lovanienſia praecipue revocanda Congregationem inſtituit; id actum eſt Zagarolae in aedibus Marci Antonii Columnae Cardinalis. Intererant Cardinalis ipſe Columna, Alanus, Magiſter Sacri Palatii, et Bellarminus, alii tres aut quatuor viri docti. Gregorio XIV. ac Innocentio IX. demortuis, Clemens VIII. ea recognita, ſub Sixti nomine, edi juſſit; praefationem eis praefixam confecit Bellarminus [n]).

3) Anno 1590. miſſus Bellarminus a Sixto V. in Gallias eſt, — inde poſt decem menſes redux, jubente Gregorio XIV. ſacra Biblia unus e paucis ad id deſignatis, liberavit erratis, quae in prima editione a Sixto imperata irrepſerant, et praefationem ipſe compoſuit, quae impreſſa eſt hodieque perlegitur [o]).

4) Sylveſter a Petra Sancta haec ait: [p]) Cum recognoſci et iterum edi Biblia Sixti V. deberent — Gregorius XIV. mandaverat coram ſe conventum agi, in quo praeſcriberetur modus ejus recognitionis — In eo primum auditae ſententiae, et poſt Bellarmini conſilium omnes approbarunt; qui meditationi aliquot doctiſſimorum hominum relinqui poſſe dixit, de integro ea repurgare, conferendo ad antiquas editiones, et ad manuſcripta exemplaria tum Graecorum tum Latinorum et ad commentarios Patrum. — Hujus conſilii exequendi cauſa contulerunt ſe (anno 1591.) in aedes Marci Antonii Columnae Cardinalis, qui aderat, et una etiam Cardinalis Guillelmus Alanus, Bartholomaeus de Miranda, Magiſter ſacri Palatii, Robertus Bellarminus atque alii quatuor. Hi vero ſacras paginas ſtudio atque induſtria ſua reddidere Eccleſiae ea forma, quam nunc habent, praelo datas initio Pontificatus Clementis VIII. In opere obeundo fuit Bellarmini praecipuus labor, et in eam quoque ſententiae redibant omnium. — Praefationem idem compoſuit, quae ante eadem Sixti V. Biblia, hodieque impreſſa legitur. Haec ille.

5) Ipſe Bellarminus [q]) fatetur ſe unum fuiſſe e numero correctorum his verbis: „Scias velim Biblia Vulgata non eſſe a *nobis* accuratiſſime caſtigata, „multa enim de induſtria juſtis de cauſis pertranſivimus, quae correctione in„digere videbantur. Variae Lectiones, quae in Bibliis Lovanienſibus habentur, „et in quas tu librum utiliſſimum ſcripſiſti, mihi videbantur omnino addendae, „quippe quae inſtar Bibliothecae mihi eſſe videntur, ſed non placuit aliis, ut in „prima editione apponerentur.„ Hoc fragmentum refert Franciſcus Lucas in ſua Epiſtola nuncupatoria Libelli alterius de variis Lectionibus in Bibliis Latinis, qui ad calcem Bibliorum Latinorum. Antwerpiae 1618. 4. et alibi reperitur.

6) Petrus Morinus haec ait: [r]) „Cum Cardinalis Carafa Biblia Latina, adhibitis Flaminio Nobilio, Antonio Agellio, Laelio Theologo ſuo, Bartholomaeo

n) *Victorellus* in additionibus ad Ciaconium de vitis Pontif. Roman. &c. columna 1904. editionis anni 1630.

o) *Alegambe* in Biblioth. Scriptor. S. I. p. 408.

p) In vita Cardin. *Bellarmini*, quam ex Italico Fuligati latinam fecit anno 1626. lib. 2. cap. 9.

q) In epiſtola ad *Franciſcum Lucam* Brugenſem.

r) In epiſtola ad *Sylvium Antonianum* p. 368. opuſculorum.

lomaeo Valverdio ac me, detuliſſet emendata ad Sixtum V. ecce Pontificatu Gregorii XIV. tu ipſe, Morine, dixiſti, ad Biblicos labores? et miratus ſum. Sed tamen ab Illuſtriſſ. Cardinali M. Antonio Columna accerſiti ſumus, Bellarminus, Agellius et ego; cumque res traheretur, ab eo ducti Zagarolam, una cum Illuſtriſſimo Alano Cardinali, ac reverendiſſ. Miranda Magiſtro Sancti Palatii; ac ibi novem decem dies commentati una ſumus; cum Illuſtriſſ. Columna ea annotaret, et de quibus, obſcuris ac dubiis, diſſentiebamus.„

7) In inſtauranda editione, quam Vulgatam ſive communem appellamus, laboratum profecto impenſius ab eo coetu, quem diximus (inquit Joſ. Silos) [s]) praecipue ab Agellio. Enim vero cum conferri vetuſtiſſimi codices cum Hebraico textu, ac verſione Septuaginta, ac ſingula locorum momenta atque interpretationes agitari in commune, atque excuti accurate ad priſca ea exemplaria deberent: exploratum habemus, Agellii in eo labore principes fuiſſe partes ac curas, ita ut cum aliorum, tum ejus maxime ingenio ac vigiliis perducta ad ſummam manum Veteris ac Novi Teſtamenti emendatio fuerit, ac Sixto V. Pontifici a Cardinali Caraſa oblata. Hujus autem abſolutiſſimae correctionis publicatio interturbata, atque ejus loco excuſa Vaticanis formis alia quaedam fuit; quam quidem divinitus factum eſt, ut neque promulgari contigerit, elato nimirum Sixto, qui ſuo marte concinnaverat. Eliminanda ſiquidem ac repurganda interiore plane ſtudio Gregorii XIV. juſſu. In quam curam evocatus iterum cum plerisque aliis viris doctis Agellius fuit, temperante ea ſtudia Cardinali Columna; qui erepto tum quidem e vivis Caraſa impoſitus a Gregorio graviſſimo illi muneri fuerat; ſuccedebatque ex ſententia labor; quae magnorum conſiliorum conditio eſt ſaepe intercipi; abrupit item eas curas Pontificis fatum. Nempe reſervata praeclari operis gloria Clementi VIII. fuerat, qui amplexus egregio plane ardore ac ſtudio negotium, reſtitui, imprimi, evulgarique Vulgatam juſſit. Et vero quamvis confeciſſe rem pene totam viſus fuerit Franciſcus Cardinalis Toletus, cui una cum Cardinalibus (Auguſtino Valerio Epiſcopo) Veronenſi ac (Friderico) Borromaeo demandatae eae Bibliorum curae tunc fuere: nihilo tamen minus compertum eſſe ait Ghiſlerius, uſum Toletum clarorum virorum, quos diximus, Agellii praeſertim laboribus, atque ab iis ſuas lucubrationes correctionesque adornaſſe.

8) Idem ad haec probanda adducit ipſius Agellii teſtimonium, in praefatione ad Scholia in Hieremiae Threnos, hoc, *ait*, in Lamentationem Hieremiae non continuata opera, ſed ſaepius interrupta confeceram, cum in corrigendis Vulgatae editionis libris occupatus eſſem. — Ad hoc ſunt, (pergit Joſ. Silos) qui pro ejus rei teſtimonio dixere viri probi ac docti, Romae tunc temporis agentes, qui uſurpavere ipſis oculis tum Agellii cum Antonio Cardinali Caraſa congreſſus, tum ſeceſſus Zagarolam cum Cardinalibus Columna et Alano, et Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro, et Bellarmino; qui poſtremus rem etiam luculenter ac citra fucum teſtatum voluit Vincentio noſtro Ricardo. — Cum enim Agellii mentio incidiſſet; faſſus ingenue eſt, ſe quidem in divinorum codicum emendatione Theologum egiſſe; ut ſi quae ſuborirentur dubia, ad ſacrae Theo-

s) Lib. 13. hiſt. Clar. Reg. p. 533. 534.

Theologiae ſenſa enodaret: coeterum quod ad germanam ſcripturarum notionem, fontemque pertinet, Agellium inſtar omnium fuiſſe. Haec illo.

In hac editione ſunt aliqua poſt impreſſionem partim calamo, partim aliter correcta, quae nimirum antequam exemplaria iſtius editionis divulgarentur, innotuerant et mendoſa judicata ſunt [t]).

[Editionis Romanae et quidem ſecundae ſeu Clementinae hiſtoriam ſatis accurate expoſuit Auctor noſter, ita ut plura addere ſuperfluum eſſet. Munitur Bulla Clementis VIII. S. P. R. data Romae apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die 9. Novembris 1592. Pontif. anno 1. qua omnes aliae iteratae editiones per decennium prohibentur. — „Si quis vero typographus in quibus„cunque Regnis, Civitatibus, Provinciis et locis tam noſtrae et S. R. E. ditioni „in temporalibus ſubjectis, quam non ſubjectis, hanc eandem ſacrarum ſcriptu„rarum editionem intra decennium praedictum quoquo modo, elapſo autem de„cennio, aliter quam juxta hujusmodi exemplar, ut praefertur, imprimere, ven„dere, venales habere, aut alias edere vel evulgare, aut ſi quis Bibliopola a ſe „vel ab aliis quibusvis, poſt datam praeſentiam, hujus editionis impreſſos li„bros, ſeu imprimendos a praefato reſtituto et correcto textu in aliquo diſcre„pantes, ſeu ab alio quam a Typographo Vaticano, intra decennium excuſos, „pariter vendere, venales proponere vel evulgare praeſumpſerit, ultra amiſſio„nem omnium librorum, et alias arbitrio noſtro infligendas poenas temporales, „etiam majoris excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrat: a qua niſi a Rom. „Pontifice, praeterquam in mortis articulo conſtitutus abſolvi non poſſit.„ Haec ſcripſit *Clemens* VIII. atque hoc mandato magis augendis typographiae Vaticanae facultatibus, quam divulgando verbo divino conſuluit. Reliquum eſt, ut quomodo in ipſa Eccleſia Romana diſſidia inter utramque editionem authenticam componere allaborent viri docti, oſtendamus. Omnium primo eo proſpectum eſt, ut duplex illa correctio Sixtina et Clementina pro unica haberi poſſit. Apparet itaque nomen *Sixti* et *Clementis* in fronte libri, ut ipſa nova editio etiam Curis Sixtinis tribui poſſit; dum ipſe *Sixtus* ſecundas curas ſacris litteris dicare decreverit. Provocant porro ad innûmeras typothetarum mendas, quibus antiquior editio conſpurcata ſit, quod utique verum eſt; unde nova correctio neceſſaria fuerit; ut itaque prior editio non ſit rejecta ſeu ſuppreſſa, ſed tantummodo recognita et ab erroribus typographicis repurgata. Multa hiſce obverti poſſent, ſed non controverſiam, verum editionum ſcribimus hiſtoriam [u]).

Recognitio tertia. [III]

* Biblia Latina Sixti V. Pont. Max. juſſu recognita atque edita. Additae ſunt concordantiae marginales. explicationes nominum Hebraeorum et Index rerum. Romae ex typographia Vaticana. M. D. XCIII. 4.

Clementis VIII. auctoritate recuſa. „ Editio Vaticana Clementis VIII. anni 1592., quae eſt omnium prima poſt factam emendationem, eſt quidem quoad proelum multo exactior et accuratior, quam iſta anni 1593.

[*Sixtus*

t) *Bukentop* p. 129. lucis de luce. *Le Long* p. 267. col. 1. C.

u) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 22. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 61.

x) *Bukentop* p. 229. Lucis de luce. *Le Long* p. 169. col. 2. A.

Digitized by Google

[*Sixtus* V. graviſſimis ſub intentatis minis aliam interdixerat verſionis Vulgatae editionem, quam ipſe procurarat; *Clemens* VIII. idem de ſua editione anni 1592. ſtatuerat. Sed prodit anno ſequenti editio tertia, quam *Moretus* 1599. iterum ſub incudem vocavit, atque ſaepius recuſa extat. Sed *Moreti* editio quam ſaepiſſime a prima *Clementis* recedit; ex quo itaque apparet, editionem anni 1593. Romanam denuo eſſe recognitam, emendatam et in melius formatam. Tres itaque revera ſunt verſionis authenticae recognitiones, prima *Sixti* V., ſecunda *Clementis* VIII. anni 1592. et tertia ejusdem, anni 1593. y)].

§. CLX.

Biblia Latina Antwerpiae et Avenion.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti Quinti Pont. Max. juſſu recognita atque edita. Antwerpiae ex officina Plantiniana, apud Joannem Moretum M. D. XCIX. 4. 8. [I] Moretus.

Adjecta eſt facultas Sancta Biblia imprimendi Joan. Moreto a Clemente VIII. conceſſa anno 1597. Differunt Biblia iſta ſc. Vaticana et Antwerpienſia in variis et notabilibus locis, quae refert Henr. de Bukentop z).

[Tam *Sixtus* V. quam *Clemens* VIII. ſub graviſſimarum poenarum comminatione, ne quis Biblia Vaticana intra decennium recudi curaret, interdixerant. *Moretus* vero *Plantini* gener, qui Typographiae Plantinianae Antwerpiae praefuit, Biblia extra Italiam divendendi, adeoque et imprimendi, aere oblato a Clemente VIII. obtiniut facultatem, et primus omnium editionem Vaticanam ſub incudem revocavit. Sed non accurate illam Romanam archetypam primam expreſſit; ſed ſecundam anni 1593. 4. quae a priori multis in locis differt; addidit etiam appendicis loco Orationem Manaſſe et librum 3. et 4. Eſdrae, praemiſitque libris *Hieronymi* prologos a)].

* Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti Quinti Pont. Max. juſſu recognita atque edita. Antwerpiae ex officina Plantiniana apud Joannem Moretum M. DCIII. Fol. [II].

Adjecta ſunt ad calcem Romanae Correctionis in Latinis Bibliis editionis Vulgatae juſſu Sixti V. Pontificis recognitis, loca inſigniora, obſervata a Franciſco Luca Brugenſi b).

[*Franciſcus Lucas* Brugenſis, qui et edendis Polyglottis Antwerpienſibus interfuit, et ex numero eorum fuit, qui Lovaniae Textum Vulgatae recognoverunt, varia, ſed tantummodo inſigniora loca notavit, in quibus Editio Vaticana ab aliis antiquioribus recedit. Prodiit liber ejus eodem anno ex eadem officina, ſub titulo: Romanae correctionis in Latinis Bibliis editionis Vulgatae, juſſu

y) *Clement* l. c. p. 163.

z) Lib. 3. cap. 7. puncto 3. libri Lucis de Luce p. 507. *Le Long* p. 269. col. 2. B.

a) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 22. Index Biblior. Wernigerod. p. 57. *Walchii* biblioth. exeget. p. 61.

b) *Le Long* p. 269. col. 2. D.

juſſu Sixti V. Pont. Max. recognitis, loca inſigniora: obſervata a Franciſco Luca, Brugenſi, Eccleſiae Cathedralis Audomaropolitanae Theologo et Decano. Antwerpiae ex officina Plantiniana apud Joannem Moretum, 12. Idem tractatus inſertus legitur Bibliis Hebraeo - Latinis Genevae 1619. et Lipſiae 1657. nec non in Bibliis cum Gloſſa ordinaria Antwerpiae 1634. c).

[III] Biblia Latina. Antwerpiae ex officina Plantiniana, apud Joannem Moretum 1605. 4.

Editio apparet in Cl. *Lorkii* deſideratis.

[IV] * Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti Quinti Pont. Max. juſſu recognita atque edita. Antwerpiae, ex officina Plantiniana apud Joannem Moretum M. DC. VIII. 8. maj. d).

[Editio ad primam *Moreti* anni 1599. formata, cum iisdem appendicibus et prologis e).

[V] * Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti Quinti Pont. Max. juſſu recognita atque edita. Adjecta ſunt ad calcem Correctionis Romanae in Bibliis Latinis loca inſigniora, et denuo aucta a Franciſco Luca Brugenſi. Item libellus alter continens alias lectionum varietates in Bibliis Latinis ex vetuſtis mſc. exemplaribus. Antwerpiae. Balthaſaris Moreti MDCXVIII. 4. f).

[Correctiones editionis Romanae eaedem ſunt, quae praecedentibus editionibus jam additae fuere, ſed aliquantulum locupletiores. Libellus alter „continens alias lectionum varietates, in eisdem Bibliis Latinis ex vetuſtis mſc. „exemplaribus, collectas, quibus poſſit perfectior reddi, feliciter coepta corre„ptio, ſi accedit ſummi Pontificis auctoritas, obſervatore et collectore Luca Bru„genſi.„ Prodiit A. 1617. atque *Iacobo Blaſaeo* Epiſcopo Audomaropolitano inſcriptus eſt. Continet ille catalogum lectionum in ipſa Romanae Eccleſiae authentica editione emendandarum. Diſtinguendus vero eſt hic libellus ab alio, qui Bibliis Latinis apud Plantinum A. 1580. adhaeret, et notationes in ſacra Biblia continet, quibus variantia diſcrepantibus exemplaribus loca diſcutiuntur, quae ſunt Theologorum Lovanienſium, atque adeo ex parte *Lucae* Brugenſi referendae ſunt.

[VI] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Antwerpiae. Balthaſaris Moreti 1619. 8. g).

[VII] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Antwerpiae ex officina Plantiniana apud Balthaſ. Moretum 1628. 8. h).

* Biblia

c) Part. 1. cap. 1. Sect. III. §. VI. n. 2. §. VII. Conf. *Lorkii* Bibelgeſchichte part. I. p. 83. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 3. p. 29.

d) *Le Long* p. 269. col. 2. E.

e) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 15. *Walchii* biblioth. exeget. p. 61.

f) *Le Long* p. 271. col. 1. A.

g) Idem ibid.

h) *Le Long* ibid.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Antwerpiae ex officina Plantiniana [VIII]
apud Balthaſ. Moretum 1629. 16. V. Vol. [i]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Antwerpiae ex officina Plantiniana [IX]
apud Balthaſ. Moretum 1631. 4. [k]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Antwerpiae, Joannis Moreti [X]
1650. 4. [l]).

Biblia ſacra Vulgatae editionis Avenioni 1775. 12. II. Vol. [XI] Avenion.

§. CLXI.

Biblia Latina Bambergae.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis — Epiſcopi Bambergenſis juſſu edita. Endterus.
Bambergae apud Wolfgang. Maur. Endter 1693. Fol. [m]). [I]

Biblia ſacra Vulgatae editionis. Bambergae ſumptibus Wolf. Maur. End- [II]
teri 1714. Fol. [n]).

§. CLXII.

Biblia Latina Coloniae Agripp.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti V. Pont. Max. juſſu recognita et Mertzenich.
Clementis VIII. auctoritate edita. Coloniae Agrippinae ſumptibus Franciſci [I]
Iacobi Mertzenich M. DC. IX. 8. maj. [o]).

[Typographus auctor noſter appellat *Merthenich*, quod corrigendum. Ad calcem accedunt Oratio Manaſſe, nec non libri duo, qui ſub libri tertii et quarti Esdrae nomine circumferuntur, una cum prologis Hieronymi [p]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae 1619. 8. [q]). [II]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae. Bernardi Gualterus.
Gualteri 1630. 12. [III]

Charactere minutiſſimo et nitidiſſimo absque ſummariis [r]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae. Bernardi [IV]
Gualteri 1634. 8.

Cum ſummario [s]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae, apud Haere- [V]
des Bernardi Gualteri 1634. 12. VI. Vol. [t]). Haer. Gualt.

i) Id. ibid.
k) Ibid. col. 1. E.
l) Id. p. 272. col. 1. A.
m) *Le Long* p. 273. col. 1. E. Index Biblior. Wernigerod. p. 61.
n) Index Biblior. Wernigerod. p. 62.
o) *Le Long* p. 270, col. 1. A.
p) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 197.
q) *Le Long* p. 271. col. 1. B.
r) Ibid. col. 1. D.
s) ibid. col. 2. B.
t) Ibid.

[VI] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae apud Haeredes Bernardi Gualteri 1638. 8. et 12.

Eadem forſan editio ac ea, quae anno 1634. vulgata eſt [u]).

[VII] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae 1639. 16.

[VIII] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae apud Haeredes Bernardi Gualteri 1647. 8. et 12. [x]).

ab Egmont. [IX] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae. Balthaſaris ab Egmont 1659. 8. [y]).

[X] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae. Balthaſaris ab Egmont. 1670. 24. V. Vol. [z]).

[XI] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae. Balthaſaris ab Egmont 1682. 8. [a]).

[XII] Altorff. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae, ſumpt. Herm. Demen. Typis Petri Altorff 1679. 8. [b]).

[XIII] Bleau. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Agrippinae 1666. 12. VIII. Vol. [c]).

[Titulus mentitur Coloniam. Editio prodiit Amſtelodami, ex officina *Johannis Bleau*, et ad minorem *Antonii Vitré* anni 1652. formata eſt.

[XIV] Naullaei. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Coloniae Jac. Naullaei 1679. 16. [d]).

§. CLXIII.

Biblia Latina Lugduni.

[I] Rouillius. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni apud Haeredes Guil. Rouilli 1609. 8. [e]).

[II] * Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti V. Pont. Max. juſſu recognita et Clementis VIII. auctoritate edita. Lugduni ſumptibus Haered. Guil. Rouilly MDCXIII. 8. [f]).

[Accedunt Oratio Manaſſe, libri 3. et 4. Eſdrae, Prologi Hieronymi et index Biblicus.

* Biblia

u) Ibid. col. 2. D.
x) Ibid. col. 2. E.
y) Id. p. 272. col. 1. E.
z) id. p. 273. col. 1. C.
a) Ibid. col. 1. D. Index Biblior. Wernigerod. p. 61.
b) Catal. Biblioth. *Baumgart.* p. 49. n. 246.
c) *Le Long* p. 272. col. 1. B.
d) Index Biblior. Wernigerod. p. 61.
e) *Le Long* p. 270. col. 1. A.
f) *Le Long* p. 270. col. 1. B.

* Biblia ſacra — Lugduni ſumptibus Haered. Guil. Rouilly MDCXIV. 8. [g]). [III]

[Editio praecedens iterata.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni, Iuilleron 1611. 8. [h]). [IV] Iuilleron.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni Iuilleron 1618. 8. [i]). [V]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni Bartholomaei Vincentii 1617. 8. [k]). [VI] Vincentius.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis Lugduni. Pillehotte 1618. 4. [l]). [VII] Pillehotte.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni, Cl. Rigaud et Cl. Obert 1631. 8. [m]). [VIII] Rigaud.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Cl. Rigaud 1638. 8. [n]). [IX]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Cl. Rigaud 1647. 8. [o]). [X]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Cl. de Villiers 1637. 8. [p]). [XI] Villiers.

* Biblia ſacra vulgatae editionis. Lugduni. Philippi Borde et ſociorum 1658. 8. [q]). [XII] Borde.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Philippi Borde et ſociorum 1663. 8. [r]). [XIII]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni, Honorati Boiſſat 1669. Fol. [s]). [XIV] Boiſſat.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Bourgeat 1669. 4. [t]). [XV] Bourgeat.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni, Walfray 1674. 8. [u]). [XVI] Walfray.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Petri Walfray 1710. 8. [x]). [XVII]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Carteron 1676. 8. [y]). [XVIII] Carteron.

 * Biblia

g) Id. Ibid.
h) *Le Long* p. 270. col. 1. B.
i) Id. p. 271. col. 1. A.
k) id. p. 270. col. 2. B.
l) Id. p. 271. col. 2. A.
m) Id. p. 271. col. 1. E.
n) Id. p. 271. col. 2. C.
o) Id. p. 271. col. 2. E.
p) Ibid. col. 2. C.
q) *Le Long* p. 272. col. 1. E.
r) Id. p. 273. col. 1. A.
s) *Le Long* p. 273. col. 1. C.
t) Id. ibid.
u) Id. ibid.
x) Index Biblior. Wernigerod. p. 62.
y) *Le Long* p. 273. col. 1. D.

[XIX] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Anton. Carteron 1691. 8. [z]).

[XX] Beaujolin. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Beaujolin. 1680. 4. et VI. Vol. 12. [a]).

[XXI] Huguetun. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni, ſumptibus Fratrum Huguetun 1684. Fol. [b]).

[XXII] Guillimin. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni. Guillimin 1686. 8. [c]).

[XXIII] Laurens. Biblia ſacra Vulgatae editionis, Sixti V. Pont. Max. juſſu recognita, Clementis VIII. auctoritate edita atque verſiculis diſtincta. Lugduni. Sumptibus Andreae Laurens Bibliopolae et typographi ordinarii Praetorii Lugdunenſis, in vico Racemi, ſub ſigno Angeli Gabrielis M. DCC. X. cum permiſſu Regis 8. maj.

Accedunt Oratio Manaſſe, Libri 3. et 4. Eſdrae. *Hieronymi* prologi, vitae ſcriptorum ſacrorum, Index Evang. et Epiſtolar. Index teſtimoniorum a Chriſto et Apoſtolis in N. T. citatorum ex Veteri, et interpretatio nominum Hebraicorum. Tres numerantur a Cl. *Goezio* hujus ſeculi editiones, quae Lugduni lucem adſpexerunt, quibus quarta anni 1727. addenda eſt [d]).

[XXIV] Incerti typogr. * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni 1616. Fol. [e]).

[XXV] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni 1653. 8. [f]).

[XXVI] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni 1656. 8. [g]).

[XXVII] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni 1669. 8. [h]).

[XXVIII] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni 1705. Fol. [i]).

[XXIX] Biblia ſacra Vulgatae editionis. Lugduni 1727. 8. VII. Vol. [k]).

§. CLXIV.

Biblia Latina Moguntiae.

Albinus. * Biblia ſacra Vulgatae editionis — Nunc autem CXXXX. figuris a Iacobo de Bie in Aes inciſis illuſtrata. Moguntiae apud Io. Albinum 1609. 4. maj.

Adjecta ſunt ad calcem Romanae Correctionis loca inſigniora a Franciſco Luca Brugenſi [l]).

§. CLXV.

z) Id. p. 273. col. 1. E.
a) Id. ibid.
b) Ibid.
c) Ibid.
d) *J. M. Goetii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſaml. p. 145.
e) *Le Long* p. 270. col. 2. B.
f) Id. p. 272. col. 1. D.
g) Ibid.
h) Id. p. 273. col. 1. C.
i) Ibid. col. 2. A.
k) Catalogus Biblioth. Süſsmilchii p. 12. n. 81.
l) *Le Long* p. 270. col. 1. A. Index Biblior. Wernigerod. p. 58.

§. CLXV.

Biblia Latina Pariſiis.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis, Petri Henningii 1609. 8. m). [I] Henning.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Adjecta ſunt ad calcem Correctionis Romanae loca inſigniora. Pariſiis, Fouet, Buon, Cramoiſy 1618. Fol. n). [II] Cramoiſy.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis 1618. 4. o). [III]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis, Caſp. Meturas 1629. 8. p). [IV] Meturas.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis, de exemplari Romano fideliſſime expreſſa Pariſiis, Caſp. Meturas 1650. 8. q). [V]

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis e Typographia Regia 1642. Fol. VIII. Vol. r). [VI] Typogr. Reg.

[Cardinalis *Mazarinus* cum rebus publicis regni Galliae praeeſſet, animum et eo intendit, ut litteris ad minimum externum ſplendorem, ſibi vero ipſi gloriam conciliaret. Eum in finem Typographiam Regiam optimo characterum genere locupletavit, et charactere grandiori Biblia Latina imprimi juſſit. Eodem jubente prodiit ex eadem typographia ſplendidum Novi Teſtamenti Graeci exemplar s).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis e Typographia Regia curante Sebaſtiano Cramoiſy 1653. 4. [VII]

Charactere minimo et nitidiſſimo t).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis. Lud. Boullanger 1647. 8. u). [VIII] Boullanger.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis. Sebaſt. Huré, et Joh. Ioſt. 1648. Fol. x). [IX] Huré.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis, Anton. Vitré 1652. 12. VIII. Vol. [X] Vitré.

Iuſſu Cleri Gallicani denuo edita, ut referunt Acta Comitiorum general. Anni 1650. p. 386. In hac editione, quam eximium artis typographicae opus appellat Andreas Chevillier pag. 144. de origine hujus artis, plurimae ſunt mendae, licet accuratiſſimam eſſe Typographus eam depraedicet. Prior juſſu Cleri Gallicani publicata, ipſa fuit Heptaglotta.

Ex Epiſtola nuncupatoria: „Exolvi munus impoſitum et demandatum „mihi veſtris in comitiis ſacrorum Codicum editione ſub tutela ſacri veſtri no- „minis

m) *Le Long* p. 270. col. 1. A.
n) Id. p. 270. col. 2. E.
o) Id. p. 271. col. 1. A.
p) Ibid. col. 1. D.
q) Id. p. 272. col. 1. B.
r) Id. p. 271. col. 2. D.
s) Part. I. Cap. II. Sect. I. §. XXXVI.
t) *Le Long* p. 272. col. 1. D.
u) Id. p. 271. col. 2. E.
x) Id. p. 272. col. 1. A.

„ minis in lucem edita. — Verum etſi doleo in re tanta nihil me amplius po„ tuiſſe; gaudeo tamen nihil a me praetermiſſum eſſe diligentiae, ut nova haec „ editio et nitida prorſus et emendatiſſima prodiret: ac citra omnem oſtentatio„ nem profitebor, quantulumcunque illud eſt, quod anteacta vita ad Typogra„ phicae artis elegantiam attuli, poſtremi hujus ſpeciminis nihil aliud quam tyro„ cinium extitiſſe [y]). „

[Mendoſa quamvis ſit haec editio; nihilo tamen ſecius, eam ut accuratiſſimam *Barrois* A. 1721. in locum Stephanici textus ſubſtituit [z]).

[XI] • Biblia ſacra Vulgatae editionis, notis chronologicis et hiſtoricis illuſtrata et ſacra Chronologia, addita quoque Geographia. Pariſiis. Excudebat Antonius Vitré, Regis et Cleri Anglicani Typographus 1662. Fol.

Notae Chronologicae et hiſtoricae ſunt Claudii Lancelotti, cum ejus praefatione; ſacra Chronologia ex Annalibus Iacobi Uſſerii fere eſt excerpta, et Geographia eſt Nicolai Sanſonii.

Ex praefatione: „ Cum haec nova ſacrorum Bibliorum editio inſtrueretur, nec ullis parceretur curis, ut quam ornatiſſima prodiret in publicum: ego, „ virorum gravium hortatu, adduci me paſſus ſum, ut in hac aliquid opellae „ meae conferrem, quo, novae utilitatis acceſſione, lectoribus commendatior „ eſſe poſſet: — temporum ſeriem in omnibus ſacrorum voluminum partibus, „ ac ſingulis pene capitibus adſcripſimus — ſingulis libris titulos praefiximus — „ Libros Maccabaeorum, brevi ſynopſi initio praepoſita, ambos inter ſe conciliavimus — multis in locis curavimus, ut hiſtoricis notis ad marginem additis, quae in contextu minus patebant, illuſtrarentur — Integram Chronologiam ſacram concinnavi, eamque ad libri calcem apponendam duxi — temporum diſtributioni, locorum quoque deſcriptionem adjici curavimus. Hoc autem novum opus (Geographicum) labori debetur *Nicolai Sanſon* doctiſſimi Regis Chriſtianiſſimi Geographi. „

Ex praefatione Chronologiae ſacrae: „ Cum tot inter Chronologiae ſcriptores non incelebres, qui hoc et altero ſeculo floruerunt, tam variae ſint „ ſententiae; omnibus fere diligenter excuſſis et examinatis, dum quod probabiliſſimum videbatur elegimus, Uſſerii nos annalibus in omnibus pene congruentes deprehendimus; unde etiam plura ab eo excerpere levandi laboris „ cauſa ſcrupulus non fuit. „

Editio vulgo a Claudio Lancelot adornata creditur [a]).

[XII] • Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti V. et Clementis VIII. Pont. Max. auctoritate recognita Editio nova notis chronologicis et hiſtoricis illuſtrata. Pariſiis excudebat Antonius Vitré Regis et Cleri Gallicani typographus 1666. 4. maj. [b]).

[Editio *Lanceloti* ſecunda, ad normam praecedentis formata, interim tamen multis in locis diverſa. In utraque ad Calcem Novi Teſtamenti Libri Apo-

y) *Le Long* p. 272. col. 1. B.
z) Vide.
a) *Le Long* p. 272. col. 2. C.
b) *Le Long* p. 273. col. 1. A.
c) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern Vol. 8. p. 194.

Apocryphi Eccleſiae Romanae, Index Epiſtolarum et Evangeliorum, Index Teſtimoniorum a Chriſto et Apoſtolis in Novo Teſtamento citatorum ex Veteri, et Interpretationes nominum Hebraicorum, Chaldaeorum Graecorumque leguntur. Omiſſa tamen eſt Chronologia ſacra et Index Geographicus a *Nicolao Sanſon* confectus: quorum in locum ad calcem adjectae ſunt tabulae ſacrae geographicae, auctore *Auguſtino Lubin*, et tabulae chronologiae ſacrae, ex praecedentibus anni 1662. excerptae [c]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis Sebaſtiani Martin. 1656. 16. maj. [XIII] Martin.

Charactere minutiſſimo ſeu Sedanenſi; Richeliana vulgo dicta, ſumptibus Joannis Armandi du Pleſſis de Vignerod Ducis Richelii [d]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis, cum notis et ſummariis Franciſci Cheminant Presbyteri Cenomanenſis. Pariſiis. Franc. Couſtelier 1664. 12. [e]). [XIV] Couſtelier.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis. Clem. Gaſſe 1665. 12. III. Vol. [f]). [XV] Gaſſe.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis, notis Chronologicis, Geographicis et Hiſtoricis illuſtrata. Pariſiis, Anton. Dezallier 1691. 4. [XVI] Dezallier.

Iuxta editionem Antonii Vitré anni 1666. charactere minori nec tam venuſto [g]).

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis, Friderici Leonard. 1697. 24. VI. Vol. [h]). [XVII] Leonard.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Pariſiis, Friderici Leonard. 1705. 16. VII. Vol. [i]). [XVIII]

§. CLXVI.

Biblia Latina Romae.

* Biblia Latina Sixti V. Pont. Max. juſſu recognita atque edita. Adjecti ſunt tres indices ſeu catalogi locorum corrigendorum, unus pro his ipſis Bibliis, alius pro Bibliis anni 1592. Tertius pro editione anni 1593. Romae ex typographia Vaticana. M. D. XCVIII. 8. [k]). [I]

* Biblia Latina. Romae, typis Andreae Phaei 1618. 8. [l]). [II]

* Biblia Latina. Romae, ſumptibus Andreae Brugiotti, apud Haeredes Barthol. Zanetti 1624. 16. X. Vol. [m]). [III]

§. LCXVII.

d) *Le Long* p. 272. col. 1. D.
e) Id. p. 273. col. 1. A.
f) Ibid.
g) Id. p. 273. col. 1. E.
h) Ibid.
i) Ibid. col. 2. A.
k) *Le Long* p. 269. col. 2. B.
l) *Le Long* pag. 270. col. 2. E.
m) *Le Long* p. 271. col. 1. B.

Digitized by Google

§. CLXVII.

Rothomagii.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis. Rothomagii impenſis fratrum Boucher 1707. 4. n).

§. CLXVIII.

Biblia Latina Venetiis.

Deuchini. [I] * Biblia ſacra Vulgatae editionis Venetiis, Evangeliſtae Deuchini 1607. 4. Cum figuris o).

[II] * Biblia ſacra Vulgatae editionis Venetiis, Evangeliſtae Deuchini 1608. Fol. Cum figuris p).

[III] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Venetiis 1611. 4. cum figuris pp).

[VI] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Venetiis 1616. 4. cum figuris q).

[Latet typographi nomen, ſed ob figuras, quibus editio ornata eſt, praecedentibus hanc jungendam duximus.

Iuntae. [V] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Venetiis apud Iuntas 1608. 8. r).

[VI] Biblia ſacra Vulgatae editionis. Venetiis apud Iuntas 1627. 8. s).

[VII] * Biblia ſacra Vulgatae editionis. Venetiis apud Iuntas 1648. 8. t).

Albriccius. [VIII] Biblia ſacra Vulgatae editionis. Venetiis apud Hieronymum Albriccium 1702. Fol.

Eadem editio ac ſubſequens, quae jam A. 1700. incepta eſt.

Biblia ſacra Vulgatae Editionis Sixti V. Pontificis Maximi juſſu recognita atque edita, verſiculis diſtincta, cum indice biblico, et lectionum ac evangeliorum pro omnibus dominicis et feſtis per annum. Venetiis MDCCVI. Apud Hieronymum Albriccium. Superiorum permiſſu ac privilegio Fol.

Novum Teſtamentum Anni MDCC. notam oſtentat. Praemittuntur omnia, quae hiſce editionibus conſueta ſunt, Praefatio ex editione Romana, *Clementis* VIII. conſtitutio, et decretum Concilii Tridentini. Adduntur in fine

n) *Le Long* p. 273. col. 2. B.
o) *Le Long* p. 269. col. 2. D.
p) Ibid.
pp) Id. p. 270. col. 1. A.
q) Id. p. 270. col. 2. B.
r) Id. p. 269. col. 2. E.
s) Index Biblior. Wernigerod. p. 59.
t) *Le Long* p. 272. col. 1. A.

ſine oratio Manaſſe Libri 2. et 3. Eſdrae. Index teſtimoniorum, interpretatio nominum hebraicorum et index biblicus *).

Biblia ſacra Vulgatae editionis. Venetiis apud Hieron. Albriccium 1709. Fol. [IX]

Editio iterata *).

§. CLXIX.

Viennae Auſtriae.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti V. Pont. Max. juſſu recognita et Clementis VIII. auctoritate edita: diſtincta verſiculis, cum indice materiarum, nec non Epiſtolarum et Evangeliorum. Cum Privil. S. Caeſ. Mai. Viennae apud Martinum Endterum, Bibliopol. Anno Chriſti MDCCV. 8. y). [I] Endterus.

* Biblia ſacra Vulgatae editionis Viennae 1718. 8. z). [II]

Biblia ſacra Vulgatae editionis Sixti V. Pont. Max. juſſu recognita et Clementis VIII. auctoritate edita. Vindobonae, excudebat Joann. Thom. Trattner Caeſ. Reg. Ap. Maj. aulae Typogr. et Bibliop. 1760. 1761. 8. VI. Vol. [III] Trattnerus.

§. CLXX.

Partes V. T. Libri Moſis.

* Libri quinque Moſis, Joſuae. Iudicum et Ruth. Latine. Lugduni Joh. Clein. 1529. 16. a). [I] Lugduni.

[Typographus *Colinaeum*, qui Biblia ſacra per partes in tam minori forma ediderat, imitatus eſſe videtur.

* Libri Moyſis quinque cum annotationibus et obſervationibus Hebraicis haud quaquam poenitendis, quae prolixi commentarii vice eſſe poſſunt. Pariſiis ex officina Roberti Stephani 1541. 4. [II] Pariſiis.

Adjectis varijs Lectionibus.

„Robertus Stephanus Lectoribus. Conſtitueram Chriſtiane Lector, in „tertia Bibliorum editione (anni 1540.) annotationes, ut antehac ſemel a nobis „factum fuerat (ſcilicet anno 1532.) in interiori margine imprimere, idque ſae„pius quam commode fieri poſſet, tentatum eſt. Verum fruſtra, tam magnum „enim incrementum poſteriores annotationes acceperunt, ut ſolae quam (jam) „ſeorſum volumen etiam maximum ſibi poſtulent. — Eam autem acceſſionem noli „mihi acceptam referre. — Hoc ſane tantum praeſtitimus, ut nonnulla ex iis, „quae Profeſſorum Regiorum auditores exceperant, ad vos Typographicae artis „bene-

w) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. X. p. 108.

x) Index Biblior. Wernigerod. p. 62.

y) *Le Long* p. 273. col. 2. A. *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 132.

z) Catalog. biblioth. Baumgart. p. 49. n. 147.

a) *Le Long* p. 273. col. 2. D.

„beneficio permanarent. Adjecta etiam fuerunt a nobis his annotationibus, „quae in vetuſtiſſimis et caſtigatiſſimis exemplaribus mſc. aliter lecta deprehen- „dimus, quam paſſim impreſſa exemplaria habeant.„

Eaedem ſunt ad verbum annotationes, quae anno 1545. Bibliis Latinis in 8. cum duplici verſione excuſae ſunt, omiſſis tantum variis lectionibus [b]).

§. CLXXI.

De Pſalteriis Latinis.

* Editiones Pſalterii juxta Vulgatam, cum pene ſint innumerae, praecipuas duntaxat recenſui.

[Et nos quidem omnes in univerſum Pſalterii editiones latinas recenſuiſſe haud nobis ſumimus. Interim quotquot illarum indagare potuimus, albo noſtro inferendas duximus: cum nobis legem praeſcripſimus, quantum fieri potuit, nullam ſilentio penitus praetermittere editionem. Plures fortaſſis extant, quam quae nobis innotuerunt; et pergratum nobis erit, ſi quando aliorum ope poſt meſſem etiamſi haud largum ſpicilegium inſtituere poſſemus. Quo vero ordine recenſiones diſponamus juſto, antiquiores et inprimis editiones ſeculo XV. natas, aliis praemittere conſultum viſum eſt.

§. CLXXII.

Editiones ſ. l. et a.

[I] Pſalteria ſec. XV. Pſalterium latinum ſ. l. et a. 8.

In medio primae voluminis paginae ſolummodo verba leguntur bina: *Pſalterium Davidis.* Textus Pſalmorum ſine ullo prodit commentario et implet folia 131. Sequuntur Cantica ſacra Veteris et Novi Teſtamenti, quae 12. et dimidium folii adimplent. Litterae initiales Pſalmorum manu pictae, verſiculorum vero initiales colore rubro expreſſae ſunt. Quodſi in ultima Pſalmi linea ſpatium vacat, ſubſequentis Pſalmi numerus in eadem expreſſus eſt linea; ſin vero nullum eſt ſpatium, numerus Pſalmi primae ejusdem lineae additur. Pſalmo primo legitur: in cathedra peſtilencie — in conſilio. Exemplar hujus editionis adſervatur in Bibliotheca Chriſtiano-Erneſtina [c]).

[II] Pſalterium latinum, typis miſſalibus.

Caſu in fragmentum editionis Pſalterii latini typis miſſalibus nitide exſcriptae incidimus. Servamus *Gloſam Pſalterii,* quae ſine nota loci, temporis, typographi, quin et ipſius auctoris in publicum prodiit. Incipit illa folio primo: *Quam ſine fictione didici ſine invidia coico* (communico) *et honeſtatem ejq no* (non) *abſcodo* (abſcondo). *Sapiecie* VII. *In vbis* (verbis) *pdictis tagut* (tanguntur) *tria q reqrutur* (quae requiruntur) *ad quelibet pficere volete* (volentem) *vel docere* &c. Forma eſt quidem quarta, ſignaturae vero terniones oſtendunt. Columnae ſunt divi-

b) *Le Long* p. 273. col. 2. D. Conf. Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 15.

c) Index Biblior. Wernigerod. p. 46. Pſalterium Davidis latinum, ſine loco anno et typographo, abſque cuſtode et numeratis paginis.

diviſae; nullae vero dantur litterae initiales, foliorum numeri et cuſtodes. Addidit bibliopega quatuor folia e volumine MSto papyraceo Bibliorum ſacrorum, priora Actuum Apoſtolorum capita continentia; operculo vero ligneo ſatis craſſo agglutinavit duo folia Pſalterii miſſalibus litteris expreſſi. Forma externa eſt vel fol. min. vel oct. max., habet lineas in pagina 24. Characteres hujus editionis ſunt ſequentes. 1) Linea prima folii averſi exhibet ultima verba Pſalmi XI. (XII.) — *nem tua multiplicaſti filios hominum.* Linea 2-13. exhibet Pſalmum XII. (XIII.) Linea 14. incipit Pſalmus XIII. (XIV.) cujus linea in pagina eſt ultima: *maledictione et amaritudine plenum eſt.* 2) Litterae initiales majores Pſalmorum, et minores verſuum, colore rubro expreſſae ſunt. 3) Tituli Pſalmorum in margine typo romano expreſſi ſunt: e. g. ad Pſ. XII. *Oratio David deſiderans* &c. Qualis vero ſit editio, cui debeatur typographo, quo anno prodierit, iis qui characteres cum aliis editionibus conferre poſſunt, definiendum relinquimus.

Pſalterium Davidis ſ. l. et a. Fol. [III]

Prodiit una cum IV. Evangeliſtarum libris et Salomonis Proverbiis, ſub initio ſeculi XVI. [d]).

§. CLXXIII.

Pſalterii Editiones ſ. a.

Pſalterium Latinum. (Norimbergae Friderici Creuſneri) 4. vel 8. maj. Norimbergae. [I]

Ad calcem legitur: „Finit Pſalterium impreſſum per Fridericum Creuſ- „ner de Nurenberga. Laus Deo clementiſſimo.„ Quo tempore hoc prodierit Pſalterium incertum eſt. *Fridericus Creuſnerus* inter illos fuit, qui primo tempore Norimbergae artem exercuerunt typographicam, *Fuſti* et *Schoefferi* diſcipulus; ex cujus typographia Pſalterium anno 1474. prodiiſſe dicitur. Editiones itaque, quae nullam anni notam oſtendunt, ſunt certe antiquiores, id quod et characteres evincunt. Foliorum rubricae, et numeri, plagularum ſignaturae, paginarum cuſtodes ab hac editione penitus abſunt. Forma externa quarta eſſe videtur, revera vero eſt octava, et integrum opus foliis 162. conſtat. Pſalmi nullo numero diſtinguuntur, litterae vero initiales illorum, calamo ductae ſunt. Signa diſtinctionis ſunt Colon et in fine Pſalmorum interdum ſed non ubivis, punctum. Ad Pſalterium accedunt Cantica conſueta Veteris et Novi Teſtamenti cum Cantico *Auguſtini* et *Ambroſii* et Symbolo *Athanaſii.* Varias ex hac editione lectiones communicavit Cl. *Panzerus;* e quarum collatione cum Bibliis a *Kobergero* editis, *Creuſnerum,* non editiones Moguntinas, uti *Kobergerus,* ſequutum eſſe apparet. Quod ad typum attinet, ille officinam Guttenbergianam aperte prodit; prorſus enim ſimilis eſt Bibliis antiquiſſimis, §. IX. et littera i hic non puncto, nec acuto, ſed uti in Bibliis iſtis ſemicircello inſignitur [e]).

 Pſalte-

d) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 9. n. 145.

e) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 283. *G. W. Panzeri* Geſchichte der Nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel p. 1. &c.

[II] Pſalterium Latinum. (Norimbergae. Friderici Creuſneri.) 4. vel 8. maj.

Editio a praecedenti diverſa.

Venetiis. [III] * Pſalterium Latinum vetuſtiſſimae editionis. (Venetiis) 16.

Ad cujus calcem legitur: „Pſalterium explicit, quod quidem omni „ſedulitate Mgr. Gabriel Pierio impreſſit Venetiis.„ absque anno. Hic Biblia italica edidit anno 1477. f).

[Idem *Pierio* anno 1486. Pſalterium recudi fecit.

§. CLXXIV.

Pſalt. S. loco.

Reuchen. [I] Pſalterium. S. l. 1484. 16.

Charactere ſemigothico: Ad calcem: Pſalterium iſtud diligenter impreſſum per Ludovicum de Reuchen, beneque correctum ac punctatum finit feliciter anno dni milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto, feria tercia poſt Lucie.

Extat Romae in Bibliotheca S. Prudentianae g).

[II] Pſalterium Davidicum. Cantica et Hymni, Ad lectorem Tetraſtichon Joannis Gallinarii B.

Accipe Pſalmographi divina poemata vatis,
Accipe perpetua ſcripta notanda cedro.
Ut parte aetherei poſt fata fruaris olimpi
Hunc Davida legas vir juvenisque puer.

Anno M. D. XV. R. Beck. 4.

Editio charactere antiquo gothico expreſſa et colore rubro frequentiori exornata.

[III] Pſalterium Davidicum. Cantica et Hymni. Anno M. D. XX. R. Beck.

Editio iterata, in cujus fronte idem expreſſum eſt tetraſtichon h).

§. CLXXV.

Pſalteria Moguntiae.

Fuſt et Schöffer. [I] * Pſalterium Latinum editum. 1457. Fol.

Lambecius lib. 2. cap. 8. pag. 989. Comment. de Bibliotheca Vindobonenſi haec ait: Reperi interea unum impreſſum codicem in membrana, in cujus fine legitur. *Praeſens Pſalmorum codex* &c. Hic codex fuit olim Matthiae Corvini Hungariae Regis. Nunc adſervatur in Bibliotheca Vindobonenſi. Hanc epigraphem ex libro ipſo excerptam mecum communicavit Cl. *Leibnitius* i).

[Pri-

f) *Le Long* p. 274. col. 1. C.

g) Ex litteris Cl. *de Roſſi*.

h) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 284.

i) *Le Long* p. 274. col. 1. B.

[Primus ab inventione artis typographicae liber impreſſus, qui certam et loci et temporis et typographi notam oſtendit, ut ex ſubſcriptione patet, quam hic ſervatis lineis et ſcribendi compendiis exhibemus:

Prīs ſpalmorȝ codex. venuſtate capitaliū decoratꝰ
Rubricationibusqȝ ſufficienter diſtinctus.
Adinuētione artificōſa imprēndi ac caracterizandi.
absqȝ calami ulla exaracōne ſic effigiatus. Et ad evſe
biam Dei induſtrie et ɔſummatus. Per Johēm fuſt
Cīve Magūtinū. Et Petrum Schoffer de Gernſzheim.
Anno Dn̄i Milleſīo CCCC. LVII. In vig̅lia Aſsūpcōnis.

Ne fallatur lector, ſecundam vocem, per transpoſitionem litterarum mendoſe in ipſo Archetypo expreſſam eſſe monemus. Integer codex abſolvitur foliis CXLIII. quorum CXXXVI. colore rubro numerum in medio ſuperioris primae paginae lineae expreſſum oſtendunt, reliqua vero 7. folia numero carent. Forma non eſt quarta, uti plures, qui de hac editione ſcripſerunt, ſibi perſvaſerunt, ſed magna, et plagularum membranacearum quinque in faſciculum conjunguntur. Typi ſeu characteres non ſunt fuſi ſed ſculpti et magnitudine typos Bibliorum antiquiſſimorum §. IX. longe ſuperant; Pagina enim hic tantummodo habet lineas 20., cum in Bibliis latinis antiquiſſimis ſculptis litteris impreſſis — pagina 36. habeat lineas. Litterae initiales, quarum fere ſunt ducentae, non calamo pictae ſed ligno affabre inciſae, atque triplici colore expreſſae ſunt. Ipſa editio Horis Canonicis publicoque uſui dicata, Pſalmos non eodem ordine, uti in Bibliis exſtant, ordinat, ſed uti publice cantabantur. Ab initio itaque praemittitur Invitatorium, una cum notis tonicis: Venite, exultemus Domino: venite, ſervite Evouae. Sequuntur Pſalmi priores viginti: porro Te Deum Laudamus, et Pſ. 98. et 99. porro Pſ. 62. Sequitur tandem Litania omnium ſanctorum atque orationes. Ad calcem proſtant in quibusdam exemplaribus inſignia *Fuſti* et *Schofferi*, quae ab aliis abſunt: ſicuti et notae muſicae non in omnibus deprehenduntur exemplaribus. Exemplar quod in Bibliotheca Vindobonenſi exſtat a *Lambecio* aliisque indicatum eſt. Alterum exſtat in Bibliotheca Scholae Fribergenſis in Miſnia; tertium exſtat Pariſiis; quartum adſervatur in Bibliotheca Cl. *Duvii* Hannoverae, et quintum detexit Cl. *Schelhornius*. Omnes, qui editionem hancce deſcripſerunt, aeram, quam clauſula finalis indicat, in dubium non vocarunt. Verum ab omnibus recedit C. G. *Wiliſchius*, qui longe recentiorem cenſet editionem, et ſupinae typographos negligentiae accuſat, quod foliorum numerum tam perverſe exſcripſerint, ut poſt folium XXX. ſequatur folium LI., et folia LXV. LXVI. et LXIX. omiſſa ſint. Verum auctor haud probe circumſpexit, mutilo et manco exemplari deceptus, typographos ſine jure accuſat. Quam honorifice de hoc opere ſplendido et rariſſimo, judicent viri, quorum eſt magna

magna hac in re auctoritas, *Schöpflinus*, *Meermannus*, et *Fournierius*, legi poteſt apud *Schelhornium*, qui ipſum codicem accurate delineat [k]).

[II] Pſalterium Latinum Moguntiae 1459. Fol.

Silentio iteratam editionem, priori prorſus ſimilem, praetermiſit Auctor noſter. Revera vero illa exſtat. Exemplar ejus extat Pariſiis, et olim fuit *Claudii Gros de Boze*; tria vero exemplaria adſervantur in Coenobio Carthuſianorum extra muros Moguntinos [l]).

[III] * Pſalterium Latinum. (Moguntiae 1490.) Fol.

In cujus fine legitur: „Praeſens Pſalmorum codex venuſtate capitalium „decoratus, rubricationibusque ac notis ſufficienter diſtinctus, absque ulla ca- „lami exaratione in nobili civitate Moguntina hujus artis inventrice elimatrice- „que prima. Sic effigiatus per Petrum Schoeffer de Gersheim eſt conſummatus „ann. Dom. 1490. ultima die menſis Auguſti [m]).„

[Tres hic jungimus editiones Moguntinenſes, quae iisdem typis expreſſae ſunt; quarum ultima vero ſoli *Schoeffero* debetur.

§. CLXXVI.

Pſalterii Editiones Sec. XV.

[I] Pſalterium Davidis. (Lipſiae, Conradi Kacheloven, 1485.) 4.

Lipſiae. Ad calcem: „Milleno. c. quatuor octuageno Quinto ſub āno deus dn̄ „naſceretur in mūdo. Lipczigk impſsū opus illud Bartol citra feſtum Viro ab „vno noīe Kacheloven Conrado. De fine cui9 plasmator mundi laudetur „huius.„

Editio rariſſima, quae nullas habet ſignaturas, nec cuſtodes nec foliorum numeros. Characteres ſeu typi ſunt majores, ſive miſſales, et externa forma, ſatis accurate cum typis Moguntinis ſuperiorum editionum conveniunt, ut ad moguntinenſium formam ſtudioſe effigiati videantur [n]).

[II] Pſalterium Latinum. Lipſiae Marci Brandis. 1485. Fol.

Pſalterium cum aliis Canticis Biblicis, Symbolis ac hymnis veteribus, impreſſum Lipſiae per *Marcum Brandis*, typis miſſalibus iisque aeneis. Anno 1485.

k) Conf. *Joh. Georg Schelbornii* Anmerkung von der allererſten Ausgabe des lateiniſchen Pſalters, in *I. B. Riedereri* Abhandlungen aus der Kirchen- Bücher- und Gelehrten-Geſchichte part. 1. pag. 1. Ejusd. *Schelbornii* Ergötzlichkeiten, vol. 2. p. 373. *Maittaire* annales tom. 1. p. 35. tom. 4. part. 1. p. 270. Acta hiſtorico Eccleſiaſtica vol. 5. p. 146. Acta eruditorum Lipſienſ. A. 1739. p. 586. Theſaurus Bibliothecalis vol. 1. p. 162. *Joh. Vogtii* Catal. libror. rar. p. 557. *Baueri* Biblioth. univerſ. libr. rar. vol. 3. p. 258.

l) v. *Schelbornii* Anmerkung &c. pag. 3.

m) *Le Long* p. 274. col. 1. D.

n) *Maittaire* annal. typogr. tom. 4. part. 2. p. 465. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 1. p. 413. tom. 4. p. 70. Catalog. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 15. *Sam. Engelii* biblioth. ſelect. p. 22.

1485. in Vigilia Petri et Pauli Apoſtolorum. Ignota fuit haec editio non *Michaeli* tantum *Maittaire*, ſed diligentiſſimo etiam *Joh. Henrico Leichio*, in libro de origine et incrementis typographiae Lipſienſis, qui utrique tamen ſuperiorem *Kacheloventi* recenſent editionem. Multa de Lipſienſibus hiſce typographis e *Joh. Immanuelis Mulleri* ſchediasmate: *die Leipziger Buchdruckerey nach ihrer erſten Beſchaffenheit* recenſentur in Theſauro Bibliothecali, ubi et de nomine poſterioris, utrum *Brand* an verius *Brandiſs* ſcribendum ſit diſputatur o).

Pſalterium Latinum ſecundum Stylum Romanae curiae. Neapoli 1478. 4. p). Neapoli. [III]

* Pſalterium Latinum. Norimbergae. Frid. Creuſner 1474. q). [IV] Norimbergae.

[Eidem *Creuſnero* cujus duas jam ſupra §. CLXXIII. deſcripſimus editiones et haec tribuitur. Verum ipſa editio non omnimode certa eſt. Nominat illum *Roederus*, e catalogo Biblioth. Norimb. a *Sauberto* confecto; verum ipſa editio in Bibliotheca Norimbergenſi indagari haud potuit. Fortaſſis nota anni tantummodo ex conjectura addita eſt: quod ſi factum eſſet, editio a ſuperioribus non diſtinguenda foret r).

Pſalmi Latini majoribus characteribus editi Norimbergae 1477. [V]

Editio ſuſpecta, quam Cl. *Panzerus*, albo ſuo haud inſeruit, *Roederus* vero ex *Orlandino* annunciat s).

* Pſalterium Latinum, Pariſiis, Petri Levet. 1488. 4. t). [VI] Pariſiis.

Pſalterium Latinum, Venetiis per Mgr. Gabriel Pierio 1486. 8. [VII] Venetiis.

Ejusdem typographi editionem primam, quae ſine nota anni prodiit in forma decima ſexta ſupra. §. CLXXIII. indicavimus.

Pſalterium latinum cum Hymnis ſecundum curiam Romanam. Venetiis 1488. 4. [VIII]

Per Theodorum de Ragazonibus die XXVI. Septembris u).

§. CLXXVII.

o) Theſaurus Bibliothecalis Vol. 1. p. 324. *Joh. Georg Schelhornii* diatriba de antiquiſſ. Bibliorum editione p. 10.

p) *Lorckii* deſiderata p. 21. n. 29.

q) *Le Long* p. 274. col. 1. D.

r) *Roederi* Catal. libr. ſec. XV. impreſſ. p. 5. n. 23. *Maittaire* annal. typogr. tom. 1. p. 105. *Panzeri* Geſchichte der nürnb. Bibelausgaben p. 8.

s) Catalog. libr. ſec. XV. &c. p. 12. n. 82. citatur *Orlandinus* p. 394.

t) *Le Long* p. 274. col. 1. D. *Weislinger.* p. 540.

u) *Maittaire* annales tom. 4. part. 2. p. 493. *Weislingeri* p. 540.

§. CLXXVII.

Pſalteria Latina Antwerpiae.

Plantinus. [I] Pſalmorum Liber. Antwerpiae. Ex officina Chriſtophori Plantini M. D. LXIIII. 16.

Editio nitida, cui praemittitur prologus B. Hieronymi in Pſalterium, quod ſecundum ſeptuaginta editionem correxit. Textus in commata diſtinctus ad marginem interiorem habet commatum numeros. In exteriori margine exhibentur numeri Pſalmorum et loca parallela. Ad calcem notatur: Excudebat Antwerpiae Chriſtophorus Plantinus XIX. octobris Anno M. D. LXIIII. x).

Beyſius. [II] Pſalterium Davidicum Antwerpiae apud Aegid. Beyſium 1591. 16. y).

§. CLXXVIII.

Pſalteria Latina Argentorati.

Knoblauch. [I] * Pſalterium Latinum. Argentinae 1508. 4. z).

[Prodiit eodem anno Pſalterium cum apparatu vulgari firmiter appreſſo per virum honeſtum *Johannem Knoblauch*; quod ſi ab hoc Pſalterio diverſum eſſet, duplex extaret hujus anni editio. Auctor noſter diſtinguit duplicem editionem.

Bryſe. [II] Pſalterium chorale ſecundum morem et conſvetudinem S. Romanae Eccleſiae cum hymnis, antiphonis et verſiculis annexisque vigiliis mortuorum. Una cum directorio Pſalmorum. Impreſſit Joannes Bryſe civis argentinenſis. Anno quingenteſimo nono (1509.) Fol. a).

§. CLXXIX.

Pſalterium Latinum Baſileae.

Furter. * Pſalterium Latinum. Baſileae 1502. 4. b).

[Mich. Fürter hoc anno Pſalterium Latino - germanicum in publicum emiſit; quod num ab hac editione diverſum ſit, nobis non conſtat.

§. CLXXX.

Pſalteria Latina Coloniae.

[I] Pſalterium Latinum Coloniae 1508. c).

[II] Burgerus. Liber Pſalmorum Davidis, cum ſummariis Canticorum, Hymnorum per annum in Eccleſia uſurpatorum. Coloniae Conradi Burgerii typo 1518. 8. d).

[III] Pſalterium Davidicum ad uſum Ordinis Ciſtercienſis. Coloniae 1723. Fol. e).

§. CLXXXI.

x) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 289.

y) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 141.

z) *Le Long* p. 274. col. 1. E. coll. p. 381. col. 1. C.

a) *Schelhornii* diatribe de antiquiſſima Bibliorum editione p. 11.

b) *Le Long* p. 274. col. 1. E.

c) *Hartzheimii* Biblioth. p. 36.

d) *Hartzheimii* Biblioth. Colonienſ. p. 36.

e) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 9. n. 143.

§. CLXXXI.

Pſalteria Latina Lipſiae.

Pſalterium Davidis cum hymnis Lipſiae per Mich. Lotter. 1509. Fol. *f*). [I] Lotter.

Pſalterium ſummi funditoris et Egregii cythar edi Davidis prophete excellentiſſimi filii Ieſſe: ſolius ſpirituſſancti inſtinctu ſine omni exteriori adminiculo editum: et per divum Aurelium Auguſtinum in tres quinquagenos ſagaciter diuiſum: omnibus ceterorum prophetarum libris preferendum: ad laudem cuncti potentis Dei accurate impreſſum. (Lipſiae 1511.) Fol. [II] Thanner.

Ad calcem: „Pſalmorum ſeu hymnorum regii prophete nec non canti„corum Veteris novique teſtamentorum in eccleſiaſticis officiis uſurpatorum li„ber: in officina induſtrii viri Iabi Thanner Herbipolitani ciuis liptzen. decima „die menſis novembris. Anno virginei partus 15011. (1511.) optatum nactus „eſt finem. Sit laus et gratiarum actio redemptori noſtro iheſu chriſto et inte„merate virgini marie matri ejus et omnibus ſanctis. Amen." cum praefatione Joannis Frondini Waſingenſis *ff*).

Pſalterium ſummi funditoris et Egregii cytharedi Davidis. (Lipſiae 1513.) Fol. [III]

Ad calcem eadem quae in ſuperiori editione notantur — Lipſiae per Jacobum Thanner 15013. (1513).

§. CLXXXII.

Pſalteria Latina Lovanii.

* Pſalterium Latinum cum ſpatio interlineari. Lovanii Joannis Bogardi 1571. 4. [I] Bogardus.

* Pſalterium Latinum — Lovanii Joannis Bogardi 1586. 4. *g*). [II]

§. CLXXXIII.

Pſalteria Latina Lugduni.

Pſalmorum Liber. Lugduni apud Sebaſtianum Gryphium 1543. 12. [I] Gryphius.

Accedunt hymni eccleſiaſtici *h*).

* Pſalmorum Liber. Lugduni apud Sebaſtianum Gryphium 1554. 12. [II]

Pſalterium Latinum cum tenoribus ad recte pronunciandum aptiſſimis. Lugduni. Bonhomme 1545. 8. *i*). [III] Bonhomme.

f) *Leich* origin. typogr.
ff) Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 3. p. 288.
g) *Le Long* p. 275. col. 1. A.
h) *Hirſchii* millenar. II. p. 74. n. 848.
i) *Le Long* p. 274. col. 2. E.

Digitized by Google

§. CLXXXIV.

Pſalterium Latinum Mediolani.

* Pſalterium Latinum juxta morem Ambroſianae Mediolanenſis Eccleſiae. Mediolani 1557. Fol. k).

§. CLXXXV.

Pſalteria Latina Pariſiis.

[I] Pſalterium Latinum. Pariſiis in aedibus Aſcenſionis 1505. Fol. min.
Accedit Laurentius Valla in N. T. l).

[II] Colinaeus. Liber Pſalmorum. Pariſiis ex officina Simonis Colinaei 1523. 12.

[III] Petit. Pſalterium cum Argumentis. Pariſiis apud Joh. Petit 1524. 12.

[IV] a. Stephanus. * Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes et Canticum Canticorum cum breviſſimis annotationibus ex Hebraeorum Commentariis. Pariſiis Roberti Stephani 1528. 4. m).

[IV] b. Pſalterium Latinum. Lutetiae Pariſ. Roberti Stephani 1548. 8.
Accedit Commentarius ſeu annotationes n).

[V] Viel. * Pſalterium Latinum cum annotationibus Petri Viel. Pariſiis 1576. 12. o).

[VI] du Val. * Pſalmi Davidis, vulgata editione, Calendario Hebraeo, Syro, Graeco, Latino, hymnis, argumentis genuinum et primarium Pſalmorum ſenſum breviter aperientibus a G Genebrardo Theologo Pariſienſi divinarum Hebraicarumque literarum profeſſore Regio exornati. Pariſiis apud Dionyſium du Val, ſub Pegaſo in vico Bellovaco 1578. 24. p).

[Editio minor, in qua textus ſine commentario exhibetur. Praemittitur Calendarium, et in fine accedunt Hymni Eccleſiaſtici.

[VII] Mettayer. * Pſalterium juſſu Henrici III. editum. Pariſiis Mettayer 1586. 4.
Charactere majori q).

[VIII] * Pſalterium Latinum. Pariſiis 1596. 8. r).

[IX] * Pſalterium juſte litigantium; ſtudio Jacobi de Champront. Pariſiis Mettayer 1597. 8. s).

[X] Pſalterium Ciſtercienſe. Pariſiis 1689. 8. t).

k) *Le Long* p. 275. col. 1. A.

l) *Sam. Engeli* bibliotheca ſelectiſſima p. 22.

m) *Le Long* p. 274. col. 2. D.

n) *Engel* l. c.

o) *Le Long* p. 275. col. 1. B.

p) *Le Long* p. 275. col. 1. B.

q) Id ibid.

r) Idem in indice Chronolog.

s) *Le Long* p. 275. col. 1. D.

t) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 50. n. 261.

§. CLXXXVI.

§. CLXXXVI.

Pſalteria Latina Romae.

* Pſalterium Romanum ad uſum Cleri Baſilicae Vaticanae, cum praefatione Marii Alterii, Theologi et Canonici ejusdem Baſilicae, ejusque cura editum. Romae, e Typographia Vaticana 1591. 8. Typogr. Vat.

Ex praefatione: Quamvis Romana Eccleſia vulgatam ſacrorum librorum Latinam editionem longo ſeculorum uſu prolatam, et a ſacris conciliis celebratam in Eccleſiaſticis conventibus recitare ſemper conſveverit; Clerum tamen Romanum Pſalmos et alia quaedam antiqua verſione retinuiſſe certum exploratumque eſt. Quod Baſilica S. Petri, quae ad hunc usque diem uſum hujus Pſalterii tenet. &c. [u]).

* Pſalterium Romanum cum vetuſtiſſimis exemplaribus mſc. ſumma cura collatum, et primariae, antiquae, verae ac genuinae lectioni reſtitutum, Romae 1663. 8.

§. CLXXXVII.

Pſalterium Latinum Rothomagii.

Liber Pſalmorum cum ſelectis annotationibus in loca difficiliora. Auctore I. B. du Hamel, Presbytero et Exprofeſſore regio. Rotomagi, ſumtibus Guilielmi Behourt, illuſtriſſimi archiepiſcopi typographi, via S. Laudi, ſub urbe Venetiarum. M. DCC. I. 8. Behourt.

Pſalmi ex verſione Vulgata hic ſiſtuntur, ſingulisque argumentum praefixum eſt. Accedunt in margine inferiori annotationes, quae quamvis aliquantum largiores ſint, ac *Boſſueti* annotationes, Commentarii in Pſalmos nomen tamen non merentur [x]).

§. CLXXXVIII.

Pſalterium Latinum Upſaliae.

Pſalterium David bene correctum, cum Antiphonis et Ymnis in debitis locis, et quibusdam tytulis. In quibus continetur ſingulorum Pſalmorum ſenſus. Sine quibus Pſalmi qui obſcuri ſunt faciliter intelligi non poſſunt, et cum quibus cito legentibus pateſiunt. Item Auguſtinus de laude Pſalmorum et de virtute eorundem cujus virtutis ſint et quomodo eis homo uti debeat in omni eventu in proſperis et adverſis. Impreſſum Upſalie in domo venerabilis Patris Ravaldi Archidiachoni ibidem per Paulum griis, anno domini 1510 in octavo viſitationis Marie: Soli deo et laus et gloria per infinita ſeculorum ſecula. 4. Griis.

Mandato Jacobi Ulphonis impreſſum eſt hocce Pſalterium, non ſvecice ſed latine. Hinc errorem auctoris non ſine jure emendavit *Börnerus*. Recenſentur

u) *Le Long* p. 275. col. 1. C.

x) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 473. *Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 2. p. 84. &c.

ſentur enim ab auctore: *Pſalmi Svecice ex verſione Jacobi Ulphonis, absque loco.* 1510. 4. [y]). Sequutus eſt in hoc afferto *Baazium* [z]), et *Joh. Schefferum* [a]): Addit vero *Bornerus: Non eſt Svecicum Pſalterium ſed Latinum. Ulpho* ab auctore noſtro Lutheranis adnumeratur, quod certo tunc temporis, cum Pſalterium procuravit, non fuit [b]).

§. CLXXXIX.

Pſalterium Latinum Wittebergae.

Grunenberg. Pſalterium Latinum Wittebergae, apud Joh. Grunenbergium 1513. 8.

§. CXC.

Pſalterium Latinum Venetiis.

Liechtenſtein. Pſalterium cum calendario Venetiis 1518. Fol.

Editio titulo caret. In fine ſequentia leguntur: Habes itaque lector amice Calendarium, Pſalterium, Breviarium, et commune ſanctorum juxta ritum alme eccleſie Auguſtenſis: cum concordantibus tam biblie quam Canonum et novo perutili repertorio in margine ad quelibet in ipſo breviario facile invenienda. Denique cum multis additis et rubricis quibusdam obſcuris in clariorem ſenſum redactis. ita ut quisquis mediocriter doctus non facile aberrare poterit. Quod priusquam imprimeretur primo fuit bona intelligentia examinatum lectum atque relectum. Demum Venetiis in edibus Petri Liechtenſtein impreſſum. Inpenſis providi viri Joannis Oswalt civis Auguſten. anno 1518. die 16. Februarii [c]).

§. CXCI.

Pſalteria et Libri ſapientiales.

Pariſiis. [I] * Pſalterium et libri V. ſapientiales. Pariſiis Sebaſt. Martin 1657. 12. Charactere Sedanenſi [d]).

Viennae Auſtriae. [II] Ex ſacris Bibliis Liber Pſalmorum, Proverbia Salomonis, Eccleſiaſtes, Eccleſiaſticus bono publico auſpiciis Excellentiſſimi et Illuſtriſſimi Herois Johannis Chriſtophori Comitis a Puchaim L. B. in Gollerſtorff &c. Sac. Caeſ. Regiaeque Maj. Camerarii et Conſiliarii bellici, Tormentorum Campi Magiſtri Generalis Copiarum Caeſarearum in Provinciis Haereditariis Comorienſis praeſidii Colonelli &c. lucem videre Viennae Auſtriae, typis Matthaei Rictii typographi academici. Anno 1648. 4. [e]).

y) *Le Long* p. 419. col. 2. B.

z) Hiſt. eccleſ. lib. 1. cap. 12. p. 147.

a) Svecia litterata p. 17.

b) Conf. *Joh. Alnandri* hiſtoriola artis typographicae in Svecia. Roſtoch. 1725. 8. Samlung von Alten und Neuen Theol. Sachen 1725. p. 504.

c) Annales typogr. Auguſtan. p. 67.

d) *Le Long* p. 275. col. 1. D.

e) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 6. p. 474.

Digitized by Google

§. CXCII.

Libri ſapientiales.

Libri Salomonis Latine. Lugduni per Petrum Mareſchale, et Barnab. Chauſſord 1500. 4. *f*). Lugduni. [I]

* Libri ſapientiales. Lugduni Theobaldi Payen 1562. 16. *g*). [II]

[Typographus ad Biblia ab ipſo expreſſa dicitur *Theobaldus Paganus.*

* Libri ſapientiales. Lugduni 1693. 8. *h*). [III]

* Libri ſapientiales Latine. Pariſiis. Georgii Wolff 1491. 4. *i*). Pariſiis. [IV]

* Libri ſapientiales cum Pſalterio. Pariſiis. Roberti Stephani. 1528. 4. §. CLXXXV. [V]

* Libri ſapientiales. Pariſiis. Guill. Boſſolezi 1537. 8. *k*). [VI]

* Libri ſapientiales Latine. Pariſiis de Marnef. 1566. 16. *l*). [VII]

* Libri ſapientiales Latine. Pariſiis 1657. 12. §. CXCI. [VIII]

* Libri Salomonis, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Sapientia et Eccleſiaſticus. Pariſiis 1693. 8. [IX]

Cum notis *Boſſueti.* Accedunt ejus ſupplenda in Pſalmos.

Salomonis Libri tres, Proverbia, Eccleſiaſtes et Canticum Canticorum, item liber ſapientiae et Eccleſiaſticus cum ſelectis annotationibus Johannis Baptiſtae du Hamel. Rothomagii 1703. 12. Rothomag. [X]

Libri ſapientiales Latine. Viennae Auſtriae 1648. 4. §. CXCI. [XI]

§. CXCIII.

Proverbia Salomonis Latine.

Salomonis Proverbiorum libellus. ſ. loco et. a. S. l. et. a. [I]

Prodiit una cum quatuor Evangeliſtis et Pſalterio ſub initio ſeculi decimi ſexti *m*).

Proverbia Salomonis. Lipſiae apud Jacobum Thanner 1515. Fol. Lipſiae. [II]

Aureus Sapientiſſimi Salomonis proverbiorum libellus ingentibus commodis conſpicuus, ſi genuinas paroemiarum vires et fructus animo dimeciaris. Ad philoſophiam ſiquidem et vite inſtituta accommode ſunt. Utpote qui- [III]

f) Catal. Biblioth. Bunav. tom. I. p. 15.
g) *Le Long* p. 275. col. I. C.
h) *Le Long* ind. chronolog.
i) *Le Long* p. 275. col. 2. C.
k) Id. Ibid.
l) Ibid.
m) Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 9. n. 145.

Digitized by Google

quibus ceu ſymbolis tota ferme priſcorum philoſophia continetur: per quas etiam regius ille Magiſter moralem hominibus philoſophiam feſtiviter ac lepide ingerit: veterum more: ſtrictim abſoluteque: vite inſtituta componens affluentem inſuper dicturis ad perſvadendum ſuppellectilem ſuppeditant: narrationi fidem facientes. Gratiam et loquentibus et ſcribentibus comparant. Clarius ſermoni decus, quam vel añulo gemma: vel intextum purpure, aurum conferunt. Auditorum animos feriunt: intelligentiam juvant: oſcitantes excitant: torporem diſcutiunt: et cogitationum velut aculeos quosdam relinquunt: brevitate delectant: dignam ſenibus prudentiae eſtimationem adjiciunt. Iuvenumque mores formant. (Lipſiae 1519.) Fol.

Ad calcem: „Lipſie ex officina Jacobi Thanner. Anno ſalutis humanae M. CCCCC. XIX.„ ſingulis capitibus argumenta charactere gothico praemittuntur [n]).

[IV] Proverbia Salomonis latine. Lipſiae per Melch. Lotther 1519. Fol.

Pariſiis. [V] * Proverbia Salomonis. Pariſiis 1564. 16. [o]).

§. CXCIV.

Eccleſiaſtes Salomonis Latine.

Viennae Auſtriae. Liber Eccleſiaſtes quo non minus docte quam ſancte. beato Hieronymo teſte: homo ad vere virtutis viam et vanitatis mundi huius contemptum inducitur. (Viennae Auſtriae 1518.) 4.

Liber Cohelet cum praemiſſo *Hieronymi* prologo. Ad calcem: Viennae Pannoniae per Joannem Singrenium impreſſum Anno domini M. CCCCC. XVIII. [p]).

§. CXCV.

Apocripha Latina.

Viennae. [I] Liber Tobiae (Viennae Auſtriae 1523.) 4.

Cum Prologo beati Hieronymi preſbyteri in Librum Tobiae. Ad calcem. Viennae Auſtriae per Joannem Singrenium. Anno domini M. D. XXIII. [q]).

Antwerpiae [II] Oratio Manaſſis. Eſdrae lib. 3. et 4. Antwerpiae ex officina Plantiniana 1624. 16. [r]).

n) Nachrichten von einer Hall. Biblioth. vol. 3. p. 290.

o) *Le Long* Ind. chronol.

p) *Deniſii* Wiens Buchdruckergeſchichte p. 189. Ejusd. Bibliotheca typographica Vindolonenſ. p. 1.

q) *Deniſii* Wiens Buchdruckergeſchichte p. 236.

r) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 149.

§. CXCVI.

§. CXCVI.

Nov. Teſtamentum Latine.

In recenſendis Novi Teſtamenti Latinis editionibus, eundem, quo ſupra uſi ſumus ordine, non abs re foret, obſervare: differunt enim ipſae editiones eodem fere modo, uti majores Bibliorum Latinorum editiones ipſa illarum indole a ſe invicem diſtinguuntur. Verum diverſarum editionum notae characteriſticae non adeo ſunt nobis cognitae, ut in re tam ardua certi quid definire poſſimus. In duas itaque tantummodo claſſes ſingulas diſponere editiones nobis placuit. In priori illas, quae ab initio typographiae usque ad tempus, quo Verſio Vulgata Latina ab Eccleſia Romano publica donata eſt auctoritate, prodiere, recenſebimus; ſed ita tamen, ut editionibus ſingularibus, nimirum *Roberti Stephani*, *Iſidori Clarii* et *Joannis Benedicti* peculiarem adſignemus locum. Fatemur quidem hoc modo editiones ad *Roberti Stephani*, et *Hentenii*, *Lovanienſiumque* exemplaria effigiatas, promiſcuo ordine procedere; verum et hoc Lectores, qui quanti Laboris ſit, Bibliothecam diſponere, norant, facile nobis condonabunt. In poſteriori claſſe, editiones ad Exemplar Vaticanum effigiatas recenſebimus.

§. CXCVII.

N. T. ſ. l. et a.

Novum Teſtamentum Latinum. ſ. l. et a.

Charactere Gothico. Accedit Haymo de rerum chriſtianarum memoria s).

§. CXCVIII.

N. T. Antwerpiae.

Novum Teſtamentum Latinum Vulgatae verſionis. Antwerpiae 1525. 12. t). Incert. Typogr.

* **Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae 1531. 12. u).** [I]

* **Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae 1546. 8. x).** [II] [III]

§. CXCIX.

N. T. Antwerpiae.

* **Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae, Joannis Steelſii. 1537. 18. II. Vol. y).** Steelſii. [I]

* Novum

s) *Alteri* Bibliographiſche Nachrichten p. 117.

t) Catalog. Biblioth. *Kirchneri.* Halae ſaxon. p. 159.

u) *Le Long* p. 276. col. 1. B.

x) Id. p. 277. col. 2. A.

y) *Le Long* p. 276. col. 1. B. *Alteri* bibliograph. Nachr. p. 118.

[II] * Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae, Joannis Richardi, in aedibus Joannis Steelſii 1542. 12. z).

[III] * Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae, Joannis Richardi 1543. 12. a).

[IV] * Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae Joannis Steelſii 1546. 16. II. Vol. b).

[V] Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae Joannis Steelſii 1555. 16. c).

[VI] * Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae, Joannis Steelſii 1561. 16. II. Vol. d).

[VII] Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae in aedibus Joannis Steelſii typis Joannis Latii 1562. 12.

Editiones ex officina *Steelſii* ſequuntur editionem *Roberti Stephani.*

§. CC.

N. T. Antwerpiae.

Plantini. [I] Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae ex officina Chriſtoph. Plantini 1567. 12. e).

[II] * Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae ex officina Chriſtoph. Plantini 1569. 12. f).

[III] * Novum Teſtamentum Latinum, adjectis ad calcem notis Lucae Brugenſis. Antwerpiae, ex officina Chriſtoph. Plantini 1584. 24. g).

§. CCI.

N. T. Latinum Antwerpiae.

Reliq. typogr. [I] de Bergis. Novum Teſtamentum impreſſum per Adrianum de Bergis Chriſtophorum de Remada et Joannem Zel.

Editionem notat Index librorum prohibitorum Sotomajoris h).

[II] Bärman. Novum Teſtamentum Latinum Antwerpiae per Joannem Bärman. 1541. 8.

Cum cujusdam doctiſſimi (viri) declaratione brevi de Evangelii et legis differentia Epiſtolis Pauli praepoſita. Haec *Sotomajor.* Prodierunt eodem anno Biblia Latina eodem typographo curante i). Conf. §. CV.

Novum

z) Id. col. 2. D.

a) Id. p. 277. col. 1. D.

b) Ibid. col. 2. A.

c) Index Biblior. Wernigerod. p. 52.

d) *Le Long* p. 278. col. 1. E.

e) Catal. Biblioth. Bunav. Tom. I. p. 15. Biblioth. Engelii p. 41.

f) *Le Long* p. 278. col. 1. A.

g) *Le Long* ibid.

h) p. 809.

i) ibid.

Novum Teſtamentum Antwerpiae, typis Martini Merani 1541. Fol. [III]

Notat editionem *Sotomajor*: verum revera eſt *Steelſii* editio anni 1541, Merianus.
et typographus *Merianus* dicendus fuiſſet. conf. §. CVI. n. 4.

* Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae Gruphaei 1543. 8. [k]). [IV] Gruphaeus.

Novum Teſtamentum Latinum cum figuris. Antwerpiae. Mich. Hillenii 1544. 16. [l]). [V] Hillenius.

§. CCII.

Novum Teſt. Latinum Coloniae.

* Novum Teſtamentum Latinum. Coloniae 1522. 8. [m]). [I] Ignot. typogr.

* Novum Teſtamentum Latinum. Coloniae 1525. 8. [n]). [II]

Novi Teſtamenti totius editio D. Hieronymi interprete, ad veterum aliquot exemplarium, eorundemque manuſcriptorum fidem diligenter recognita. Acceſſuit huic veteri tralationi nunc primum nova quaedam commoditas. Data eſt enim opera, ut prima ſtatim fronte quid cuique Evangeliſtae proprium quidque cum aliis commune ſit, certis quibusdam ſignis, ſine ullo quaerendi negotio agnoſcere liceat. (Coloniae 1526.) 16. [III] Cervicornus

Ad calcem: „Eucharius Cervicornus excudebat. Anno M. D. XXVI. ipſis nonis Septembris.„ Nova illa commoditas in eo conſiſtit, ut unculis incluſa ſint, quae ſingulis Evangeliſtis ſunt propria, aſteriſco vero notentur, quae pluribus ſunt communia. Idem et in Bibliis Latinis *Rudelii* §. XCV. factum eſt, unde *Rudelium* edendo Novo Teſtamento periculum virium feciſſe conjiciendum eſt [o]).

Novi Teſtamenti totius editio D. Hieronymo interprete ad vetuſtiſſimorum exemplarium fidem diligenter recognita. Cui adjecta eſt in marginibus Canonum Euſebii tabula, ex qua facile cognoſcere licet, quid cuique Evangeliſtae proprium ſit, quidve cum aliis commune. Praemiſſum eſt, ne quid non ubique ſit obvium, ſingulis novi inſtrumenti capitibus diſtichon: ſummam capitis mira brevitate complectens. Acceſſit item Index longe optimus Evangeliorum et Epiſtolarum, quae diebus ſacris et tempore quadrageſimae in templis leguntur. His commoditatibus pie lector omnibus fruere. Coloniae apud Johannem Gymnicum. Anno M. D. XXIX. 8. Noveſienſis. [IV]

Ad calcem: „Coloniae excudebat Melchior Noveſienſis. An. M. D. XXIX.„ Editio praecedens iterata et aliquomodo perfectior reddita. Quae Evangeliſtis vel ſunt propria vel communia, iisdem, uti in praecedenti, diſtinguuntur ſignis

k) *Le Long* p. 277. col. 1. D.

l) Index Biblior. Wernigerod. p. 51.

m) *Le Long* p. 275. col. 2. E. *Alteri* bibliograph. Nachr. p. 118.

n) *Le Long* p. 276. col. 1. A.

o) *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 133. *Alteri* bibliogr. Nachr. p. 118. ubi per vitium typographicum editio ad annum 1516, refertur.

Digitized by Google

Sermones Servatoris vel aliorum virorum virgulis in margine ſunt notati; quae vero a graeco textu abſunt, quamvis in latino legantur, charactere gothico diſtincta ſunt. Singula ad vetuſtiſſima exemplaria revocata dicuntur, ſed omnia ex *Oſiandri* editione hauſta dicenda fuiſſent [p]).

§. CCIII.

Nov. Teſt. Latinum Lovanii.

Gravius. * Novum Teſtamentum Latinum. Lovanii Barth. Gravii 1563. 4.

Cum ſpatiis interlinearibus [q]).

§. CCIV.

Nov. Teſt. Lat. Lugduni.

[I] * Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni 1527. 8. [r]).

[II] Doletus. * Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni Steph. Doleti 1541. 16. II. Vol. [s]).

[Recenſetur hoc N. T. ab Auctore noſtro in ſyllabo editionum a Proteſtantibus procuratarum, quia *Doletum* Eccleſiae Romanae civem eſſe noluit. Verum *Doletum* infelicem illum literatum, iis, qui prioribus ſacris ſeſe addixerunt, annumerari poſſe, cum multis dubitamus. Vitam quidem Pariſiis laqueo finivit, et corpus ejus deinde flammis traditum fuit. Verum quam ob cauſam hoc factum ſit, an propter fidei confeſſionem, vel propter in Monachos invectivas, vel ob caedem peractam, adhuc diſputatur. Vanus fuit homo, et irreligioſum quam ſaepiſſime manifeſtavit animum. Lugduni quidem vixit, ſed utrum ibi typographicam artem coluerit, an vero *Gryphio* corrector adſuetit, dubium eſt [t]).

[III] Gryphius. Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni. Sebaſt. Gryphii 1541. 16.

[IV] Teſtamenti Novi editio Vulgata. Lugduni Sebaſt. Gryphii 1543. 16.

[V] Teſtamenti Novi editio Vulgata. Lugduni Sebaſt. Gryphii 1553. 16. [u]).

[VI] * Teſtamenti Novi editio Vulgata. Lugduni apud Haeredes Seb. Gryphii 1560. 16. [x]).

[VII] * Novi Teſtamenti editio Vulgata. Lugduni apud Haeredes Seb. Gryphii 1564. 16. [y]).

* Novi

p) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 19. *Reimmanni* catal. biblioth. theol. p. 241.

q) *Le Long* p. 278. col. 1. E.

r) *Le Long* p. 276. col. 1. A.

s) *Le Long* p. 284. col. 1. D.

t) Conf. *Baylii* Dict. article *Dolet.* *J. G. Schelbornii* amoenit. hiſt. eccleſ. et litterar. vol. 1. p. 866. *J. M. Geſneri* obſervatio hiſtorico litteraria de Stephano Doleto in Hamb Vermiſchte Biblioth. vol. 2. p. 883. *Maittaire* annal. tom. 3. p. 91 ſeq.

u) Index Biblior. Wernigerod. p. 51. 52.

x) *Le Long* p. 278. col. 1. E.

y) *Le Long* p. 278. col. 2. A.

* Novi Teſtamenti editio Vulgata. Lugduni Ant. Gryphii 1569. 16. [a]). [VIII]

* Novi Teſtamenti editio Vulgata. Lugduni Ant. Gryphii 1578. 16. [a]). [IX]

Novum Teſtamentum Latinum. (Lugduni) apud Iannonum 1542. 12. II. Vol. [X] Iannonus.

* Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni Guillelmi Rouillii 1546. 16. [XI] Rouillius.

* Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni Guillelmi Rouillii 1548. 8. [b]). [XII]

Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni Balthaſ. Arnvelt. 1547. [c]). [XIII] Arnvelt.

Teſtamenti novi editio Vulgata. Lugduni ſub ſcuto Colonienſi 1549. 12. [d]). [XIV]

* Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni, Joh. Frelonii 1553. [e]). [XV] Frelonius.

* Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni, Joh. Frelonii 1556. 12. [f]). [XVI]

Novi Teſtamenti editio Vulgata. Lugduni apud Theobaldum Paganum 1554. 12. [g]). [XVII] Paganus.

Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni Antonii Vincentii 1556. 16. [h]). [XVIII]

Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni. Antonii Vincentii 1558. 16. [i]). [XIX]

§. CCV.

N. T. Lat. Moguntiae.

* Novum Teſtamentum Latinum. Moguntiae 1523. 8. [k]). [I]

[Prodiit eodem anno Novum Teſtamentum Latinum ex verſione *D. Eraſmi Roterodami*, quod ab hac editione Verſionis Vulgatae diſtinguendum.

* Novum Teſtamentum Latinum. Moguntiae 1541. 8. [l]). [II]

a) Ibid.
a) Ibid B.
b) *Le Long* p. 284. col. 1. D.
c) Index libr. prohib. *Sotomajoris*.
d) *Hirſchii* millenar. II. p. 86.
e) *Le Long* p. 277. col. 2. B.
f) Id. p. 278. col. 1. D.
g) Catal. Biblioth. Bunav. T. I. p. 18.
h) *Le Long* p. 284. col. 1. D.
i) Index Sotomajoris.
k) *Le Long* p. 275. col. 2. E. *Alteri* bibliogr. Nachr. p. 118.
l) *Le Long* p. 276. col. 2. D.

Digitized by Google

§. CCVI.

N. T. Lat. Pariſiis.

[I] Barbierus. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis per Johannem Barbierum 1507. 8. [m]).

[II] Colinaeus. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Colinaei 1523. 16.

Accurante *Roberto Stephano*, ut ait ipſe in reſponſione ad cenſuras, Theolog. Pariſienſium. Editio emendata, elegantique charactere excuſa [n]).

[Quamprimum *Simon Colinaeus* genero ſuo *Roberto Stephano* typographiae curam demandarat, hic Novum Teſtamentum ad veterum ſimul et emendatiorum codicum fidem, ut ſpecimen in poſterum ab ipſo exſpectandorum evulgavit, quod adeo Theologis Pariſienſibus diſplicuit, ut fere omnis, igni ut traderetur, editio, quam maxime urgerent. Exordium odii fuit, quo *Robertum*, dum inter illos vixit, et poſtquam ab iis diſceſſit, proſequuti ſunt Theologi Pariſienſes [o]).

[III] Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Colinaei 1527. 12.

Apparet in Cl. *Lorkii* deſideratis.

[IV] * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Colinaei 1528. 12. [p]).

[V] * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Colinaei 1531. 24. [q]).

[VI] * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Colinaei 1541. 4.

Cum ſpatiis interlinearibus [r]).

[Eandem editionem eademque externa forma Lovanienſes anno 1563. recuſam dederunt.

[VII] * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Colinaei 1541. 16. II. Vol. [s]).

[VIII] * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Colinaei 1544. 16. II. Vol. [t]).

[IX] Petit. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Joannis Petit 1524. 12. [u]).

* No-

m) *Le Long* p. 275. col. 2. E. *Weislingeri* Armament. Cathol. p. 762.

n) *Le Long* p. 275. col. 2. E.

o) *Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 20. p. 2. *Alteri* bibliogr. Nachrichten p. 118.

p) *Le Long* p. 276. col. 1. A. *Alterus* l. c. p. 118.

q) *Le Long* et *Alterus* ll. cc.

r) *Le Long* p. 276. col. 2. D.

s) Idem.

t) Id. p. 277. col. 1. E.

u) *Le Long* p. 275. col. 2. E. *Alterus* p. 118.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Guichardi Sotquand. 1525. 8. [x]). [X] Sotquand.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Simonis Silvii 1527. 16. II. Vol. [y]). [XI] Silvius.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Ambroſii Girault 1531. 24. [z]). [XII] Girault.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Ambroſii Girault 1541. 16. II. Vol. [a]). [XIII]

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Joan. Kerbiandri 1531. 24. [b]). [XIV] Kerbiander.

* Novum Teſtamentum Latinum, Pariſiis apud Viduam Thilem. Kerveri 1535. 12. [c]). [XV] Vidua Kerveri.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Yolandae Bonhomme 1536. 16. [d]). [XVI]

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Yolandae Bonhomme 1551. 16. [e]). [XVII]

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Guill. Boſſolezi 1537. 18. [f]). [XVIII] Boſſolezi.

* Novum Teſtamentum Latinum. (Pariſiis) Franciſci Gryphii 1539. 16. [g]). [XIX] Fr. Gryphius.

Novum Teſtamentum illuſtratum — ſimulachris — ſingulari artificio expreſſis. (Pariſiis) Franciſci Gryphii 1542. 16. [h]). [XX]

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Joannis Barbou 1540. 16. [i]). [XXI] Barbaeus.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Joannis Barbaei 1595. 16. [k]). [XXII]

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Iacobi Fezandat, Oliverii Mallart. 1543. 16. [l]). [XXIII] Fezandat.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis apud Viduam Franciſci Regnault, cum figuris 1552, 16. [m]). [XXIV] Vid. Regnault.

* No-

x) Id. p. 276. col. 1. A.
y) Idem.
z) Idem.
a) Ibid. col. 2. D.
b) Ibid. col. 1. B.
c) Ibid.
d) Ibid.
e) Ibid. p. 277. col. 2. A.
f) Id. p. 276. col. 1. B.
g) Ibid.
h) Index Biblior. Wernigerod. p. 51.
i) *Le Long* p. 276. col. 1. B.
k) id. p. 277. col. 1. E.
l) Id. p. 277. col. 1. D.
m) Ibid. col. 2. A.

[XXV] * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis apud Viduam Franciſci Regnault 1556. 16. n).

[XXVI] Haered. Guillard * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis apud Haeredes Carolae Guillard 1554. 24. o).

[XXVII] Menier. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Menier 1556. 16. p).

[XXVIII] Merlin. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Merlin 1559. 16. q).

[XXIX] Ruellius. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Joh. Ruellii 1559. 24. r).

[XXX] Marnef. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Marnef 1563. 16. s).

§. CCVII.

N. T. Latina Venetiis.

[I] Aldus. * Novum Teſtamentum Latinum. Venetiis apud Aldum 1517.

[Ex *Joh. Bapt. Ottii* collectione editionum Biblicarum recenſet Auctor noſter hanc Aldinam in indice chronologico.

[II] * Novum Teſtamentum Latinum. Venetiis 1564. 8. t)

[III] Iuntae. * Novum Teſtamentum Latinum. Venetiis apud Iuntas 1572. 8. u).

§. CCVIII.

N. T. lat. Stephanorum.

[I] Rob. Steph. Novum Teſtamentum Latine. Pariſiis apud Robertum Stephanum 1533. 16.

Prima *Roberti Stephani* editio, quae Auctori noſtro ſeſe ſubduxit x).

[II] * Novum Teſtamentum. Breves variarum tralationum annotationes, adiecta veterum Latinorum exemplarium mſſ. diverſa lectione, cum praefatione Roberti Stephani. Pariſiis ex officina Roberti Stephani 1541. 8. II. Vol.

Robertus Stephanus Lectori. Quum ante quinque annos collectis mſſ. iisque antiquiſſimis codicibus adornaremus Novi Teſtamenti impreſſionem, in cujus marginibus, praeter veterum codicum lectionem, varia quoque doctiſſimorum hominum tralatio adſcriberetur: Amicorum in Hebraica et Graeca lingua exercitatiſſimorum conſilio adducti, eo animi propoſito facile deſtitimus et ſuperſedimus tantiſper, dum illi nobis explicaſſent partem aliquam hebraiſmorum, qui in Novo Teſtamento ſunt plurimi: ut eorum acceſſione et neceſſario corol-

n) Id. p. 278. col. 1. D.
o) Id. p. 277. col. 2. B.
p) Id. p. 278. col. 1. D.
q) Ibid.
r) Ibid.
s) Ibid. E.
t) *Le Long* p. 278. col. 2. A.
u) Ibid.
x) Cathal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 15.

corollario noſtrae margines excolerentur atque exornarentur. Hoc autem cum illi libenter et propenſe nobis praeſtitiſſent, obſequii noſtri nos poenitere non potuit. — Poſtea ſedulam dedimus operam, ut iſtae linguae hebraicae obſervatae proprietates, et quaecunque ad Novi Teſtamenti explicationem collegeramus, praelo committerentur. — Eſt praeterea quod te latere nolim, veterem tralationem ea fide et religione excudimus, ut ne voculam quidem prudentes et ſcientes mutaverimus. Deinde lectionem veterum Codicum Latinorum cum Graecis libris congruentem, in margine interiori collocavimus. *Haec Stephanus.*

Hujusmodi editio Novi Teſtamenti, quae in omnium cedebat utilitatem, eorum imprimis, qui Hebraicam et Graecam linguam non callebant, ab omnibus probari merebatur: notata tamen fuit graviſſima Doctorum Pariſienſium cenſura, etiamſi plurimae ibi legerentur notationes, quae in bonam partem ſumi poterant, utpote viri potius Grammatici quam Theologi. Cum autem quasdam ille notas, quae novis Proteſtantium opinionibus favere videbantur, nimis incaute inſerere affectaſſet, hac nota a Theologis jam in eum exulceratis merito inuſtus eſt y).

[Conqueritur ipſe *Stephanus* de acerbis hujus editionis fatis, in praefatione reſponſionis ad cenſuras Theologorum Pariſienſium: „Acceſſit ad haec circi„ter annum 1541. novi Teſtamenti editio cum breviſſimis annotationibus ad „marginem ab illo ſimul excuſis, quas a viris doctiſſimis acceperat. Ac princi„pio quidem laeto plauſu ab illis exceptus eſt liber; paulo poſt pro ſuggeſtu cla„mant, annotationes hunc edidiſſe valde periculoſas, locos de purgatorio et con„feſſione aliter, quam ſolerent, interpretatum.„

* Novum Teſtamentum Latinum, cum variantibus lectionibus et brevibus variarum tralationum annotationibus. Pariſiis, Roberti Stephani 1543. 12. II. Vol. [III]

Iuxta editionem anni 1541. charactere majori z).

* Novum Teſtamentum Latinum cum variantibus lectionibus, — Pariſiis Roberti Stephani 1545. 12. II. Vol. a). [IV]

* Novum Teſtamentum Vulgatae verſionis cum Textu graeco, et Verſione Latina Eraſmi Roterodami (Genevae) 1551. 8. [V]

Iungimus praecedentibus editionibus hanc *Roberti Stephani* ultimam, ut omnes uno conſpectui ſeſe offerant b).

* Novum

y) Ita *Rich. Simon* Cap. 39. Hiſt. Crit. Commentator. in N. T. p. 566. *Le Long* p. 276. col. 1. C.

z) *Le Long* p. 277. col. 1. D.

a) Ibid. E.

b) v. Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XXXII.

[VI] CaroliSteph. * Novum Teſtamentum Latinum ex Bibliotheca Regia. Ex officina Caroli Stephani 1553. 12. [c]).

[VII] Franciſ. Steph. * Novum Teſtamentum Latinum. Typis Franciſci Stephani 1567. 8. [d]).

§. CCIX.

N. T. Lat. Iſid. Clarii.

[I] Venetiis. * Novi Teſtamenti Vulgata quidem editio, ſed quae ad vetuſtiſſimorum utriusque linguae exemplarium fidem nunc demum emendata, et diligentiſſime, ut nova non deſideretur; adjectis ſcholiis et quibusdam locis ita locupletibus, ut pro commentario ſufficere poſſint, authore Iſidoro Clario. Venetiis Petri Schoeffer 1541. 8. II. Vol.

Textus prorſus idem eſt cum Latino Vulgato (inquit Humphredus Hody) [e]); lectio veterum Codicum Latinorum cum Graecis libris congruens in margine exteriori collocatur: quae viri literati e Graecis Codicibus aliter in ſermonem Latinum converterunt, quam Vetus Interpres tranſtulerat, aſteriſcos et Obeliſcos non omiſimus (inquit Editor); illos, ut quae in Graecis amplius erant, elucerent; iſtos vero, ut quod in veteri tralatione abundabat, juxta Graecum exemplar confoderemus, Origenem et Hieronymum ſecuti [f]).

[II] Antwerpiae. * Novum Teſtamentum Latinum brevibus variarum translationum annotationibus illuſtratum ad vetuſtiſſimorum utriusque linguae exemplarium fidem, nunc demum diligentiſſime emendatum, adjectis ſcholiis, auctore Iſidoro Clario. Antwerpiae Joannis Steelſii 1544. 8. [g]).

§. CCX.

N. T. Lat. Benedicti.

[I] Pariſiis. * Novum Teſtamentum Latinum haud poenitendis ſacrorum Doctorum ſcholiis Joannis Benedicti cura concinnatis illuſtratum. Pariſiis, Simonis Colinaei 1543. 8.

Joann. Benedictus Lectori: Deſiderabas ex noſtra Bibliorum editione ampliora in Novum Teſtamentum ſcholia, quibus adjutus difficiliora Vulgatae editionis loca intelligeres. Tuo itaque ſatisfacere cupiens deſiderio, ſelectiſſimas ex ſacrorum doctorum in divinam ſcripturam accommodatiſſimis ſcriptis ſententias collegi quoad potui melius; easque locis quibusvis novi inſtrumenti aptiſſimas ſtudioſe adjeci. Conſideravi inſuper maxime huic rei conducere, ſi virorum et locorum inſignium hiſtorias deſcriberem, atque ſuis quaeque locis aptarem,

c) *Le Long* p. 277. col. 2. B.
d) Id. p. 284 col. 1. E.
e) Lib. 3. part. 2. cap. 13. num. 35. de Bibl. text. origin.
f) *Le Long* p. 276. col. 2. B.
g) *Le Long* p. 277. col. 1. E.

aptatem, idque audacius forte quam doctius aggreſſus priori adjeci editioni, (*quae cum Veteri Teſtamento anno* 1541. *publicata eſt,*) in ſtudentium non parvum ſublevamen et commodum. Cujus quidem editionis ſi fueris immemor, notabis abundantiam peregrinae editionis ad noſtram, aſteriſco, defectum et item; obelo diffidium, numeris 1. 2. 3. &c. Scholia vero alphabeticis litteris a. b. c. &c. Annos praeterea a Chriſto nato ſuis accommodavi hiſtoriis ad finem Actuum Apoſtolorum. Caetera ſi quae ſint ſigna, tuo ſtudio facile ipſe conjicies. Vale.

Optimum ſane Joann. Benedicti conſilium fuit (inquit Rich. Simon) [h]) editio quippe Vulgatae verſionis his omnibus inſtructa notis plurimos potuiſſet juvare, ſi opus ſuum auctor fideliter et accurate concinnaſſet. Sed nec ipſum Graecum textum conſuluiſſe videtur; ſuas utplurimum notas excerpſit ex Cajetano, Eraſmo, Fabro ſtapulenſi; puram integramque editionem Vulgatam, adjectis duntaxat obſervationibus criticis, profitetur dare in lucem, ex Graeco tamen textu (*ſcilicet ut ab Eraſmo et Fabro legitur*) eam quibusdam in locis recognovit [i]).

* Novum Teſtamentum Latinum cum Scholiis Joannis Benedicti jam de integro recognitum. Editio ſecunda. Pariſiis 1551. 16. II. Vol. [k]). [II]

* Novum Teſtamentum Latinum cum Scholiis Joannis Benedicti. Pariſiis Phil. Richovei 1554. 12. [l]). [III]

* Novum Teſtamentum Latinum cum Scholiis Joannis Benedicti Pariſiis Deſboys 1563. 16. [m]). [IV]

Novum Teſtamentum haud poenitendis ſacrorum Doctorum Scholiis Joannis Benedicti Theologi Pariſienſis cura. Coloniae apud Martinum Cholinum et Matthiam Iacobi 1564. 8. [n]). [V] Coloniae.

Editio peregrina, cujus auctor in praefatione mentionem facit, eſt illa *Iſidori Clarii*, quae Venetiis 1541. prodiit. Recenſetur praeterea in Indice Librorum prohibitorum et expurgandorum Sotomajoris, editio anni 1558. ab haeredibus *Carolae Guillard* exſcripta, quae vero non ſeorſim ſed cum Veteri Teſtamento prodiit. Diſtinguendae vero ſunt Editiones Novi Teſtamenti ſingulares, ab iis quae in opere Biblico prodiere.

§. CCXI.

N. T. ex edit. Vatican.

* Novum Teſtamentum Latinum. Antwerpiae 1716. II. Vol. Antwerpiae.

In Indice chronologico Auctoris notatum.

h) Cap. 40. Hiſt. Crit. Comment. in N. T. p. 588.
i) *Le Long* p. 276. col. 2. E.
k) Id. p. 277. col. 2. A.
l) Ibid. B.
m) Id. p. 278. col. 1. E.

§. CCXII.

N. T. Bruxellis.

[I] Huré. * Novum Teſtamentum Latinum cum notis Caroli Huré. Bruxellis 1696. 12. o).

Editio antiquior prodiit Rothomagii Anno 1695.

[II] Fricx. * Novum Teſtamentum Latinum. Bruxellis. Eug. Henr. Fricx 1698. 12. p).

[III] * Novum Teſtamentum Latinum. Bruxellis. Eug. Henr. Fricx 1704. 24. q).

§. CCXIII.

N. T. Coloniae.

[I] * Novum Teſtamentum Latinum. Coloniae 1639. 24. r).

[II] Kalcovii. * Novum Teſtamentum Latinum. Coloniae. Iodoci Kalcovii 1646. 24. s).

[III] * Novum Teſtamentum Latinum. Coloniae 1679. 24. t).

[Tres editiones ejusdem formae externae, ex una eademque prodiiſſe videntur typographia.

§. CCXIV.

N. T. Lovanii.

[I] Hullegacerda. * Novum Teſtamentum Latinum. Lovanii Martini Hullegacerda 1674. 8. II. Vol. u).

[II] * Novum Teſtamentum Latinum. Lovanii 1679. 12. x).

[III] Stryckwant. * Novum Teſtamentum Latinum. Lovanii Guil. Stryckwant 1697. 12. y).

§. CCXV.

N. T. Lugduni.

[I] Chevalier. * Novum Teſtamentum, Lugduni. Mich. Chevalier 1619. 24. z).

[II] Boiſſat. * Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni. Boiſſat 1664. 12. a).

Novum

n) *Hartzheimii* Biblioth. Colonienſ. p. 38. *Sotomajoris* index libr. prohib. et expurgand p. 109.
o) *Le Long* p. 279. col. 1. B.
p) Ibid.
q) Ibid.
r) *Le Long* p. 278. col. 2. E.
s) Ibid. D.
t) Id. p. 279. col. 1. A.
u) Id. p. 278. col. 2. E.
x) Id. p. 279. col. 1. A.
y) Ibid. B.
z) *Le Long* p. 278. col. 2. C.
a) Ibid. E.

Digitized by Google

Novum Teſtamentum Vulgatae editionis, juxta exemplar Vaticanum An. 1592. verſiculis diſtinctum. Lugduni apud Jo. et Claud. Carteron 1677. 16. [b]). [III] Carteron.

* Novum Teſtamentum Latinum. Lugduni. Guillimin 1680. 12. [c]). [IV] Guillimin.

§. CCXVI.

N. T. Pariſiis.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Caroli Hulpeau 1627. 24. [d]). [I] Hulpeau.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Sebaſtiani Huré 1628. 32. [II] Huré.
Petro Cardinali *Berullo* nuncupatum, in forma omnium minima [e]).

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Sebaſtiani Huré 1645. 8. [f]). [III]

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Sebaſtiani Huré 1648. 8. [g]). [IV]

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Antonii Vitré 1644. 8. [h]). [V] Vitré.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis e Typographia Regia 1649. 12. II. Vol. [VI] Typog. Reg.
Typis nitidiſſimis [i]).

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Bouricant 1651. 24. [k]). [VII] Bouricant.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Sebaſtiani Martin 1656. 12. [VIII] Martin.
Cum ſummariis, charactere Sedanenſi [l]).

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Sebaſtiani Martin 1657. 12. [IX]
Sine ſummariis, charactere ſedanenſi [m]).

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Sebaſtiani Martin 1662. 12. [n]). [X]

* Novum Teſtamentum Latinum cum annotationibus Henrici Holden. Pariſiis. Caroli Savreux 1660. 12. II. Vol. [o]). [XI] Savreux.

* Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Petri de Laulne 1674. 16. [p]). [XII] Laulne.

* No-

b) Catal. Biblioth. *Baumgart.* p. 80. n. 131.
c) *Le Long* p. 279. col. 1. A.
d) *Le Long* p. 278. col. 2. C.
e) Ibid.
f) Ibid.
g) Ibid. D.
h) Ibid. C.
i) Ibid. D.
k) Ibid.
l) Ibid.
m) Ibid.
n) Ibid. E.
o) Ibid.
p) Ibid.

[XIII] Roulland. * Novum Teſtamentum Latinum. Pariſiis. Ludovici Roulland 1695. 12. q).

[XIV] Flor. Laulne. * Novum Teſtamentum Latinum cum praefatione D. Langlet. Pariſiis. Florentini de Laulne 1703. 24. r).

[XV] * Novum Teſtamentum Latinum, cum praefatione D. Langlet et breviſſimis notis. Pariſiis. Florentini de Laulne 1703. 24. s).

[XVI] Novum Ieſu Chriſti Teſtamentum Vulgatae editionis; Sixti V. Pont. Max. juſſu recognitum, et Clementis VIII. auctoritate editum: notis hiſtoricis et criticis illuſtratum. Acceſſit praefatio de ſtudio ſacrarum ſcripturarum novi Teſtamenti. Subnexae ſunt Chronologia et Geographia ſacra. Pariſiis apud Viduam Florentini de Laulne, via Iacobaea, ſub ſigno Imperatoris M DCC XXXIII. 24.

Editiones poſteriores ſibi accurate reſpondent t).

§. CCXVII.

N. T. Romae.

* Novum Teſtamentum Latinum ex correctione Romana. Romae e Typographia Vaticana 1607. 16. u).

§. CCXVIII.

N. T. Rothomagii.

Huré. * Novum Teſtamentum Latinum cum notis breviſſimis Caroli Huré. Rothomagii 1695. 12. II. Vol. x).

[Archetypum editionis Bruxellis 1696. emiſſae exemplar.

§. CCXIX.

N. T. Samieli.

[I] du Bois. * Novum Teſtamentum Latinum. Samieli in Lotharingia. Philippi du Bois 1613. 16. y).

[II] * Novum Teſtamentum Latinum. Samieli. Philippi du Bois 1614. 16. z).

q) id. p. 279. col. 1. B.
r) Ibid.
s) Ibid.
t) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern Vol. 5. p. 22.
u) *Le Long* p. 278. col. 2. B.
x) *Le Long* p. 279. col. 1. A.
y) *Le Long* p. 278. col. 2. B.
z) Index Chronolog. ad An. 1614.

§. CCXX.

§. CCXX.

Evangelia.

Quatuor Evangeliſtarum Libri. Pſalterium Davidis. Salomonis Proverbiorum libellus ſ. l. et a. Fol. [a]). [I]

Divinum quatuor Evangeliorum opus. Lipſiae impreſſit Wolffgang Monacenſis 1513. Fol. [II] Lipſiae.

Editio a *Leichio* in tractatu de origine et incrementis typographiae Lipſienſis omiſſa. [b]).

Nobiliſſimi diviniſſimi et excellentiſſime authoritatis quatuor Evangeliſtarum libri, qui non ſolum fidei doctrine: ſed etiam vite magiſterium: et juſte converſationis ſpeculum ſunt: nam in eis preter fidei chriſtiane inſtitutionem luculentiſſima morum precepta continentur: que ſine fuco et ſine ſuperbo eloquio ſed humili ſermone deus tradidit: ut omnes intelligant, que omnibus loquitur. Unde tota vite et edificationis chriſtiane perfectio accipitur: quibus ſalubriter prava corriguntur: parva nutriuntur: et magna oblectantur ingenia. (Lipſiae 1514.) Fol. [III]

Ad calcem: „Impreſſum Liptzk per Iacobum Thanner Herbipolitanum. „Anno Domini Milleſimo quingenteſimo decimo quarto.„ Singulis capitibus praemittuntur diſticha e *Petri Roſſenhain* roſeo memoriali divinorum deſumta. Editio itidem a *Leichio* praetermiſſa eſt [c]).

* Quatuor Evangelia et Apocalipſis. Latine. Pariſiis Joannis Petit 1515. 12. [IV] Pariſiis.

Charactere Gothico [d]).

* Quatuor Evangelia et Acta Apoſtolorum, Latine. Lovanii 1564. 4. [e]) [V] Lovanii.

§. CCXXI.

Matthaeus.

Evangelium S. Matthaei. Viennae Auſtriae 1522. 4. [f]). [I] Lipſiae.

§. CCXXII.

Epiſtolae Apoſtolorum.

Epiſtolae Pauli XIV. juxta Hieronymi Translationem, capitumque lectiones, quibus B. Thomas textum partitur, diſtincta. Lipſiae apud Wolffg. Stöckel 1510. Fol. [II]

Editio a *Leichio* praetermiſſa [g]).

Epiſto-

a) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 9. n. 145.
b) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 9. n. 144.
c) Nachrichten von einer halliſchen Biblioth vol. 3. p. 287.
d) Le Long p. 279. col. 1. C.
e) Ibid.
f) *Lambecheri* Bibliotheca antiqua Civ. Vindob. p. 18. *Denſis* Wiens Buchdruckergeſchichte p. 235.
g) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 9. n. 144.

Digitized by Google

[III] Pariſiis. * Epiſtolae D. Pauli cum breviſſimis notis Aegidii Delphi. Pariſiis. Ulrici Gering 1491. 4. [i]).

[IV] * Epiſtolae Apoſtolorum et Apocalypſis. Pariſiis, Henrici Stephani 1507. 8. [k]).

[V] * Pauli Apoſtoli, Petri et Joannis Iacobi et Iudae Epiſtolae. Pariſiis apud Joannem Parvum 1514. 8. [l]).

[VI] * Epiſtolae Apoſtolorum. Latine. Pariſiis. Joannes a Prato 1519. 8.

[VII] * Epiſtolae Apoſtolorum. Latine. Pariſiis. Joannes a Prato 1522. 8. [m]).

[VIII] Viennae Auſtr. Inſequentia in hoc libro continentur. Beatiſ. Pauli gentium Apoſtoli: Epiſtole. Adjiciuntur iis L. Annei Senece ad S. Paulum octo. Paulique rurſus ad Senecam: reſponſive ſex. Iungitur etiam in calce ea que a Paulo, Laodicenſibus ſcripta invenitur. (Viennae Auſtriae 1514.) 8.

Ad calcem: Vienne Pannonie per Hieronymum Victorem et Joannem Singrenium: impreſſum. Expenſis vero Leon. et Luce Alantſe. Fratrum. Sexto Kalendas Februarii. Anno M. CCCCC. XIIII. Imperante Máximiliano F. P. [n]).

[IX] Divi Hieronymi ter maximi Religionis Chriſtianae magiſtri in Epiſtolam Pauli ad Galatas, Prologi doctiſſimi tres. SS Pauli juxta pii atque diſerti Doctoris gentium epiſtola ad galatas de Hieronymiano exemplari caſtigatiſſimo deſcripta. (Viennae Auſtriae 1522.) 4.

Editor eſt *Lucas Capher* philoſophus et theologus. Ad calcem: Vienne Pannoniae in aedibus Joannis Singrenii. Anno M. D. XXII.

[X] * Epiſtola Pauli ad Romanos et ad Galatas. Pariſiis 1540. 8. [o]).

[XI] Epiſtola Sanctiſſimi Pauli ad Philippenſes caſtigatiſſime deſcripta: [p]).
Accedit ſuperiori Epiſtolae ad Galatas Viennae Auſtriae 1522. editae.

[XII] Lipſiae. Epiſtolae ſeptem Canonicae SS. Apoſtolorum cum praefationibus atque argumentis D. Hieronymi. Lipſiae per Jac. Thanner 1513. Fol. [q]).

[XIII] Mogunt. * Epiſtolae IV. catholicae. Latine Moguntiae 1612. Fol. [r]).

§. CCXXIII.

h) *Leichius* de orig. et incr. typogr. Lipſ. p. 97.
i) *Le Long* p. 279. col. 1. D.
k) Ibid.
l) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 52. n. 294.
m) *Le Long* p. 279. col. 1. E.
n) *Deniſii* Wiens Budruckergeſchichte p. 103. Conf. *J. Alb. Fabricii* Cod. apocryph. N. T. tom. 2. p. 891.
o) *Le Long* vid. Chronol.
p) *Deniſius* l. c. p. 229.
q) *Leichius* l. c. p. 93.
r) *Le Long* p. 279. col. 1. C.

Digitized by Google

§. CCXXIII.

Apocalypſis.

* Apocalypſis Joannis Latine. Pariſiis 1510. 12. [r]).

§. CCXXIV.

Ex hactenus inſtituta Bibliorum Latinorum recenſione, unicuique, ingentem eſſe Bibliorum in Eccleſia Romana editorum numerum, facile patebit. Verum et, qui editiones numerabit, maximam editionum partem, illam editionem authenticam Sixtino-Clementinam antiquitate ſuperare deprehendet. Id itaque conſilium, quod ex concluſionibus Concilii Tridentini originem ducit, ſtudium ſacrae ſcripturae magis impedivit, quam promovit, typographorumque ſtudium Biblia ſacra typis evulgandi retinuit. Reſtant adhuc illae Vulgatae verſionis editiones, quae vel Textum authenticum vel verſionem aliquam ad latus habent, atque hanc ob cauſam alio loco recenſendae eſſent. Ne vero haſce omiſiſſe videamur, Auctorem noſtrum ſequentes, paucis illas indicabimus verbis.

§. CCXXV.

Vulgata cum textu Hebr.

* Biblia ſacra. Vetus Teſtamentum multiplici lingua nunc primo impreſſum. Compluti (1514-1517.) Fol. [I]

* Biblia ſacra, Hebraice, Chaldaice, Graece et Latine. Antwerpiae (1569-1572.) Fol. [II]

* Biblia Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Graeca, Syriaca, Latina Arabica. Lutetiae Pariſiorum 1645. Fol. [III]

Tres haſce Bibliorum Polyglottorum hic conjungimus editiones, ſiquidem una ex altera ita formata eſt, ut textus latinae Verſionis ſeu Vulgata idem fere ubique ſit. Diſtinguendus vero ipſe Textus Vulgatus eſt ab aliis editionibus, uti jam ſupra §. XCII. monuimus. Theologi enim Hiſpani Textum, ut emaculatiorem redderent, allaborarunt, quem Arias Montanus, etſi aliquoties mutatum iterum exſcripſit.

Biblia Latina Vulgata et Pagnini, ab Aria Montano recognita, cum textu Hebraeo Viennae Auſtriae 1743. 8. [s]). [IV] Vienna.

r) *Le Long* p. 279. col. 1. E.
s) Part. I. Cap. I. Sect. III. §. 10. Part. II. Vol. III. cap. III. Sect. I. §. XXVIII.

§. CCXXVI.

Joſua ex Vulg. c. T. H.

* **Joſuae Imperatoris hiſtoria illuſtrata atque explicata ab Andrea Maſio. Antwerpiae 1574. Fol.**

Verſio Vulgata quae hic *Hieronymi* dicitur, occupat inferiorem paginarum partem: ſuperiorem vero textus Hebraeus cum nova verſione Maſii, et textus ſeptuagintaviralis cum ejusdem verſione Latina [a]).

§. CCXXVII.

Pſalteria ex Vulg. c. T. H.

[I] * **Pſalterium Hebraeum, Graecum, Arabicum et Chaldaicum cum tribus latinis interpretationibus (Genuae 1516.) Fol.**

Pſalterium Iuſtiniani, quod triplicem habet verſionem Latinam, *Iuſtiniani* ex Hebraeo, ejusdem ex Chaldaico contextu, et Vulgatam Latinam [x]).

[II] * **Pſalterium in quatuor linguis Hebraea, Graeca, Chaldea, Latina. Impreſſum Coloniae 1518. Fol**

Potkenii Pſalterium, quod Verſionem Vulgatam cum textu authentico et reliquis verſionibus conjungit [y]). (Chaldaicum nominat, in utraque edit. eſt vero *aethiopicum.*)

[III] * **Pſalterium Hebraice, Graece et Latine tam ex verſione S. Hieronymi ſecundum hebraicam veritatem, quam ex Vulgata Latina, cura et ſtudio Deſid. Eraſmi et Conradi Pellicani. Baſileae typis Ammerbachii 1518. Fol.**

[IV] * **Pſalterium Hebraicum et Graecum cum duplici verſione Baſileae apud Frobenium 1531. Fol.**

[V] * **Pſalterium — Pariſiis apud Cephalon. 1533. Fol.**

[VI] * **Pſalterium — Pariſiis typis Carolae Guillard 1545. Fol.**

Quatuor haſce editiones, quae duplicem una cum textu Hebraico et verſione Graeca exhibent translationem Latinam, alteram *Hieronymi* alteram Vulgatam, inter Polyglotta deſcripſimus [z]). Iungimus hiſce recentiorem:

[VII] **Pſalterium Hebraicum, Graecum et Latinum cum duplici verſione Latina. Francofurti ad Moenum et Lipſiae 1684. Fol.**

Prodiere hoc anno Opera S. *Hieronymi* Stridonenſis omnia, cum notis et ſcholiis, variis item lectionibus *Deſiderii Eraſmi*, *Mariani Victorii Reatini*, *Henrici Gravii*, *Frontonis Ducaei*, *Latini Latinii* aliorumque. Octavus hujus editionis tomus Commentarios in Pſalterium *Hieronymo* quidem falſo adſcriptos con-

a) v. Part. I. cap. III. §. XIX.
x) v. Part. I. cap. III. §. XXV.
y) Ibid. §. XXVI.
z) Part. I. cap. III. §. XXVII. n. 1-4.

Digitized by Google

continet; quibus appendicis loco ſubjungitur Pſalterium quadruplex, Hebraeum punctis vocalibus et accentibus inſtructum, huic e regione Veritas Hebraica, latino videlicet *Hieronymi* idiomate concepta; Graecum ſeptuaginta interpretum; et huic a latere quae vulgo dicitur verſio latina. Editio vero ipſa Polyglottis eſt adnumeranda [a]).

* Pſalterium ſextuplex, Hebraeum cum tribus latinis — Graecum ſeptuaginta interpretum, cum Latina Vulgata. Seb. Gryphius excudebat Lugduni 1530. 8. [VIII]

Cum Latina Vulgata proſtant Verſiones S. Hieronymi, Sanctis Pagnini et *Felicis Prutenſis* [b]).

* Pſalterium Latinum cum textu Hebraico. Moguntiae 1523. 12. [c]). [IX]

Marci Marini Commentaria in libros Pſalmorum. Bononiae 1748. Fol. [X]

Continent Commentaria textum Hebraeum cum verſione Vulgata [d]).

§. CCXXVIII.

Pſalmi poenit. ex Vulg. c. T. H.

Pſalmi ſeptem poenitentiales, Hebraice, Graece et Latine. Pariſiis 1544. 16. [e]). [I]

Pſalmi poenitentiales cum officio parvo B. Mariae Virginis, Hebraice, Graece et Latine. Lugduni 1660. 24. [f]). [II]

§. CCXXIX.

Scripta Salomonis ex Vulg. c. T. H.

* Eccleſiaſtes Hebraice cum verſione Latina Vulgata. Studio Agathii Guidacerii. Pariſiis 1539. 4. [g]). [I]

* Canticum Canticorum cum Verſione Vulgata. Studio Agathii Guidacerii. Pariſiis in collegio Italorum 1539. 4. [h]). [II]

Diſtinguenda eſt editio ab antiquiore anni 1531. 4. quae Textui ſacro novam *Guidacerii* jungit verſionem latinam; poſterior vero editio Verſionem habet Vulgatam.

a) Acta Eruditorum Lipſienſia A. 1684. p. 346.
b) v. Part. I. c. III. §. XXVII. n. 5.
c) v. Part. I. Cap. I. Sect. III. §. XXV. n. 1.
d) Ibid. §. XXV. n. 4.
e) v. Part. I. c. III. §. XXXI. n. 3.
f) Ibid. n. 7.
g) v. Part. I. Cap. I. Sect. III. §. XXXVIII. n. 5.
h) Ibid. §. XXXV. n. 6.

Digitized by Google

§. CCXXX.

P r o p h e t a.

Super Aggaeo Propheta Jo. Eckii commentarius. Textum habes Hebraeum, Graecum et Latinum. Commentarius ex eccleſiaſticis patribus, ex Iudaeorum rabbinis, ex novatoribus quibusdam decerptus. Salingiaci, Joannes Soter excudebat. M. D XXX VIII. 8.

Inter polyglotta recenſenda fuiſſet opella, ſi tunc temporis nobis innotuiſſet. Grates referimus Viro docto, qui in Muſeo litterario Altdorfii edito notitiam rarioris hujus ſcripti communicavit. Gloriatur ipſe *Eckius* de linguarum peritia, verum ſingula ex opere Complutenſi exſcripſit, et commentariis ſeu praelectionibus publice habitis illuſtravit [i]).

§. CCXXXI.

Vulgata cum textu Gr. N. T.

[I] * Novum Teſtamentum Graece et Latine in academia Complutenſi noviter impreſſum. (Compluti 1514.) Fol.

[Verſio latina non, uti plures ſibi perſvaſerunt, inter lineas inſerta eſt, ſed graeco textui e regione, obſervatis tamen linearum ſpatiis, impoſitis utrimque latinis litteris, expreſſa eſt. Ipſa vero editio Vulgatae ad recognitas editiones referenda eſt [k]).

[II] * Novum Teſtamentum Graece et Latine, ſtudio Deſid. Eraſmi Roterodami Baſileae apud Frobenium 1527 Fol.

[Textui graeco accedit duplex verſio Latina, altera *Eraſmi*, altera Veteris Interpretis, quo magis in promptu ſit, lectori collatio [l]).

[III] * Novum Teſtamentum Graeco - Latinum. Coloniae Arnoldi Mylii 1592. 8.

[Vulgata Latina eſt ex recognitione Hentenii, et *Franciſci Lucae* Brugenſis, ſeu Theologorum Lovanienſium [m]).

[IV] * Novum Teſtamentum Graece et Latine ex verſione Vulgata, Lugduni apud Viduam Antonii de Harſy 1611. 16. [n]).

[V] * Novum Teſtamentum Graece et Latine, Johannis Morini. Pariſiis 1628. Fol.

[VI] * Novum Teſtamentum — Morini Pariſiis 1641. Fol. [o]).

[VII] * Novum Teſtamentum cum Commentario Jacobi Gordoni. Pariſiis 1632. Fol. [p]).

* No-

i) Litterariſches Muſeum vol. 2. p. 323.
k) v. Part I. cap II. Sect. II. §. II.
l) Ibid. §. XVII. n. 4.
m) Ibid. §. XIV. n. 1.
n) Ibid. n. 4.
o) Ibid. n. 2. 3.
p) Ibid. n. 5.

* Novum Teſtamentum Graeco-Latinum. Lugduni 1673. 12. [q]. [VIII]

* Novum Teſtamentum Graeco - Latino - Gallicum. In Montibus 1673. 8. [r]. [IX]

§. CCXXXII.

Partes N. T. ex Vulg. c. T. gr.

* IV. Evangelia latine ex Vulgata et Graece, cum Commentariis Franc. Lucae Brugenſis Antwerpiae 1606-1616. [s]. [I]

* Acta Apoſtolorum lat. et gr. Ingolſtadii Sartorii 1595. 12. [t]. [II]

* Epiſtolae divi Pauli latine et graece. Venetiis 1533. 8. [u]. [III]

[Vulgata cum Verſione *Eraſmi* et *Jac. Fabri* Stapulenſis.

§. CCXXXIII.

Vulgata cum Verſ. Arabica.

* Biblia ſacra Arabica. Romae 1671. Fol.

[Suo tempore ſplendidum delineavimus opus, Eccleſiis Orientalibus quidem conſecratum, ſed parum illis inſerviens, ſiquidem tum ipſa Vulgata illis nullius uſus, tum textus Arabicus ad Vulgatam immutatus eſt [x].

§. CCXXXIV.

Vulgata Pſalter. cum Verſ. Graeca.

* Pſalterium graeco-latinum ex recognitione Joannis Creſtoni Mediolani 1481. Fol. [I]

[Latina Vulgata ab editore correcta et ad graecum textum revocata [y].

* Pſalterium graeco-latinum Antwerpiae, Joh. Gruphaei 1543. 16. [z]. [II]

§. CCXXXV.

Vulgata c. Verſ. lat. ex Hebr.

* Biblia V. T. ex Vulgata cum verſione S. Pagnini. Roberti Stephani 1557. Fol. [I]

* Biblia V. T. ex Vulgata — — Roberti Stephani 1577. Fol. [II]

Biblia V. T. ex Vulgata — — Pariſiis 1721. Fol. [III]

Biblia V. T. ex Vulgata — — Pariſiis 1729. Fol. [IV]

q) Ibid. n. 6.
r) Part. I. Cap. III §. XXXVI. n. 2.
s) v. Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XLVII. n. 1.
t) Ibid. § L. n. 1.
u) Ibid. §. LI. n. 1.
x) v. Part. II. Vol. I. Sect. V. §. XIII. n. 1.
y) v. Part. II. Vol. II. Sect. I. §. LXXVI. n. 1.
z) Ibid. §. LXXXVI. n. 1.

Roberti Stephani editiones, jam ſupra §. XCIX. n. 8. 10. deſcripſimus. Recentiores duae Pariſienſes cum *Pagnini* verſione ſiſtunt quidem Vulgatam, ſed non illam ex *Stephani* editione, ſed Romanae Eccleſiae authenticam ex recognitione Sixto-Clementina [a]).

[V] Veteris Teſtamenti Libri Pentateuchus, Joſua, Judicum, Regum, Paralipomenon, Eſdrae, Nehemiae, Job, Pſalmorum, Proverbiorum Salomonis et priora tria Capita Eſaiae ex Vulgata, cum nova Verſione Thomae de Vio Cardinalis Cajetani Lugduni 1639 Fol.

Opus exegeticum Cardinalis *Cajetani*, quod verſionem Vulgatam fundamenti loco praemittit, eique novam aliorum ope confectam addit verſionem, inter Verſiones ex hebraeo factas ita deſcripſimus, ut veſtigiis auctoris noſtri inſiſtentis primo loco integrum opus Lugduni editum indicaverimus [b]). Deinde vero ſingulorum librorum verſiones prout illae natae et editae ſunt, enumeraverimus. Ne eadem longo ſermone hic, quae alio loco dicta ſunt, repetere cogamur, primas tantummodo librorum editiones enumerabimus; plures qui noſſe cupit, in recenſione verſionum ex Hebraeo deprehendet.

[VI] Pentateuchus ex Verſione Vulgata et Nova Cajetani. Romae 1531. Fol. [c]).

[VII] Libri hiſtorici ex verſione Vulgata et nova Cajetani. Romae 1533. Fol. [d]).

[VIII] Jobus ex verſione Vulgata et nova Cajetani. Romae 1535. Fol. [e]).

[IX] Pſalterium ex Vulgata et nova Cajetani. Venetiis 1530. Fol. [f]).

[X] Proverbia Salomonis ex Vulgata et nova Cajetani. Lugduni 1545. Fol. [g]).

[XI] Eccleſiaſtes ex Verſione Vulgata et nova Cajetani. Lugduni 1552. Fol. [h]).

[XII] Eſaiae capita tria priora ex Vulgata et nova Cajetani. Pariſiis 1537. 8. [i]).

[XIII] Liber Job ex Vulgata et nova verſione Auguſtini Iuſtiniani. Pariſiis 1516. 4. [k]).

[XIV] Pſalterium ex Vulgata et nova S. Pagnini. Rob. Stephani 1556. 8. [l]).

[XV] Pſalterium Latinum ex verſione Simeonis de Muis cum commentario Pariſiis 1630. Fol.

Pſal-

a) v. Cap. III. S. I. §. 26. n. 1. 2.
b) Cap. III. S. I. §. XXXIII.
c) Ibid. §. XXXVII.
d) Ibid §. LIII.
e) Ibid. §. LXVII.
f) Ibid. §. LXXII.
g) Ibid. §. LXXVI.
h) Ibid. §. LXXIX.
i) Ibid. §. LXXXVIII.
k) Ibid. §. LXVII. n. 5.
l) Ibid. §. LXXII. n. 39.

Digitized by Google

Pſalterium Latinum — Pariſiis apud Mathurinum et Joh. Henault. 1650. Fol. [XVI]

Vulgata Latina cum nova auctoris verſione m).

* Pſalterium Latinum ex duplici verſione, una Vulgata et altera S. Hieronymi ex Hebraeo Pariſiis 1676. 12. n). [XVII]

* Liber Pſalmorum, additis canticis cum notis Jacobi Benigni Boſſuet, Epiſcopi Meldenſis. Lugduni apud Amiſſonios, Joan. Poſuet et Claudium Rigaud. M. DC. XCI. 8. o). [XVIII]

[Editio ſplendida, quae duplicem ſiſtit Pſalterii verſionem; nimirum Vulgatam et S. *Hieronymi*, cum brevioribus annotationibus. Praemittitur Epiſtola Paſtoralis Meldis VI. Nonas Iunii anno MDCXC. data, et Diſſertatio de Pſalmis. Accedunt *Hieronymi* ad *Sophronium* praefatio et argumenta ſingulorum Pſalmorum. Cantica ſacra ſolummodo ex verſione Vulgata exhibentur p).

* Liber Pſalmorum cum notis, quibus eorum ſenſus liberalis exponitur. Pariſiis apud Andream Praelard. 1691. 8. [XIX]

Ex duplici verſione, una Vulgata, altera eadem ad textum Hebraicum reformata a Ludovico Du Pin. q).

[Accedunt breviores quidem notae, quae tamen textum ſacrum ſatis erudite exponunt, variasque, quae obveniunt, difficultates dilucidant. Auctor iis haud adnumerandus eſt, qui ex Hebraeo novas condiderunt verſiones; antiquiorem enim, quae Vulgata dicitur, tantummodo ad fontem revocavit r).

Pſalmorum verſio Vulgata et verſio nova ad Hebraicam veritatem facta. Pariſiis 1[illegible]6. 18. s). [XX]

§. CCXXXVI.

Vulgata cum Verſ. ex Chald.

Eccleſiaſtes ex Verſione Vulgata, cum verſione e Chaldaica Paraphraſi autore Petro Coſto. Lugduni 1554. 4.

Vide inter Verſiones e Chaldaico.

m) v. infra Cap. III. Sect. I. §. LXXII. n. 31.
n) *Le Long* p. 275. col. 1. E.
o) *Le Long* p. 275. col. 2.
p) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 471.
q) *Le Long* p. 275. col. 2. A.
r) *J. G. Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 2. p. 238. &c.
s) Iournal des ſavans Iuillet. 1747. p. 425. *Kraftii* theolog. Biblioth. vol. 2. p. 528.

§. CCXXXVII.

§. CCXXXVII.

Vulgata cum Verſ. ex Gr. N. T.

[I] Novum Teſtamentum ex Vulgata cum nova S. Pagnini. Pariſiis 1721. Fol.

[II] Novum Teſtamentum ex Vulgata — Pariſiis 1729. Fol.

Vulgata eſt ex editione Sixtino - Clementina.

[III] Novum Teſtamentum praeter Apocalypſin ex vulgata cum nova verſione Cajetani. Venetiis 1530. 1531. t).

[IV] Epiſtolae Pauli ex Vulgata cum nova verſione Jacobi Fabri Stapulenſis. Pariſiis 1512. Fol. u).

Unicam et quidem primam editionem hic nominaſſe ſufficiat; reliquas ſuo loco enumeravimus.

§. CCXXXVIII.

Plurium Verſionum.

Venetiis. [I] * Biblia, Vulgata editione, translatione ex Hebraeo Santis Pagnini, translatione Romana ex ſeptuaginta, et Chaldaicae paraphraſis translatione congeſtis. Novum vero Teſtamentum, Vulgata editio, translationi ex Syriaco Guidonis Fabricii Boderiani conjuncta, ſtudio et labore Fortunati Schacci Fanenſis. Venetiis Antonii Pinelli 1609. Fol. II. Vol. x).

[Editio prima diverſarum tralationum, quam locupletiorem edidit Laur. Beyerlink.

Antwerpiae [II] * Biblia ſacra variarum Translationum, tribus tomis diſtincta. Antwerpiae impenſis Joannis Keerbergii 1616. Fol. III. Vol.

Vetus Teſtamentum Vulgatae editionis: translationis ex Hebraeo Sanctis Pagnini; Translationis Romanae ex ſeptuaginta: Chaldaicae Paraphraſis in Pentateuchum, caeterorum librorum verſionis novae Franciſci Vatabli, (vel potius Tigurinae.) Novum Teſtamentum Vulgatae editionis; translationis ex Syriaco Guidonis Fabricii Boderiani; Translationis Benedicti Ariae Montani et Translationis Deſiderii Eraſmi ex Graeco. Omnia edita a Laurentio Beyerlink, cum ejus praefatione.

Ex praefatione: „Habes hic ſtudioſe Lector, omnes libros ſacros, quo„rum — varias translationes poſt editionem ſtudio F. Fortunati Fanenſis, Se„natus Veneti permiſſione, concinnatam evulgamus — Praeter Vulgatam et re„ceptam ab univerſa Eccleſia Editionem, alias inſuper ubi eae haberi potuerunt, „quaeque tanquam permiſſae circumferuntur, adjunximus. Et quidem libros „omnes Moſis — etiam translatione Sanctis Pagnini, LXX. Interpretum, et Chal-

„daica

t) Cap. III. Sect. II. §. LXXV.
u) Ibid. §. LXXVIII. n. 14. ſq.
x) *Le Long* p. 269. col. 2. E.

„daica adornamus. Reliquos vero — iisdem etiam translationibus, ut puta „Vulgata, Pagniniana, et LXX. Interpretum auctam damus: quibus in locum „Chaldaicae Paraphraſis, quae in libros Moſis habetur purior et magis ſincera: „eam verſionem adjunximus, quam Franciſco Vatablo nonnulli adſcribunt. — „Libri Tobiae et Judith Vulgata duntaxat et verſione LXX. Interpretum emittuntur. Pſalterium ſvavi Vulgatae et Pagninianae editionis concentu decantatur." Sub finem agnoſcit verſionem Franciſco Vatablo adſcriptam eſſe Leonis Judae ab Inquiſitoribus repurgatam.

Ex praefatione tertio tomo praemiſſa: „Habes hic lector ſacrorum Bibliorum plurium translationum partem pari ſedulitate ac typorum elegantia, „qua priores adornatam, Novum ſcilicet Jeſu Chriſti Teſtamentum, hoc eſt, libros omnes — Atque hos iterum non unica duntaxat translatione in lucem „emittimus, ſed praeter eam quam Vulgatam appellant, et alteram a Guidone „Fabricio ex Syriaco Fonte collectam, binas inſuper adjecimus; Benedicti Ariae „Montani unam, et Deſiderii Eraſmi alteram y)."

Verſio Pagniniana in hiſce editionibus pura et ſincera prodit, ab emendationibus et correctionibus Stephanianis libera, ex prima editione Lugdunenſi. Verſio Ariae Montani Novi Teſtamenti Latina, non eſt, niſi Latina Vulgata ad verba Textus Graeci revocata, quam Vulgatae addere revera ſuperfluum fuit. Singulae verſiones per quatuor columnas ſunt diſpoſitae.

Biblia ſacra e vulgata editione, Latinisque translationibus, Romana nimirum ex LXX. in Vetus Teſtamentum, et Guidonis Fabricii Boderiani ex Syriaco in Novum concinnata. In quibus praeter ea, quae in ſecunda praefatione recenſentur, ſelectiores notae literales, Hiſtorico-Geographicae ac Chronologicae, atque plurima inſigniorum rerum Schemata, cum veritati, tum venuſtati accommodata ex optimis auctoribus congeruntur. Omnia ad optimorum exemplarium fidem, potiſſimumque Vaticani, quod ad Vulgatam pertinet, recognita, in duosque tomos partita, cura et ſtudio Hermolai Albritii, Venetiis MDCCXXI. Fol. II. Vol. Venetiis. [III]

Celebris Bibliopola Venetus, *Hermolaus Albritius, Hieronymi* filius, multo ſtudio et aere ſplendidiſſimam procuravit Bibliorum Latinorum editionem, in qua paginae biſariam dividuntur, ut duplicem exhibeant verſionem. Marginem a ſiniſtra occupant ſelectiſſimae ſed breviſſimae annotationes litterales *Gagnaei, Eſtii, Menochii, Tirini, Emanuelis Sa, Hamelii*, aliorumque. Accedunt variae notae Hiſtoricae, Geographicae, Chronologicae, aliaeque antiquitatem ſacram illuſtrantes, maxime ex *Vitrei* Pariſienſi editione. Singulis libris, capitibus et paginis praemittuntur argumenta. Specimen editionis, quod anno 1720. evulgavit, magnificum eſt et ſplendidum z).

Sacra Biblia variarum Translationum juxta Exemplar Antwerpiae impreſſum anno 1616. complectens praeter Vulgatam, Sanctis Pagnini ex Hebraeo, [IV]

y) *Le Long* p. 270. col. 1. B. z) Nova litteraria Lipſienſia. A. 1720. p. 462.

braeo, Septuaginta Interpretum et Chaldaicae paraphraſis verſiones; inſuper in libris Ioſuae, Iudicum et Ruth loco chaldaicae paraphraſis, alteram ex Hebraeo Franciſci Vatabli translationem. Venetiis 1747. 4. IV. Vol.

Studio P. *Franciſci Anton. Caſelli.*

Pineda. [V] * Eccleſiaſtae verſio Latina Vulgata cum Commentario Joannis de Pineda. Hiſpali 1619. Fol.

Adjiciuntur aliae octo verſiones; ſcilicet editio Veneta Anni 1551., quae eſt Munſteri ex Hebraeo, alia Roberti Shirwode ex eodem, tertia Alphonſi de Zamora ex Chaldaeo, quarta Petri Coſti ex eodem, quinta Flaminii Nobilii ex Graeco; Sexta editionis Brylingerianae, vel potius Complutenſis ex eodem; ſeptima Victorini Scialac ex Syro, octava ejusdem ex Arabico. Hae omnes extant ad calcem cujusque capitis Commentariorum in Eccleſiaſten, quae concinnavit ediditque Joannes de Pineda [a]).

[VI] * Eccleſiaſtae verſio latina Vulgata. — Pariſiis 1620. Fol.

[VII] Eccleſiaſtae verſio Latina Vulgata. — Antwerpiae 1620. Fol. [b]).

§. CCXXXIX.

Vulg. cum Verſ. german.

Auguſt. Vind. [I] Biblia ſacra Vulgatae verſionis cum Verſione Germanica, curante R. P. Thomae Aquinate Erhard. Ord S. Benedicti. Auguſtae Vindelicorum apud Maximilianum. A. MDCCXXXVII. Fol.

Editio titulo germanico ornatur ſequenti. „Biblia ſacra, oder Heilige Schrift A. u. N. T. nach der uralten Lateiniſchen von der Römiſch-Catholiſchen Kirche bewährten Ueberſetzung, mit lateiniſchen Text und neuen Summarien, nach heutiger Redensart zum Fürſtenmahl herausgegeben von P. Thoma Aquin. Erhardo, nebſt einem Commentario und Anleitung die heil. Schrift zu verſtehen und zu gebrauchen. Auguſtae Vindelicorum„ Editio dicitur quinta; utrum vero quatuor antecedentes editiones verſionem habeant latinam Vulgatam, cum verſione germanica e Bibliis Moguntinis; an vero ſolam habeant verſionem germanicam, nobis non conſtat: fluctuat enim *Erhardus* in editionibus Bibliorum ſacrorum, et in ipſis editionum titulis, uti ex ſequentibus apparet [c]).

[II] Biblia ſacra Vulgatae Editionis, auctoritate Sixti V et Clementis VIII. P. P. M. M. recognita ac Verſione Germanica emendatiore, nec non inſtitutionibus biblicis illuſtrata, opera et ſtudio R P. Thomae Aquinatis Erhard O. S. Benedicti, Theologi et Profeſſi Weſſofontani Editio recentiſſima, ejusdem Patris et Clar. D. Joann. Bapt. du Hamel Presbyt. commentariis novisque

a) *Le Long* p. 275. col. 2. C.
b) *Walchii* Biblioth. exeget. p. 524. *Lilienthalii* exegetiſche Biblioth. p. 549.
c) *G. W. Panzeri* Geſchichte der Römiſch-catholiſchen deutſchen Bibelüberſetzung p. 181. *Lorckii* deſiderata p. 66.

viſque annotationibus in univerſam S. Scripturam aucta. Volumina duo. Auguſtae Vindelic et Oeniponti impenſis Joſephi Wolf. MDCCLXXI. Fol. d).

Biblia ſacra Vulgatae editionis juſſu Sixti V. Pontificis max. recognita, locupletibus SS. Patrum et aliorum probatorum S. ſcripturae interpretum commentariis illuſtrata. Una cum nova, eaque excultiore, nec non ad ſenſum ſcripturae magis accommoda verſione germanica, in commodum et utilitatem totius catholicae eccleſiae, praeſertim germanicae elucubrata, a Theologis Monaſterii D. Ettonis prope S. Landelinum, vulgo Ettenheim münſter ordinis S. Benedicti, ſub directione P. Germani Cartier, ibidem Profeſſi. Capitularis, nec non SS. Theologiae et SS Canonum Profeſſoris. Recens edita et in quatuor Tomus diſtincta. Cum Privilegio ſac. Caeſar. Majeſt. diverſis Approbationibus et licentia ſuperiorum. Conſtantiae ſumptibus Jacobi Friderici Bez, Bibliopolae ibidem. Anno Chriſti MDCCLI. Fol. Conſtantiae. [III]

Editio Bibliorum Latinorum cum nova germanica Verſione. Approbationes et Licentiae ſuperiorum jam anno 1740. datae ſunt: Ipſa vero editio demum anno 1751. recens nata eſt: quod conatibus *Cartierii*, novam et ab *Ulenbergii* Moguntinaque verſione multis in locis diverſum edendi novam verſionem, tribuendum eſt. Hoc modo quae Cl. Panzero δυσνοητα in hiſtoria editionum invenit, ut nobis quidem videtur, optime ſolvuntur e).

Biblia ſacra Vulgatae editionis, juſſu Sixti V. P. M. — una cum nova eaque excultiore — verſione Germanica — ſub directione P. Germani Cartier — editio ſecunda — Conſtantiae ſumptibus Jacobi Friderici Bez. — Anno Chriſti MDCCLXIII. Fol. [IV]

Biblia ſacra Vulgatae editionis, juſſu Sixti V. P. M. — Una cum nova — verſione germanica — ſub directione P. Germani Cartier. — Editio tertia — Conſtantiae ſumptibus Jacobi Friderici Bez et ſociorum Bibliopol. ibidem. Anno Chriſti MDCCLXX. Fol f). [V]

Pſalterium cum apparatu vulgari firmiter appreſſo. Lateiniſch Pſalter mit dem Teutſchen dabey getrucket. (Argentorati 1506.) 4. Argentorati. [VI]

In fine: Pſalterium cum apparatu vulgari pro more barbarico translatum Argentinae impreſſum per honeſtum virum Mathiam Hüpfuff, Anno M. CCCCC. VI. Hie endet der Pſalter mit dem Teutſchen: nutzbarkeyt der pſalm ſunderlichen getruckt zu Straſsburg durch Mathis hupfuff in dem Jar als man zalt. Funfftzehenhundert und VI. A Cl. *Lorckio* in deſideratis, et a Cl. *Goezio* typographus vitioſe nominatur *Hupfuff* g).

Pp 2 * Pſal-

d) *Panzeri* Geſchichte &c. p. 180.

e) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Buchern vol. 8. p. 196. *Panzeri* Geſchichte der Romiſch-catholiſchen deutſchen Bibelüberſetzung p. 190. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 435.

f) *Panzeri* Geſchichte &c. p. 195.

g) *Am Ende* l. c. p. 381. *Goezii* Fortſetzung &c. p. 42.

[VII] * Pſalterium cum apparatu vulgari firmiter appreſſo. Lateiniſch Pſalter mit dem teutſchen dabey getruckt. (Argentorati 1508.) 8. h).

Ad calcem. Pſalterium cum apparatu pro more barbarico translatum Argentine impreſſum per honeſtum virum Joannem Knoblouch. Anno M. CCCCC. VIII. Hie endet der Pſalter mitt dem teutſchen. nutzbarkeit der pſalm ſunderlichen, getruckt zu Straſsburg durch Johannem Knoblouch, in dem Jar als man zalt Tauſent funffhundert und. VIII. i).

Auguſt. Vindel. [VIII] Pſalterium cum apparatu vulgari familiariter appreſſo. Lateiniſch pſalter mit dem teutſchen nützlichen dabei gedruckt. (Auguſtae Vindelicorum 1494.) 4.

Ad calcem: Pſalterium cum apparatu vulgari pro more barbarico translatum Auguſtae impreſſum per Erhardum ratdolt ibidem artis impreſſorie magiſtrum apprime famoſum finit Anno Domini M. CCCC. XCIIII. Hie endet der Pſalter mit dem teutſchen: nutzparkeit der pſalm ſunderlichen: inhalt des regiſters dabey: gedrucket czu Augſpurg von maiſter Erharten ratdolt. Nach chriſt gepurt M. EEEE. XCjjjj. k).

[IX] Pſalterium cum apparatu vulgari familiariter appreſſo. Lateiniſch pſalter mit dem teutſchen nützlichen dabey gedruckt. (Auguſtae Vindel. 1499.) 4.

Ad calcem eadem leguntur, quae in ſuperiori editione cum nota anni M. CCCC. XCIX. Typographus vero more antiquo *Erhaudus ratdolt* ſalutatur l).

Baſileae. [X] Pſalterium cum apparatu vulgari firmiter appreſſo. (Baſileae apud Michael Fürter 1502.) 4. m).

[XI] Pſalterium cum apparatu vulgari firmiter appreſſo. Lateiniſch Pſalter mit dem teutſchen nutzbarlich dabey getruckt. (Baſileae apud Mich. Furter 1503.) 4.

Ad calcem: Pſalterium cum apparatu vulgari pro more barbarico translatum Baſilee impreſſum per Michaelem Furter: Anno Domini. MCCCCCIII. Hie endet der pſalter mit dem teutſchen: nutzbarkayt der pſalm ſunderlichen. Getruckt zu Baſel durch Michel Furter in dem Jar als man zalt MCCCCC. und III. jar n).

Pſal-

h) *Le Long* p. 381. col. 1. C.

i) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 3. Merkwürdigkeiten der königlichen Biblioth. zu Dresden Vol. 1. p. 415. Am Ende l. c. p. 138.

k) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 1. *Panzerus* von Ausburg. Bibeln p. 35. *Am Ende* von den älteſten Lateiniſch - teutſchen Pſaltern, in *Riedereri* Abhandlungen p. 133.

l) *Panzerus* l. c. p. 40. *Aug. Beyeri* arcana Biblioth. Dreſd. p. 101. Bibliotheca Solgeriana tom 2. p. 10. n. 58. *Am Ende* l. c. p. 133. Biblioth. Biblica Brunſvic. p. 49.

m) *Panzerus* l. c. p. 41. *Am Ende* l. c. p. 134. Bibliotheca *Saltheníi* p. 213. n. 1036.

n) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 16. *Panzerus* l. c. p. 41. *Am Ende* l. c. p. 135. Merckwürdigkeiten der königl. Bibl. zu Dresden vol. 1. p. 415.

Pſalterium cum apparatu vulgari firmiter appreſſo Lateiniſch Pſalter — [XII]
getruckt (Baſileae apud Mich. Furter 1503.) 4.

Duplex proſtat ejusdem anni ejusdemque typographi editio Pſalterii latino-germanici. Alia editio legit Pſ. II. Warumb haben griſgramet die haiden und das volk hat betracht üppigkait: Alia vero: Warumb haben griſgramet die heiden vnd die völcker betracht üppigkeit o).

* Pſalterium cum apparatu vulgari firmiter appreſſo. Lateyniſch Pſal- [XIII]
ter mit dem teutſchen dar bey getrücket (Metis 1513.) 4. p). Metis.

Ad calcem: Pſalterium cum apparatu vulgari pro more barbarico translatum. Metis impreſſum per Caſparum Hochſteder. Anno domini 1513. q).

* Novum Teſtamentum Latino germanicum. Antwerpiae 1509. 4. r). [XIV] Antwerpiae.

* Novum Teſtamentum Latino-germanicum. Antwerpiae 1539. 4. [XV]

[Recenſet editionem Auctor noſter in Indice chronologico. Extat exemplar in Bibliotheca RR. PP. Benedictinorum, Pariſiis. Sed fortaſſis error latet in nota anni editionis poſterioris, ut una eademque ſit editio.

§. CCXL.

Vulgata cum V. Gallica.

* Biblia Latine et Gallice. Pariſiis. Thierry, du Foſſe, Chevalier [I]
1608. Fol. Pariſiis.

Edente *Petro de Boſſe*, qui in epiſtola dedicatoria Henrico quarto Franciae et Navarrae Regi, de Bibliis Latinis, una cum verſione Gallica Doctorum Lovanienſium exſcriptis, haec commemorat. „Latinus ipſe eſt contextus, qui legitur in Bibliis Paſtoris et Doctoris Eccleſiae Oecumenicae, nunc Ieſu Chriſti Vicarii Generalis et Capitis omnium fidelium.„ Scripſit haec editor anno 1608, quo *Paulus* V. erat ſummus Pontifex; qui tamen nunquam Biblia Latina edidit. Intelligit vero editionem Clementinam, ad quam Textus Latinus formatus eſt.

* Biblia Latine et Gallice. Pariſiis impenſis eorundem Typographo- [II]
rum 1615. Fol.

Accurate editionem repraeſentat praecedentem.

* Biblia Latine et Gallice. Pariſiis, Iacobi Rebuffe 1631. Fol. [III]

Pp 3 * Biblia

o) Am Ende l. c. p. 145. *Riedereri* Zugabe p. 163.

p) *Le Long* p. 281. col. 1. C.

q) *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſs ſeiner Bibelſaml. p. 26. Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden vol. 1. p. 415. *Beyeri* arcana ſacra p. 99. Am Ende l. c. p. 138.

r) *Le Long* p. 275. col. 2. E. *Weislingeri* armament. cathol. p. 773.

[IV] Rothomagii. * Biblia Latine et Gallice. Rothomagi. Geofroy 1648.

Editiones cum Textu Latino in Eccleſia Romana pro authentico publice declarato conjungunt verſionem Gallicam Lovanienſium.

[V] Pariſiis. * Biblia Latine et Gallice, cum notis. Pariſiis. Sebaſt. Nivelle, Gabr. Buon, Nic. Cheſneau 1568. II. Vol. 4.

[Editionem procuravit *Renatus Benoiſt*, ſive *Benedictus*, qui et *Joannis Benedicti*, Biblia Latina notis locupletavit. Textus hujus editionis ex iisdem *Benedicti* Bibliis latinis derivatus eſt, verſio vero Gallica revera eſt Genevenſis variis locis aliquantulum immutata; quam ob cauſam in Cenſuram incurrit editor [r]).

[VI] * Biblia Latine et Gallice. Pariſiis. Guill. Deſprez 1672 - 1695. XXX. Vol. 8.

Edente *Ludovico Iſaaco le Maitre de Saci*, cum explicatione ſenſus literalis et ſpiritualis. Textus eſt Clementinus.

[VII] Lugduni. * Biblia Latine et Gallice. Lugduni 1696. XXXII. Vol. 8.

[VIII] Amſtelodami. * Biblia Latine et Gallice. Amſtelodami 1696. 12.

Iuxta editionem Pariſienſem.

[IX] Leodii. * Biblia Latine et Gallice. Leodii, Bruncard, et Luxemburgii, Chevalier 1701. Fol.

Cum fuſioribus notis et Concordia Evangelica.

[X] * Biblia Latine et Gallice. Ibidem 1702. Fol.

[XI] Pariſiis. * Biblia Latine et Gallice. Pariſ. Guill. Deſprez. 1696 - 1702. XVI. Vol. 12.

Cum notis Gallicis D. Manjean.

[XII] * Biblia Latine et Gallice. Pariſiis Petri Emery 1707 - 1716. XXIII. Vol. 4.

Cum commentario gallica lingua ſcripto *Auguſtini Calmeti*.

[XIII] * Biblia Latine et Gallice. Pariſiis Deſprez. 1717. IV. Vol. Fol.

Editio locupletiſſima.

[XVI] Gratianop. * Biblia Latina, cum brevi et dilucida explicatione Gallica Marci de Berulle juxta ſenſum literalem Gratianopoli. Cl. Faure 1681. Fol. II. Vol.

* Biblia

r) v. Plura inter Biblia Gallica.

* Biblia Latine et Gallice. Pariſiis 1709-1717. XXII. Vol. 12. [XV]
Edente Ludovico de Carriere. Pariſiis.

Biblia Latine et Gallice par la Motte de Sacy Pariſiis 1716. 8. [XVI]

Liber Geneſeos Latine et Gallice. Pariſiis 1687. 12. IV. Vol. [XVII]
Cum verſione et annotationibus *Iacobi de Couſtures.*

Geneſe traduction nouvelle avec des reflexions morales et inſtructives. Pariſ. 1715. 8. [XVIII]
Adeſt vulgata latina.

Geneſis latine et gallice, cum explicatione ſenſus literalis et ſpiritualis, deprompta e ſacra ſcriptura et traditione. Pariſiis apud Petr. Carl. Emery 1732. 12. maj. [1]). [XIX]

Pſalterium Latinum Lingua Materna (Gallica) expoſitum. Pariſiis Antonii Verard. ſ. a. 8. [XX] Pariſiis.

* Pſalterium Latinum et Gallicum ex verſione Gabrielis de Puisherbault. Pariſiis Joannis de Roigny 1555. 8. [XXI]

Pſalterium Latinum et Gallicum — de Puisherbault. Pariſiis de Roigny 1563. 8. [XXII]

Pſalterium Latinum et Gallicum — de Puisherbault. Pariſiis. Cl. Gaultier 1575. 16. [XXIII]

* Pſalterium Latinum et Gallicum — de Puisherbault. Pariſiis Michaelis de Roigny 1583. 8. [XXIV]

Pſalterium Latinum et Gallicum ex verſione Reginaldi de Beaune. Pariſiis Mettayer 1595. 16. [XXV]

Pſalterium Latinum et Gallicum — de Beaune. Pariſiis, Robinot 1612. 8. [XXVI]

Pſalterium Latinum et Gallicum ex verſione Michaelis de Marolles. Pariſiis 1655. 8. [XXVII]

Pſalterium Latinum et Gallicum — Marolles. Pariſiis Friderici Leonard. 1666. 12. [XXVIII]

Pſalterium Latinum et Gallicum ex verſione Joannis Adam. Pariſiis 1651. 12. [XXIX]

Pſalte-

1) Supplem. Nov. Act. Erudit. tom. 1. Sect. VIII. n. 9. Gelehrte Zeitungen Lipſ. 1735. p. 312.

[XXX] Pſalterium Latinum et Gallicum, interprete D. Du Mont. Pariſiis, Petit 1665. 12.
Sub nomine *du Mont* latet *Iſaac le Maitre.*

[XXXI] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis Petit 1665. 12.
Interprete *Antonio Le Maitre*, ex Hebraeo.

[XXXII] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis 1671. 12.
Eodem *Antonio le Maitre* interprete.

[XXXIII] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis 1673. 12.
Eodem interprete, cum notulis Latinis ex Auguſtino.

[XXXIV] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis 1679. 8.
Editio tertia.

[XXXV] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis 1680. 8.
Editio quarta.

[XXXVI] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis 1684. 8.
Editio quinta.

[XXXVII] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis. Oſmont 1700. 12.
Eodem Interprete, cum piis obſervationibus *Iuliani Loriot.*

[XXXVIII] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis Joh. de Nully 1703. 12.
Interprete *Henrico Vignier*, cum piis cogitationibus.

[XXXIX] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis, Guerin 1705. 8.
Interprete *Iacobi de Melicque*, cum ejusdem notis.

[XL] Pſalterium Latinum et Gallicum. Pariſiis. Moreau 1706. 8.
Interprete *Euſtachio Le Noble.*

[XLI] Pſalterium Latinum et Gallicum, de Carrieres. Remis 1709. 12.

Remis.
[XLII] Pſalterium Latinum et Gallicum. R. P. Lattaignant. Pariſ. ſ. a. 8.

Pariſiis.
[XLIII] Pſalmi VII. poenitentiales expoſiti per Robert Eſtienne. Paris 1611. 12.
Cum textu Latino.

[XLIV] Quinque Libri ſapientiales Latine et Gallice. Pariſiis 1701. 8.
Interprete *Franciſco de Bellegarde.*

Quin-

Quinque Libri ſapientiales Latine et Gallice. Remis 1712. 12. [XLV] Remis.
Interprete *Ludovico de Carrieres.*

Canticum Canticorum Latine et Gallice. Pariſiis 1628. 12. [XLVI] Pariſiis.
Interprete *Rodolpho le Maiſtre.*

Canticum Canticorum Latine et Gallice. Lugduni 1687. 8. [XLVII] Lugduni.
Tacito nomine interpretis *Genovefae Guion.*

Canticum Canticorum Latine et Gallice. Coloniae 1699. [XLVIII] Coloniae.
In Collectione variorum tractatuum ejusdem *Genovefae Guion.*

Novum Teſtamentum Latino-gallicum. Lugduni 1533. 12. [XLIX] Lugduni.

Novum Teſtamentum Latino-gallicum. Lugduni, Wilhelmi Rouillii 1561. 12. [L]

Novum Teſtamentum Latine et Gallice ex Graeco. Lugduni Joh. Frellon 1567. 16. [LI]

Novum Teſtamentum Latine et Gallice ex verſione Lovanienſi. Pariſiis Huré 1647. 8. [LII] Pariſiis.

Novum Teſtamentum Latine — Trecis, Oudot 1650. 12. [LIII] Trecis.

Novum Teſtamentum Latine — Lugduni, J. Gregoire 1651. 16. [LIV] Lugduni.

Novum Teſtamentum Latine — Lovanienſi, ex recognitione Fr. Veron. Pariſiis 1657. 16. [LV] Pariſiis.

Novum Teſtamentum Latine — Lovanienſi recognitum ab Antonio Gerodon. Pariſiis 1660. 12. [LVI]

Novum Teſtamentum Latine — Pariſiis 1689. 12. [LVII]

Novum Teſtamentum Latine — Pariſiis, Maucroix 1662. 24. [LVIII]

Novum Teſtamentum Latine — Pariſiis. Maucroix 1666. 24. [LIX]

Novum Teſtamentum Latine — Pariſiis 1678. 24. [LX]

Novum Teſtamentum Latine — Bourdigalae 1682. 24. 8. [LXI]

Novum Teſtamentum Latine et gallice ex Verſione Renati Benoiſt. Rothomagii 1580. 16. [LXII] Rothomg.

Novum Teſtamentum Latine — Rothomagil 1681. 12. [LXIII]

[LXIV] Novum Teſtamentum Latine — Rothomagii Joh. Petit 1585. 12.

[LXV] Pariſiis. Novum Teſtamentum Latine ex Vulgata et Gallice, ex Eraſmi Roterod. latina verſione per Mich. de Marolles. Pariſiis. Huré 1655. 8.

[LXVI] Lugduni. Novum Teſtamentum Latine ex Vulgata et gallice ex verſione Montenſi. Lugduni. Poſeul. 1675. 12.

[LXVII] Pariſiis. Novum Teſtamentum Latine — cum explicationibus ex S. Auguſtino collectis. Pariſiis, Lamberti Roulland 1675. 8.

[LXVIII] In Montibus. Novum Teſtamentum Latine — In Montibus 1676. 12.

[LXIX] Novum Teſtamentum Latine — In Montibus 1681. 12.

[LXX] Novum Teſtamentum Latine — In Montibus 1684. 12.

[LXXI] Novum Teſtamentum Latine — In Montibus 1697. 12.

[LXXII] Pariſiis. Novum Teſtamentum Latine ex Vulgata et Gallice ex verſione Antonii Godeau. Pariſiis. Franciſci Muguet. 1668. 8.

[LXXIII] Novum Teſtamentum Latine ex Vulgata et Gallice ex Verſione Montenſi, cum obſervationibus Paſchaſii Queſnel. Pariſiis 1693. 8.

[LXXIV] Novum Teſtamentum Latine — Pariſiis 1696. 8.

§. CCXLI.

Vulgata cum Verſione Italica.

[I] Venetiis. Pſalmi latine ex Vulgata cum verſione Italica Pelegrini Heri. Venetiis 1573. 4.

[II] Pſalmi latine ex Vulgata cum paraphraſi italica Angeli Buonricii. Venetiis 1584. 4.

[III] Evangelium Matthaei et Johannis Latine ex vulgata, cum paraphraſi italica Angeli Buonricii. Venetiis 1569. 4.

[IV] Epiſtolae Apoſtolicae Latine ex Vulgata, cum paraphraſi italica Angeli Buonricii. Venetiis 1565. 4.

§. CCXLII.

Vulgata cum verſione Belgica.

Biblia ex Vulgata, cum verſione Belgica. Antwerpiae 1540. Fol.

§. CCXLIII.

§. CCXLIII.

Precationes.

Precationes ſelectae aliquot ex Bibliis Latine. Lugduni apud Sebaſt. Gryphium 1528. 12.

Opuſculum eſt triglotton, inter polyglotta a nobis praetermiſſum. Precationes biblicae hebraice, graece et latine expreſſae ſunt w).

§. CCXLIV.

Paſſio Chriſti.

Textus dominicae Paſſionis accuratiſſime collectus a Iacobo Gaudenſi Coloniae 1499. 4. x). [I]

Textus Dominicae Paſſionis — Coloniae 1508. 4. y). [II]

Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti ex Evangeliſtarum textu quam accuratiſſime deprompta, additis ſanctiſſimis exquiſitiſſimisque figuris. Heus eme lector. Nam et lacrymas (niſi lapideus fueris) iſta tibi excutient, et ſanctiorem vitam protinus inſpirabunt. (Argentorati 1508.) Fol. [III]

Ad calcem: Joannes Knoblochus imprimebat Argen. Anno M. D. VIII. Opuſculum ex verſione vulgata compilatum, permultis iisque nitidis figuris ligno inciſis exornatum z).

w) Muſeum litterarium vol. 2. p. 430.
x) *Hartzheimii* biblioth. Colonienſ. p. 36.
y) Id. ibid.
z) *Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 137.

SECTIO II.

DE

BIBLIIS LATINIS VULGATAE VERSIONIS A PROTESTANTIBUS EDITIS.

§. I.

Proteſtantium Curae.

Diſpoſitio. Proteſtantes inter Verſio Vulgata nunquam eandem, uti inter Pontificios nacta eſt auctoritatem: nec hoc unquam fieri potuit. Proteſtantes enim, quid textui authentico, quid vero verſioni debeatur, probe norunt, et multas olim cum Eccleſia Romana aluerunt controverſias, ut authentico textui primam et canonicam vindicarent auctoritatem. Interim ipſam Verſionem Vulgatam non penitus neglexerunt, ſed ut correctior emendatiorque in publicum prodiret, multo allaborarunt ſtudio. Duplicis vero ſunt editiones a Proteſtantibus in publicum emiſſae generis. Aliae ſunt correctiores et emendatiores, dum textus Latinus vel ad codices antiquos, ut errata emacularentur, vel ad textum authenticum revocatus eſt. In his ſiſtitur quidem verſio illa Vulgata, ſed non genuina, verum correcta et emendata, vel ſi mavis, interpolata Aliae vero editiones ſolummodo ſunt editiones iteratae, editionum a Pontificiis emiſſarum. Typographi inter Proteſtantes degentes, noſtraque ſacra amplectentes haud raro editiones inſignes et praeſtantiores praelo iterum, nihil vero immutantes, ſubmiſerunt. Poſterioris generis editiones haud accurate iis, quae a Proteſtantibus emiſſae ſunt, adnumerantur: publica enim fidei profeſſio typothetae Biblia ex exemplari Pariſienſi aut Antwerpienſi accurate exſcripta, haud maculavit; hinc plures hujus generis editiones aliis a Catholicis emiſſis omni ex parte ſunt ſimiles. Placuit vero Auctori noſtro editionibus a Proteſtantibus ſive editoribus ſive typographis ſingularem conſecrare ſyllabum: cui et plures a Lugdunenſibus emiſſas editiones, poſterioresque *Roberti Stephani* ab Eccleſia Romana cenſura notatas, adſcripſit. Nec alia noſter ingredi potuit via Auctor, niſi debitam Patribus Tridenti congregatis denegare voluiſſet obedientiam. Hi enim Biblia a Proteſtantibus edita Romanae Eccleſiae membris interdixerunt. Sic enim in Indice Tridentino: „Biblia Haereticorum opera impreſſa vel eorundem annotatio„nibus, Argumentis, ſummariis, ſcholiis et indicibus referta, prohibentur, „donec expurgentur.„ Sequimur itaque Auctorem noſtrum, eo tamen ordine,

Digitized by Google

dine, ut primo editiones Vulgatae Verſionis repurgatae et ad textum authenticum revocatae, deinde vero alias editiones Verſionem Vulgatam Eccleſiae Romanae ſiſtentes, recenſeamus.

§. II.

Biblia Andreae Oſiandri.

* Biblia ſacra utriusque Teſtamenti, diligenter recognita et emendata: non paucis locis, quae corrupta erant, collatione hebraicorum voluminum reſtitutis. Item in calce libri ex Athanaſio fragmentum de libris utriusque Teſtamenti. (Norimbergae per Fridericum Peypus 1522.) 4. [1] Norimbergae.

Ex praefatione: Cum eſſent apud nos ſacra utriusque Teſtamenti Biblia typis excudenda — carebamus vetuſtis exemplaribus. — In partem laboris invitatus, rogatusque ut expunctis erroribus, quos typographorum incuria vel rerum grammaticarum ignorantia invexerat — — conſultis Hebraea veritate et Septuag. Interpretibus, ſubodorarer quid eſſet legendum. Quod cum facere coepiſſem, conferremque Latina Hebraeis, occurrebant nonnulla, quae Interpres non fuerat aſſecutus, vel parum commode explicarat: quorum aliqua placuit annotare — nonnulla vero prudens diſſimulavi, alii vel tempori vel authori reſervans, quod ejusmodi eſſent, quae nuda et ſuis rationibus orbata non viderentur, tuto in lucem proditura a).

[Debemus editionem *Andreae Oſiandro* tunc temporis Norimbergenſi, Evangelii miniſtro, poſtea Theologiae Profeſſori Regiomontano, qui primus Vulgatam Latinam emendatiorem emittere auſus eſt. Praemiſit operi praefationem, ex qua ſua noſter hauſit Auctor. Quae vero ab ipſo in edendo opere praeſtita ſunt, ad duo potiſſimum revocanda ſunt capita: primo ipſas Vulgatae lectiones emendavit, vel potius meliores in locum ſpuriarum lectionum ſubſtituit: ſecundo vero in margine brevioribus annotationibus, veram Textus hebraici interpretationem annotavit; et hoc quidem eum in finem, ut ſtudioſos juvenes ad ſectanda ſtudia linguarum acrius incitaret, ſine quarum cognitione, fruſtra genuina ſacrarum literarum intelligentia ſperari poſſit. Unde textus latini emendationes hauſerit, indicare noluit editor; interim ex editione Kobergeriana plerasque emendationes hauſiſſe, collatio exemplarium ſatis evincit. Cl. *Panzerus* plures lectiones hujus editionis emendatiores collegit, quae omnes jam in Norimbergenſi anni 1480. leguntur, excepto Joh. XXI, 22. ubi antiquior habet. *Sic eum volo manere: Oſiandri* vero: *Si eum volo manere.* Addidit idem recenſionem ſpuriarum lectionum, quae omnes in antiquiori cernuntur editione excepto Iac. V, 15. ubi *Oſiandrer* falſam lectionem *alleviabit*, retinuit; antiquior editio recte habet: *allevabit.* Geneſ. III, vero *Oſiandrer* genuinam reſtituit lectionem: *ipſum conteret.* Veteri Teſtamento praemittuntur poſt praefationem *Hieronymi* epiſtola, ſeu prologus una cum prologo in Pentateuchum: Novo vero *Hieronymi* Epiſtola ad *Damaſum* Papam, ejusdem Epiſtola de canonibus quatuor Evangeliſtarum, cum prologo in quatuor Evangeliſtas et decem tabulis Canonis Euſe-

a) *Le Long* p. 279. col. 2. A.

Euſebiani. Sequitur *Hieronymi* Prologus ad quatuor Evangeliſtas, ejusque argumentum in Evangelium Matthaei. Ad marginem in Veteri Teſtamento leguntur annotationes *Oſiandri* et loca parallela; in Novo vero nullae apparent in margine annotationes, ſed ſola locorum parallelorum deſignatio. Acta Apoſtolorum ante Epiſtolas Canonicas locum obtinuerunt. Ad calcem Apocalypſcos accedit Fragmentum ex *Athanaſio;* quod *Cratander* Bibliis latinis, quorum volumen primum jam menſe Auguſto hujus anni prodiit, praemiſit. In fine operis ſequentia notantur: „Nurembergae per Foedericum Peypus: Sumptu integerri„mi viri Johannis Koberger Nurembergenſis. Anno noſtrae Salutis Milleſimo „quingenteſimo viceſimo ſecundo: Menſe Decemb. „ Impenſas operi edendo ſubminiſtravit *Johannes Koberger*, qui vel *Antonii* ſenioris filius, vel Fratris ejus *Sebaldi* filius fuit. Recenſetur exemplar hujus editionis a Cl. *Knochio*, ſed ita ut editoris et praefationis praemiſſae nullam faciat mentionem: et in ipſo rubro verbis: *de libris utriusque teſtamenti* additum ſit: *partim rejectis: aut non ſine contradictione admiſſis: partim apocryphis:* unde ſub duplici rubro eandem exſtare editionem, *Oſiandrique* praefationem ab aliis abeſſe exemplaribus, conjiciendum eſt. Emendationes *Oſiandri*, ejusdemque annotationes *Rudelius* editioni Colonienſi anni 1527. ſuppreſſo *Oſiandri* nomine iterum inſeruit [b]).

[II] * Biblia ſacra utriusque Teſtamenti: diligenter recognita et emendata: non paucis locis: quae corrupta erant: collatione hebraicorum voluminum reſtitutis. Item in fronte libri ex Athanaſio Fragmentum de libris utriusque Teſtamenti (Norimbergae per Fridericum Peypus 1523.) Fol. [c]).

Prima ſunt Biblia Lutherana Latina, *Andreae Oſiandri*, ſi Cl. *Knochio* credendum eſſet, qui ipſe praecedentem editionem recenſuit; verum cum hac ſecunda non accurate contulit. Ornat librum titulus ligno inciſus ab artifice Norimbergenſi *Haus Springinklee*, uti litterae H. S. K. indicant; in quo *Hieronymus* cernitur orans, eademque eſt figura, qua editio *Saconi* anni 1519. fol. ornatur. Editio praecedenti maxima ex parte ſimilis eſt: in quibusdam vero ab illa recedit. Eadem eſt utrique praefatio. Fragmentum ex *Athanaſio* in priore ad calcem rejectum, hic *Hieronymi* prologos excipit. Utraque editio typis gothicis expreſſa eſt, diviſis columnis. Capita hic tum ſpatio tum litteris romanis diſtinguuntur. Litterae initiales ligno inciſae ſunt. Accedunt operi Interpretationes Nominum Hebraicorum. Ad calcem operis legitur: „Nurembergae „per Foedericum Peypus, ſumtu integerrimi viri Joannis Koberger. Anno no„ſtre ſalutis Milleſimo quingenteſimo viceſimo tertio. Menſe Auguſto [d]). „

b) Conf. *G. W. Panzeri* Geſchichte der nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel, von Erfindung der Buchdruckerkunſt an bis auf unſere Zeiten ſect. 2. p. 89. *Knochii* hiſt. crit. Nachrichten p. 844. Bibliotheca Bunaviana tom. I. p. 16.

c) *Le Long* p. 279. col. 2. D.

d) Conf. *Panzeri* Geſchichte p. 100. *Knochii* Nachrichten p. 419. *Joh. Langii* recenſ. bibliorum Biblioth. Gymnaſii Elbingenſ. plag. B. 3. *J. M. Goezii* fortgeſetztes Verzeichnis p. 138.

§. III.

§. III.

Biblia Latina Petraei.

* Biblia ſacra utriusque Teſtamenti, juxta veterem translationem, qua hucusque latina utitur Eccleſia, ex antiquiſſimis ac recentioribus exemplaribus diligentiſſime collatis, et ſicubi diſſentiebant, conſultis fontibus, hoc eſt, hebraeis et graecis voluminibus adhibitis, fideliſſime reſtituta. Norembergae per Joan. Petreium. Anno MDXXVII. 8. maj. e). [I] Norimbergae.

[Secundum Auctorem noſtrum forma hujus editionis, quae et rariſſima eſt et praeſtantiſſima, eſt quarta, in qua tamen erravit; utraque enim editio *Petraei* eſt in forma octava majori. *Oſiandri* veſtigia vidit quidem *Petraeus;* verum illa non preſſit; nova nimirum via ingrediens, de novo editionem Vulgatae paravit, cujus emendationes majoris eſſent auctoritatis, quam illae, quibus *Oſiandri* nomen ſolam conciliabat fidem, Eccleſiae Romanae ſuſpectam. *Petraeus* typographus eruditus igitur, ut rebus ſuis quam optime conſuleret, *Oſiandri* nec ullam fecit verbulo mentionem, nec editionem ejus ſub incudem iterum vocavit, ſed authenticum ſibi elegit exemplar, quod majori jure publice commendare poſſet his verbis: *juxta veterem translationem qua hucusque latina utitur Eccleſia:* nimirum Exemplar Complutenſe ſub auſpiciis Cardinalis *Ximenii* emendatum et recognitum: quod iterum cum aliis editionibus contulit, erroresque, quamvis non omnes, ſuſtulit et emendavit. Praemiſit operi praefationem, qua de ipſo rationem reddit opere. Accedunt ſequentia: 1) A quibus ſcriptoribus divina volumina V. T. conſcripta fuiſſe opinentur Iudaei, ex Rabbi Moyſe Kymchi Fragmentum. 2) Ordo librorum S. S. et quidem tum ſecundum Vulgatam, tum ſecundum Codicem Hebraeum. 3) Prologi Hieronymi: 4) ſummaria omnium librorum et Capitulorum Bibliae. Et 5) Summa univerſae ſcripturae. Ex aliis haec hauſit *Petraeus* editionibus, de quibus in praefatione: „Quod ſupereſt, Prologos Argumenta, ſummaria, et quicquid eſt ejusmodi „nugarum, eruditum lectorem magis onerantium, quam juvantium, non qui„dem abjecimus, ſed tamen in ſuos tomos, ut abjici facile poſſint, conjecimus.„ Textus ipſe ſacer tum ab *Oſiandri* editione, tum ab aliis multis in locis diſſentit; eam enim ubivis editor elegit lectionem, quae textui authentico, quam maxime conſentit: hinc Geneſ. III. vera reſtituta eſt lectio, et Acta Apoſtolorum Epiſtolis Paulinis praemiſſa ſunt. In fine Apocalypſeos notatur: „Sacror. bi„bliorum utriusque teſtamenti finis. Norembergae apud Joan. Petreium. An„no ſalutis M. D. XXVII.„ Accedunt Interpretationes nominum hebraicorum f).

* Biblia ſacra utriusque Teſtamenti, juxta veterem translationem, qua hucusque utitur latina eccleſia — fideliſſime reſtituta. Norembergae per Jo. Petreium Anno M. D. XXIX. 8. g). [II]

[Edi-

e) *Le Long* p. 279. col. 2. E.

f) Conf. *Panzeri* Geſchichte der Nürnb. Ausgaben der Bibel p. 102. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 128. *Hirſchii* millenar. 3. p. 34. n. 348.

g) *Le Long* ibid.

[Editio iterata, accurate praecedentem repraeſentans, quamvis non accuratae paginae paginis reſpondeant. Ad calcem legitur: „Norembergae „apud Joan. Petreium. Anno ſalutis M. D. XXIX.„ Studio hoc monemus; reperiuntur enim exemplaria, quae ex utraque editione compoſita, vel in fronte vel ad calcem, diverſam anni notam oſtendunt. Recenſet editionem hanc iteratam Cl. *Erichſonius*, ſenex in re litteraria verſatiſſimus, et ſatis dubie de fine et ſcopo ejus loquitur; nec ſibi, hanc editionem eum in finem eſſe procuratam, ut lectores a lectione Bibliorum *Lutheri* arceantur, perſvaderi patitur. In quo ipſi omnem praebemus aſſenſum: *Petreium* enim tum iis, qui veritati jamjam locum dederant Evangelicae, tum et iis, qui majorum veſtigiis ſtrenue inhaerebant, inſervire voluiſſe; eamque ob cauſam Verſionem Vulgatam, quam ipſe *Lutherus* noſter magni facere ſolebat, ita emendare ſtuduiſſe, ut noſtratibus uſui eſſe poſſit, et ſimul Eccleſiae Romanae aſſeclas offendere nequeat; cum hiſce temporibus maxime conſentit. Nec ſpes fefellit *Petreium* [h]).

§. IV.

Editio iterata.

Norimbergae.

* Biblia ſacra utriusque Teſtamenti juxta veterem translationem, qua huc usque latina utitur eccleſia, ex antiquiſſimis ac recentioribus exemplaribus diligentiſſime collatis, et ſicubi diſſentiebant, conſultis fontibus, hoc eſt: hebraeis et graecis voluminibus adhibitis, fideliſſime reſtituta. Excuſum Norimbergae apud Frid. Peypus Anno MDXXX Fol.

Cum praefatione in qua haec leguntur: ordinem librorum conſvetum ſervavimus, apocrypha indicavimus [i]).

[Si typographi ratio jam habenda eſſet, editio editionibus §. II. recenſitis jungenda eſſet. Tertia enim eſt ex eadem typographia editio. Verum ipſe typographus non ſuperiorem *Andreae Oſiandri* editionem recudi fecit, ſed editionem a *Petraeo* emiſſam praelo iterum ſubmiſit. Eandem nimirum habet praefationem, eosdem prologos, et reliqua omnia, exceptis ſummariis, quae ſingulis capitibus praemiſſa ſunt. Ad calcem accedit: Index locupletiſſimus rerum ac ſententiarum, locorumque communium, de quibus plerumque eſt controverſia, cui interpretationes nominum hebraicorum junguntur [k]).

§. V.

Lucae Oſiandri editiones minores.

[1] Tubingae.

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti. Quid ſit hac nova editione praeſtitum, ſequens praefatio Conſiſtorii Theologici in ducatu Wirtembergico &c. docebit. Tubingae Typis Georgii Gruppenbachii. M. D. XCIII. 4. 8.

Ex

h) Conf. *Panzeri* Geſchichte p. 109. *J. M. Goetzii* Verzeichnis p. 128. *Hirſchii* Millenar. 3. p. 37. n. 382. *Erichſonii* epiſtolae, in Briefwechſel der Gelehrten. Hamburgi 1751. 8. p. 45. et 315.

i) *Le Long* p. 279. col. 2. E.

k) *Panzeri* Geſchichte p. 110. *Hirſchii* millenar. III. p. 37. n. 395.

Ex praefatione: Cum diu jam a Theologiae ſtudioſis expetita ſint Biblia Latina, quae praeter antiquam translationem, ejusdem (ubi id neceſſitas poſtulat) correctionem contineant, placuit ut hiſce nundinis ſtudioſa juventus voti ſui compos redderetur, editis hiſce Bibliis, quae uſitatae Latinae translationis caſtigationem humiliori ac tenuiori typo expreſſam, eamque ex Lucae Oſiandri commentariis Biblicis transſumptam exhibeant &c. [l]).

[Minor haecce editio, quae duplici forma, quarta nimirum et octava prodiit, ſolam exhibet Verſionem Vulgatam, cum emendationibus *Lucae Oſiandri*, diverſo charactere expreſſis. Commentarii vero ejusdem, explicationes, et notae marginales, quin et loci theologici hinc illinc diſputati, quae omnia operi majori inſunt, hec, ne opus in molem excreſcat, reſecta ſunt [m]).

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti. Quid ſit hac nova — docebit. Tubingae typis Philippi Gruppenbachii, Impenſis Joannis Bemeri. Anno MDCIX. 4. [n]). [II]

[Editio priori accurate reſpondens [o]).

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti. Stuttgardiae typis Joannis Wyrichii Roſſlini typographi Stutgardienſis ordinarii. Anno M. DC. LXIV. 8. maj. [p]). [III] Stuttgardiae

[Fallitur Auctor noſter dum hanc editionem, quae minorum eſt tertia, *ex recenſione Andreae Oſiandri* prodiiſſe ſcribit, in quo illum ſequitur *Joannes Fabricius.* Recuſa enim hic data eſt editio praecedens, cui nova Conſiſtorii Wirtembergici acceſſit praefatio die 1 Febr. 1664. data, ex qua ſequentia notanda veniunt: „Sacrum hoc depoſitum — Sereniſſimus noſter Princeps et Dominus, „Dominus *Eberhardus* — in uſum ſtudioſae Iuventutis, ſacrarum literarum vi„giliis conſecratae, cum omnia exemplaria, Anno 1609. Tubingae typis *Philip„pi Gruppenbachii* impreſſa, jam dudum diſtracta et divendita ſint, de novo excu„di, eaque, quae ad textus faciliorem intellectum faciunt, ſecundum vetus il„lud exemplar, adjici et interſeri, nec non quantum potuit fieri, emendatiſſime „ex officina prodire curavit.„ In edendo opere vero nullae *Andreae Oſiandri* fuere partes, quippe qui tunc temporis jam ad ſuperos abierat [q]).

§. VI.

Diſpoſitio.

Superioribus editionibus majores editiones *Lucae Oſiandri*, *Andreae Oſiandri* et *Conradi Pellicani* jungi poſſent, ſiquidem hae omnes Vulgatam exhi-

l) *Le Long* p. 282. col. 2. D.

m) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 24. n. 82. p. 49. n. 239, Index Biblior. Wernigerod. p. 57.

n) *Le Long* p. 283. col. 1. E.

o) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 295.

p) *Le Long* p. 283. col. 2. C.

q) *Baumgartenii* Nachrichten vol. 5. p. 296. *Joh. Fabricii* hiſtoria Biblioth. tom. 1. p. 22.

Digitized by Google

exhibent Verſionem, ad textum authenticum correctam. Verum haſce editiones majori fortaſſis jure ad ſectionem de Bibliis Proteſtantium Gloſſatis remittimus. Sequuntur jam editiones reliquae a typographis Proteſtantibus exſcriptae, quarum aliae antiquas illas maculoſas reddunt editiones, aliae vero emaculatiorem exhibent textum. Singulas vero ſi ad certas revocare vellemus claſſes, ordinem certe turbaturi eſſemus. Ipſi enim typographi modo hanc modo aliam ſibi ſumſerunt archetypam editionem; ipſaeque ex una eademque typographia emiſſae editiones a ſe invicem differunt. Nobis itaque nil ſupereſt, niſi ordine ut alphabetico typographiarum editiones recenſeamus; atque quantum fieri poteſt, archetypum cujusvis editionis indicemus.

§. VII.

Biblia Latina Argentorati.

[I] **Knoblauch.** * Biblia ſacrae ſcripturae Veteris omnia ex antiquiſſimis autographis abſoluta, voluminibus ſex. Quorum primo continentur: Pentateuchus, Genes. Exod. Lev. Num. Deuteronomion. II. Prophetae primi. Ioſuae, Iudicum, Regum I. II. Regum III. IV. III. Agiographa, Cantica Canticorum. Heſter, Daniel, Ezdras et Nehemias. IV. Paralipomenon. Pſalmi. Proverbia Salom. Eccleſiaſten. Iob. Ruth. Threni Hiere. V. Prophetae poſtremi. Eſaias. Hieremias. Ezechiel. Liber duodecim prophet. VI. Libri apud Hebraeos inter canonicos non recepti. Machabaeor. lib. I. II. Sapientia Salo. Eccleſiaſticus. Baruch. Tobias. Iudith. (Argentorati apud Joh. Knoblochum 1522.) 8. r).

[Secutus eſt *Knoblochus* ordinem Codicum Hebraicorum, in ordinandis libris verſionis Vulgatae, eosque pro more Hebraeorum in quinque volumina diſtinxit. Editio ſolummodo ſiſtit Vetus Teſtamentum et libros Apocryphos. Novum vero Teſtamentum deſideratur; quod procul dubio ideo factum eſt, quia *Eraſmi* verſio tunc temporis jam tantam nactâ erat auctoritatem, ut et alii typographi verſionem Eraſmicam Veteri Teſtamento ex verſione Vulgata jungere non vererentur s).

[II] * Biblia Latina. Argentorati 1526. 8. t).

§. VIII.

Biblia Latina Argentorati.

[I] **Schottus.** * Biblia Veteris et Novi Teſtamenti juxta vulgatam editionem, ad Hebraicam veritatem candori priſtino reſtituta. Cum capitum ſingulorum argumentis, vocum item Hebraicarum interpretatione (Argentorati per Joh. Schottum) 1535. 8. u).

[Ad calcem: Argentorati per Johannem Schottum, anno Chriſti 1535. „Ab Auctore noſtro Bibliis Proteſtantium adnumeratur editio, quia Argentorati evulgata eſt. Prologi in ſingulos libros ſacros conjunctim Pentateucho praemittun-

r) *Le Long* p. 279. col. 2. C.
s) *Hirſchii* millenar. 3. p. 23. n. 217.
t) *Le Long* p. 279. col. 2. D.
u) *Le Long* p. 280. col. 1. A.

mittuntur. Textus diviſis columnis inſcriptus ad marginem habet loca parallela et litteras majores A. B. C. quibus majores Capitum ſectiones indicantur. Quam ad Bibliorum Claſſem referenda ſit editio, diverſimode determinatur. *Baumgartenio* teſte accurate cum editione *Trechſelii* anni 1532. conſentit. Cl. *Goezius* vero illam ad *Norimbergenſes Petreji* formatam eſſe contendit. Quod utrumque verum eſſe poteſt. Lugduni enim *Petreji* editio notiſſima fuit, et plures ibidem prodiere editiones, quae Vulgatam illam, ſeu *veterem translationem, qua hucusque latina utitur Eccleſia* exhibuerunt x).

* Biblia Veteris et Novi Teſtamenti, juxta Vulgatam editionem ad Hebraicam veritatem candori priſtino reſtituta: absque nomine loci et typographi 1535. 8. [II]

Eadem forſan ac praecedens editio y).

[Cui adſerto adſentimur. In fronte enim libri nullum aut loci aut typographi proſtat indicium, neque ad finem Apocalypſeos; ſed tantummodo in ultima pagina Interpretationum nominum Hebraicorum, typographus nominatur; quae pagina ſi caſu ablata ſit, editoris et nomen et locus ignoratur.

§. IX.

Biblia Latina Baſileae.

* Bibliorum opus integrum, veteris quidem Teſtamenti translatio antiqua, ad vetuſtiſſimorum emendatiſſimorumque codicum fidem cum ſummo ſtudio recognita: Novi vero Eraſmi noviſſima editio, cum nova ejusdem praefatione, qua traditae nobis Philoſophiae Evangelicae cauſam aſſignat. In Inclita Germaniae Baſilea an. 1522. 4. z). Wolfius.

[Quae auctor noſter de Bibliis Latinis Baſileae hoc anno editis profert: „Biblia Latina ad vetuſtiſſimorum emendatiſſimorumque codicum fidem recognita cum Verſione Latina Novi Teſtamenti ab Eraſmo 4. et 4. Vol. in 8.„ emendationem poſtulant aliquam. Confundit enim duas hujus anni diſtinguendas editiones. Quae in forma octava exiit, eſt *Andreae Cratandri.* Quae vero in forma eſt quarta, ad finem habet *Thomae Wolffii* typographi Baſileenſis nomen, et foliis 770. conſtat. Vetus Teſtamentum ſiſtit Vulgatam latinam recognitam atque emendatam, cum praefatiunculis notatiunculisque marginalibus, quae *Eraſmo Roterodamo* tribuuntur. Novum Teſtamentum exhibet Verſionem *Eraſmi*, et quidem tertio recognitam a).

x) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern Vol. 10. p. 190. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 302. Index Biblior. Wernigerod. p. 50.

y) Id. ibid.

z) *Le Long* p. 279. col. 2. D.

a) Conf. *Joh. Naſtii* Nachrichten von den ſechs erſten teutſchen Bibelausgaben §. 43. *Weislingeri* armamentar. Cathol. p. 807.

§. X.

Biblia Latina Baſileae.

Cratander. * Vetus Teſtamentum omne ad vetuſtiſſimorum emendatiſſimorumque codicum fidem diligenter recognitum. Volumen prius, continens libros legis et hiſtoriarum quorum nomina verſa pagella reperies. Item ex Athanaſio Fragmentum de libris utriusque Teſtamenti. D. Eras. Rot. interpret. (Baſileae apud Andr. Cratandrum 1522.) 8.

Teſtamenti Veteris volumen poſterius, complectens Salomonis libros et Prophetarum; quorum Elenchum proxima pagella indicabit. Baſileae ex aedibus And. Crat. Anno M. D. XXII. 8. [b]).

[Rariſſima eſt editio; ſed non adeo incognita, ut praeter Cl. *Knochium*, nemo omnium ejus mentionem fecerit, ut Cl. *Goezius* adſerit; cui contigit duo operis volumina in ſuas res transferre. Recenſetur enim in *Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu Dresden* volumen primum, quod et in noſtra ſervatur collectione, uti jam anno 1774. publice confeſſi ſumus: nec in Cl. *Lorckii* collectione deſideratur. Jam bis, nimirum anno 1520. et 1521. Typographus Novum Teſtamentum ex Verſione *Eraſmi* Roterodami emiſerat. Sequitur anno ſuccedente Vetus Teſtamentum, cui ſequentem praemiſit praefationem. „Andreas Cratander Lectori S. Cum pro virili noſtra, Chriſtiane lector, emendatiſſima ſacro ſancta Biblia tibi ad manus parare conaremur: Hebraicorum inprimis nominum hactenus neglectam ſylvam, ad nativam ſuam nomenclaturam revocare, ex Hebraicae veritatis et vetuſtatis orthographia ſtuduimus; ſed conſonantium, quas vocant, literarum tantum habita ratione. Porro quod ad vocales attinet, tanta varietate deſcripta deprehendimus penes Graecorum, atque Latinorum interpretes, etiam eosdem: ut certo certius videri poſſit, novum eſſe punctorum negotium Iudaeis, et pro regionum diſtinctis idiomatis multiphariam lecta fuiſſe: utque pro qualibet vocali quamlibet noſtri veteres promiſcue et citra periculum legerint. Denique cuncta nomina Hebraea invertenda fuerunt, ſi ad unam aliquam certae lectionis regulam adigi debuiſſent. Praeterea librum interpretationum eorundem, innumeris laborantem erroribus, conſulto obmiſimus, donec propediem per Hebraicae linguae peritiſſimos reſtituatur et convaleſcat. Hactenus nanque is libellus cunctis huiusce literaturae ignaris, quantumlibet etiam alioqui doctiſſimis viris, miſere impoſuit: dum quae Hebraicis literis varie ſcribuntur, ſimilibus latinis ceu eadem putabant. Poſtremo prologos paſſim inſertos (praeter unum et alterum, qui magis noſtrae editioni videbantur reſpondere) recidimus: ne hoc ſacratiſſimum ἐγχειρίδιον ſua tibi magnitudine oneri redderemus. Vale Baſileae pridie Calend. Septembres. Anno M. D. XXII." Praefationem excipit: De libris utriusque Teſtamenti, partim rejectis, aut non ſine contradictione admiſſis, partim apocryphis, ex *Athanaſio*, tametſi mihi ſuſpectus eſt titulus, *Eraſmo Roterodamo* Interpr. Ex integro Prologorum numero exhibetur hic *Hieronymi* prologus: *Frater Ambroſius* &c.; Argumentum in librum Ioſue; Argumentum in librum

b) *Le Long* p. 279. col. 2. D.

brum Paralipomenon, et Argumentum in librum Job, quae ſingula in omnibus Cratander.
hujus temporis Vulgatae editionibus inſerta leguntur. In fine primi voluminis, ad calcem libri Jobi, poſtſcriptum editoris exſtat: „Andreas Cratander „Lectori S. Habes jam candide lector, aliquot teſtamenti veteris libros, eos „praeſertim omnes, qui legem Moyſi et regum aliorumque hiſtoriam complectuntur: praeter duos Machabaeorum, quos conſulto ad calcem alterius tomi „poſuimus, ne major chartarum numerus tam exigui libelli formam turbaret. „Praeterea vulgato librorum illorum ordini apud nos hactenus obſervato, ne „quicquam detrahere voluimus, ut hujusmodi ſerie longo tempore aſſvetos mi„nus remoraremur. Vale. Baſileae, ex aedibus Andreae Cratandri, Menſe „Auguſto Anno M. D. XXII.„ Ad calcem Voluminis ſecundi, quod libros ſapientiales, Pſalmos et Prophetas continet, iterum editoris nomen indicatur cum appoſita temporis nota: Anno M. D. XXII. Menſe Auguſto. Textus Vulgatae verſionis hic quidem multis in locis emendatior prodit, verum non deſunt antiquiorum editionum errata; ſic Gen. III. falſa lectio, quam Noribergenſes emendarunt, hic conſpicitur: *Ipſa conteret.* Inter rariores Bibliorum editiones referenda haec eſt *Cratandri*, eruditi typographi, in cujus officina *Joh. Oecolampadius* Correctoris munere functus eſt, editio, de cujus ſecundo volumine, num unquam prodierit, olim dubitavimus, cum quatuor prioris voluminis proſtent exemplaria, ſed a *Cl. Goezio*, et ſecundum evulgatum eſſe volumen, certiores facti ſumus: qui unicum, quod hactenus innotuit voluminis ſecundi exemplar poſſedit. De Duplici Novi Teſtamenti ex Verſione *Eraſmi* editione ab eodem typographo emiſſa, ſuo loco nobis dicendum erit. Id denique, auctorem noſtrum falſo quatuor voluminibus editionem conſtare, adſerere, monendum eſt. Tribus enim conſtat voluminibus, ſi Novum Teſtamentum editioni adnumeratur c).

§. XI.

Biblia Latina Baſileae.

*** Biblia Latina cum notis Baſileae ex officina Frobeniana 1530. Fol. d).** **[I]**

[Tituli loco fronti inſcripſit typographus brevem praefationem, ſeu Froben.
ſi mavis epiſtolam nuncupatoriam, cui notam ſubjunxit: „Baſileae in officina Frobeniana Anno. M. D. XXX. menſe Martii.„ Plures ſequentibus temporibus idem typographus emiſit Bibliorum Latinorum editiones, a quibus tamen hanc ſeparandam eſſe judicamus. Editio praeſens nimirum accurate reſpondet antiquiori anni 1514. e) Notae vero, ad quas Auctor noſter provocat, non ſunt annotationes: quae ſenſum illuſtrare aut lectorem docere poſſunt, ſed illae ſunt concordantiae Iuris Canonici, quae in aliis antiquioribus editionibus ad marginem collocari ſolent.

 * Biblia

c) Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden vol. 1. p. 406. *Knoebii* hiſt. crit. Nachrichten p. 840. Beyträge zur Geſchichte merkwürdiger Bücher part. 8. p. 556. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes ſeiner Bibelſaml. p. 30.

d) *Le Long* p. 279. col. 1. E.

e) v. ſupra Sect. I. §. LXXIX. n. 2.

[II] * Biblia utriusque Teſtamenti juxta vulgatam translationem, et eam quam haberi potuit emendatiſſimam; cui in Novo appoſuimus Deſ. Eraſmi Roter. verſionem. Subjunximus his interpretationem nominum hebraicorum. Baſileae. M. D. XXXVIII. II. Vol. Fol. f).

[Diſtinguenda eſt editio ab illa ſuperiori anni 1530. Haec enim textum habet ex editione *Rob. Stephani* et accurate conſpirat cum editione Lugdunenſi *Hugonis a Porta*.

[III] * Biblia Latina. Baſileae. Froben. 1540. Fol. g).

[IV] * Biblia Latina cum Novo Teſtamento Deſid. Eraſmi. Baſileae 1572. 4. h).

[V] * Biblia Latina. Baſileae 1577. II. Vol. Fol. i).

§. XII.

Biblia Latina Baſileae.

[I] **Brylingerus.** * Biblia ſacroſancta, ex poſtremis orthodoxorum doctorum vigiliis ad hebraicam veritatem et probatiſſimorum ac manuſcriptorum fidem recognita. Cum argumentis, indice hiſtoriarum et hebraeorum nominum interpretatione. Baſileae, Apud Nicolaum Brylingerum Anno M. D. XLIIII. 8. k).

[*Brylingero* plures ſacrorum Bibliorum debentur editiones, verum non omnes ad unum eundemque archetypum formatae ſunt. Prima haec ex foecunda *Brylingeri* officina, ſequitur editiones Lugdunenſes *Jacobi Juntae*, *Guillelmi Boulle et Hugonis a Porta* anni 1542. l).

[II] Biblia ſacroſancta ad Hebraicam veritatem et probatiſſimorum ac manuſcriptorum fidem diligenter recognita et reſtituta. Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno M. D. LI. 8.

Editionem ex officina *Brylingeri* primam a ſequentibus ob internam conditionem ſeparamus. Poſteriores enim non primae, ſed ſibi invicem reſpondent, Textumque exhibent ex editione *Roberti Stephani* annorum 1540. 1546. et 1555. Hinc ad *Stephanianas*, modo et ad *Hentenianas* referri poſſunt. Prolegomena in plerisque ſunt ex editionibus *Stephani*; appendix vero, quae Interpretationes nominum peregrinorum ſiſtit, non ubique eſt Stephaniana, ſed et ex editione Lugdunenſi m).

* Biblia

f) *Le Long* p. 280. col. 1. B.
g) Ibid. col. 1. D.
h) Id. p. 282. col. 1. B.
i) Ibid.
k) *Le Long* p. 280. col. 2. A.

l) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 193. *Palmii* deſignat. Codicum p. 48.
m) Catalog. Biblioth. Baumgartianae p. 48. n. 213. Index Biblior. Wernigerod. p. 52.

Digitized by Google

* Biblia Latina. Baſileae 1554. 8. n). [III]

[Sine editore recenſetur editio ab auctore noſtro. Verum eſt *Brylingeriana*, praecedenti in omnibus ſimilis.

* Biblia ſacroſancta ad Hebraicam — Baſileae apud Nicolaum Bryling. Anno M. D. LVII. 4. et 8. o). [IV]

* Biblia ſacroſancta ad Hebraicam — diligentiſſime recognita et reſtituta. Baſileae apud Nicol. Bryling. Anno M. D. LXII. 8. p). [V]

* Biblia ſacroſancta ad Hebraicam — diligentiſſime recognita et reſtituta. Baſileae apud Haeredes Nic. Brylingeri 1569. 4. et 8. q). [VI]

Biblia ſacroſancta ad Hebraicam — diligentiſſime recognita et reſtituta. Baſileae ex officina Brylingeri 1578. 4. et 8. r). [VII]

§. XIII.

Biblia Latina Baſileae.

* Biblia ſacra veteris et novi Teſtamenti, ſecundum editionem vulgatam. Baſileae. M. D. LXXVIII. 8. maj. s). [I] **Guarinus.**

[Ad calcem: „Baſileae Rauracorum excudebat Thomas Guarinus anno „ſalutis humanae. M. D. LXXVIII.„ Accurate ſequitur editiones *Roberti Stephani*, eademque habet praemiſſa, ad ſacrarum litterarum ſtudium exhortationem, ſummam totius ſacrae ſcripturae et reliqua. Textus ex editione *Roberti Stephani* anni 1557. expreſſus eſt, ex qua idem typographus *Pagnini* verſionem 1564. Fol. recudi curavit t).

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti ſecundum Editionem Vulgatam. Baſileae. M. D LXXXI. 8. maj. u). [II]

[Quamvis nomen typographi non expreſſum, ipſa tamen in fronte expreſſa Palma, cum verbis: *Palma Guar; Thomam Guarinum* ſatis prodit. In duas partes diſtinctum eſt volumen, quarum poſterior Prophetas, libros Machabaeorum et Novum Teſtamentum continet x).

* Biblia ſacra Veteris et Novi Teſtamenti — Baſileae 1595. 8. y). [III]

[Ex eadem Guarini typographia. Singulae *Guarini* editiones ad *Roberti Stephani* editiones formatae ſunt.

§. XIV.

n) *Le Long* p. 280. col. 2. C.

o) *Le Long* p. 281. col. 2. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 382. Index Biblior. Wernigerod. p. 52.

p) *Le Long* p. 281. col. 2. C. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 48. n. 219. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 40. Index Biblior. Wernigerod. p. 53.

q) *Le Long* p. 282. col. 1. A. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 8. p. 192. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes p. 40.

r) *Le Long* p. 282. col. 1. C. Catal. Biblioth. Baumgart. p. 48. n. 232.

s) *Le Long* p. 282. col. 1. C.

t) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 286.

u) *Le Long* p. 282. col. 2. C.

x) *Baumgartenii* Nachrichten vol. X. p. 196.

y) *Le Long* p. 282. col. 2. E.

§. XIV.

Biblia Latina Francofurti.

[1] Feyerabend. • Biblia ad Vetuſtiſſima exemplaria nunc recens caſtigata. His acceſſerunt ſchemata Tabernaculi Moſaici, Templi ſalomonis, omniumque praecipuarum hiſtoriarum, ſumma arte et fide expreſſa. Hebraea item, Chaldaea, Graeca et Latina nomina Virorum, Mulierum, Populorum, Idolorum, Urbium, Fluviorum, Montium, coeterorumque locorum, quae in Bibliis leguntur, reſtituta cum Latina interpretatione ac locorum e Coſmographis deſcriptione. Quid in horum Bibliorum caſtigatione praeſtitum ſit, ſubſequentes praefationes latius indicabunt. Francofurti ad Moenum. M. D. LXVI. Fol.

Una ex editionibus Hentenii caſtigatiſſima.

Ex admonit. Typographi: Multi docti et exacto praediti judicio homines apud nos inſtiterunt flagitatione, ut quoniam ſacra Biblia variis in noſtro idiomate formis jam aliquoties excudiſſemus — Latinam D. Hieronymi editionem — integram ſartamque tectam novis noſtris deſcriberemus characteribus. Quorum petitiones cum juſtas eſſe cenſeremus — ex pluribus editionibus, quae noſtro tempore prodierunt, eam potiſſimum ſelegimus, — quae correctiſſima eſſet et omni apud Orthodoxos vereque Chriſtianos Lectores offenſione uſquequaque careret. Hujusmodi autem erat — Lovanienſis et Antwerpienſis *).

[Ad calcem operis notatur: „Impreſſum Francoforti ad Moenum, apud Georgium Corvinum, Sigismundum Feyrabend et Haered. Wigandi Galli. M. D. LXVI.„ Ex praefatione Typographi ſequentia ſuperioribus adjungimus; „— Dedimus etiam ea in re operam minime parvam, ut praeter Tabernaculi Moſaici et Templi Salomonis accurata ſchemata, omnium quoque aliarum hiſtoriarum veram delineationem ſumma arte expreſſam ſuis ſigillatim apponeremus locis. — Ipſum vero contextum verſibus diſtinctum numeris ubique inſignivimus, juxta rationem hebraicam et veterum codicum receptam ſcriptionem — Ad finem hujus operis recognitam multisque in locis auctam Hebraeorum — appoſuimus interpretationem Nominum, cum accurata locorum deſcriptione ex optimis quibusque Coſmographis.„ Admonitionem Typographi excipiunt ſequentia. 1) F. *Joannis Hentenii* Mechlinenſis in Biblia Lovanii et Antwerpiae excuſa atque caſtigata praefatio, ex editione anni 1547. 2) Index teſtimoniorum a Chriſto et Apoſtolis in novo Teſtamento citatorum ex Veteri. Quae huc in id congeſta ſunt, ut pii Lectores nativam quorundam intelligentiam facile aſſequi valeant, quae ab ipſo Chriſto vero interprete, et ſpiritu ejus, per Apoſtolos ſit tradita: perſpiciantque in quem uſum ea adduxerint Apoſtoli et Evangeliſtae. 3) Ordo Librorum Veteris et Novi Teſtamenti. 4) *Hieronymi* prologus Galeatus. 5) *Hieronymi* epiſtola ad Paulinum Presbyterum. 6) *Hieronymi* praefatio in Pentateuchum. Reliquae *Hieronymi* praefationes ſingulis libris praemiſſae ſunt. In fine operis proſtat, Index Epiſtolarum et Evangeliorum, quae e Veteri et Novo Teſtamento excerptae in templis Dominicis et aliis feſtis diebus

*) *Le Long* p. 262. col. 2. B.

Digitized by Google

diebus leguntur, juxta conſvetudinem Eccleſiae Pariſienſis et Romanae; Index rerum et ſententiarum Veteris ac Novi Teſtamenti, et denique Hebraea, Chaldaea, Graeca et Latina nomina &c. Editio ſplendida et accurata ſuperbit figuris ligno affabre inciſis, in quibus nomen S. F. i. e. *Sigism. Feyerabend* obſervavimus. Editio quamvis a Proteſtantibus procurata ſit, ab auctore noſtro tamen editionibus Catholicis annumeratur [a]).

* Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Francofurti 1569. 8. [b]). [II]

* Sacra Biblia ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata. Quid in horum Bibliorum caſtigatione praeſtitum ſit, ſubſequens praefatio latius indicabit. 1571. Francofurti. 8. maj. II. Vol. [c]). [III]

[Volumen ſecundum titulo ornatur: „Prophetae quinque majores cum duodecim aliis minoribus, libris Macchabaeorum et novo Jeſu Chriſti Teſtamento. 1571. Francofurti." In fine operis extat nomen typographi: „Francofurti ad Moenum, apud Georgium Corvinum impenſis Sigismundi Feierabend. M. D. LXXI." Editio ad praecedentem formata, cum praefatione *Hentenii*. Textui verſuum numeri ad marginem appoſiti ſunt. Figurae ſunt minores, ligno haud affabre inſculptae. Antiquior praeceſſit editio Francofurtenſis, quam ad alteram harum editionum claſſem referimus.

* Biblia ſacra ad optima quaeque veteris et Vulgatae translationis exemplaria ſumma diligentia, parique fide caſtigata: Cum Hebraicorum, Chaldaeorum et Graecorum nominum interpretatione. 1585. Francofurti excudebat Petrus Fabricius, impenſis Sigis. Feirabendi, Henrici Tack et Petri Fiſcheri. 8. [d]). [IV]

[In duo volumina opus diſtinctum eſt. Alterum inſcribitur: „Prophetae omnes cum libris Machabaeorum et Novo Jeſu Chriſti Teſtamento 1585. Francofurti." Ad Stephanianas, aut ſi mavis Hentenianas referenda eſt editio minus elegans, figuris ligno inciſis exornata [e]).

Biblia Latina vulgata Francofurti 1600. 8. [V]

Editio dubia.

Biblia latina vulgata Francofurti. Typis Schoenvelti 1602. 4. [f]). [VI]

Biblia

a) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 106. *Rich. Simon* hiſt. crit. des Verſ. du N. T. cap. 11. p. 140.

b) *Le Long* p. 282. col. 1. A.

c) *Le Long* p. 282. col. 1. B. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 10. p. 195.

d) *Le Long* p. 282. col. 1. D.

e) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 386. *J. M. Goezii* Fortſetzung des Verzeichniſſes &c. p. 40.

f) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 24 n. 84.

[VII] Biblia ſacra Vulgatae editionis. Cum neceſſaria verſiculorum diſtinctione et concordantiarum ad marginem annotatione edita. Francofurti. Sumptibus Vincentii Steinmeyeri, typis Wolfgangi Richter. Anno M DC. VIII. 8.

Integra editio ita comparata eſt, ut ſi titulus removeatur, et membris eccleſiae Romanae inſervire poſſit. Accurate enim editiones Antwerpienſes ſequitur, quae textum ex recognitione Sixtino-Clementina exhibent. Ad calcem itaque Novi Teſtamenti accedunt, Libri qui in Eccleſia Romana apocryphi audiunt, nimirum Oratio *Manaſſae* et liber tertius et quartus *Eſdrae*, una cum prologis *Hieronymi*. Prologus Apocryphorum ex editione Romana anni 1592. in Antwerpienſes et ex his in Francofurtanam tranſiit, hujus tenoris: „Oratio „Manaſſae, nec non libri duo, qui ſub libri tertii et quarti Eſdrae nomine cir„cumferuntur, hoc in loco, extra ſcilicet ſeriem canonicorum librorum, quos „ſancta tridentina ſynodus ſuſcepit, et pro canonicis ſuſcipiendos decrevit, ſe„poſiti ſunt, ne prorſus interirent, quippe qui a nonnullis ſanctis Patribus inter„dum citantur, et in aliquibus bibliis latinis tam manuſcriptis quam impreſſis re„periuntur." Quae certe non in gratiam Proteſtantium hic iterum exſcripta ſunt g).

[VIII] * Biblia Latina. Norimbergae 1627. 8. h).

[Editio aut eſt ſuppoſititia, aut eadem eſt ac ſuperior cum alio titulo, qui novitatis ſpecie emptores allicere debuit.

§. XV.

Biblia Latina Lipſiae.

Wolrabi. [I] * Sacrae ſcripturae et divinarum literarum byblia univerſa. Cum diligentia, cura, ſtudio ſingulari elaborata, deque ſententia doctiſſimorum virorum, et inprimis Hebraicae Linguae peritorum, plurimis in locis ultra priores editiones emendata atque correcta: et D. Eraſmi Roterod verſione novi Teſtamenti, juxta priorem appoſita. Praemiſſis ubique et D. Hieronymi prolegomenis, et inſuper Prooemio eximii Theologi Joannis Brentii, in quo cum ſacrarum literarum autoritas praeclare aſſeritur, tum breviter ſumma harum explicatur, et conſilium atque finis demonſtratur. Acceſſit Latina interpretatio nominum Hebraeorum, Chaldaeorum, Graecorum, quae paſſim in his ſcriptis occurrunt perquam copioſa et accurata. Item coſmographica locorum indicatio Et ad haec omnia index fidelis et valde locuples rerum ſententiarumque memorabilium in his libris. Lipſiae ex officina Nicolai Wolrab M D XLIIII. Fol. i).

[Inter rariores refertur haec editio Lipſienſis, quae ad *Roberti Stephani* editionem anni 1540. maxima ex parte formata eſt. Praemittuntur 1) Ad ſacrarum literarum ſtudium exhortatio ex ſacris litteris. 2) Prooemium *Joannis Bren-*

g) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 8. p. 192.

h) *Le Long* p. 283. col. 2. B.

i) *Le Long* p. 280. col. 2. A.

Digitized by Google

Brentii in Libros ſeu Byblia ſcripturae ſacrae et Θεοπνευστου; quod hic in locum praefationis *Stephani* ſuccedit; 3) Summa totius ſacrae ſcripturae, librorum videlicet Veteris et Novi Teſtamenti. 4) Index Teſtimoniorum a Chriſto et Apoſtolis in Novo Teſtamento citatorum ex Veteri, quae huc in id congeſta ſunt, ut pii lectores nativam quorundam intelligentiam, facile aſſequi valeant, quae ab ipſo Chriſto vero interprete et ſpiritu ejus per Apoſtolos ſit tradita: perſpiciantque in quem uſum adduxerint Apoſtoli et Evangeliſtae. 5) Index alter, in quo itidem novi inſtrumenti teſtimonia ex Veteri excerpta annotavimus, ſi non ad verbum, certe juxta ſententiam: ex quorum collatione cum iis a quibus videntur deſumpta, non parum lucis accedet Chriſtianis lectoribus. 6) Ordo librorum Veteris Teſtamenti, in quo liber III. et IV. Eſdrae et liber III. Machab. recenſentur, qui ab editione Stephaniana abſunt. 7) Ordo librorum Novi Teſtamenti. 8) *Hieronymi* prologus Galeatus. 9) Ejusdem Epiſtola ad Paulinum; 10) Ejusdem praefatio in Pentateuchum. Sequuntur libri Veteris Teſtamenti, cum Prologis ſingulis Libris praefixis. Ad calcem Libri tertii Macchabaeorum legitur: „Lipſiae apud Nicolaum Wolrab. anno M. D. XLIIII. Novi Teſtamenti Folium primum repraeſentat Arborem, cujus dimidia pars viret, et Chriſtum crucifixum et reſurgentem oſtendit: dimidia altera vero arefacta eſt; et infernum cum Lapſu Protoplaſtorum oſtendit. Integra figura plures Bibliorum Lutheri editiones ornat. In medio figurae legitur Titulus: „Novum Teſtamentum omne ex verſione utraque, hoc eſt Deſ. Eraſmi Roterodami „et vulgata. Lipſiae apud Nicolaum Wolrab. Anno M. D. XLIII.„ Verſam paginam occupant octo vaticinia Veteris Teſtamenti de Chriſto; quibus *Hieronymi* epiſtola ad Damaſum, ejusdemque praefatio in quatuor Evangeliſtas, Praefatio Eraſmi Roterodami, et vita Matthaei ex *Hieronymo* ſubjungitur. Novum Teſtamentum duobus columnis Eraſmi verſionem et Vulgatam editionem oſtendit. Appendix duplex in titulo habet notam anni M. D. XLIIII. Accedit: „In ſacrorum Bibliorum laudem ad praeſtantiſſimum virum D. *Joannem Saurum* „Theologiae doctorem et ejusdem facultatis in ſchola Lipſica Decanum, Cano„nicum Citzenſem, Elegia *Gaſparis Bruſchii* poetae laureati, in qua decem ra„tionibus probatur, hoc verbum, quod per Prophetas et Apoſtolos proditum eſt, „verum eſſe et ſempiternum Verbum, quod Chriſtus Dei filius e ſinu aeterni Pa„tris ad nos transportavit„ in cujus fine vero ſequentia notantur: „Lipſiae, ex „officina Nicolai Wolrab. impenſis honeſti viri domini Sebaſtiani Reuſch, civis „Lipſienſis. Anno a Chriſto nato. M. D. XLIIII.„

Textus ipſe accurate achetypum *Stephani* ſequitur, hinc et Gen. III. in textu *ipſa conteret*, et in margine: *Hebr. ipſum* legitur. Ornant editionem permultae figurae ligno inciſae, et quidem majores ante initium plurimorum librorum; minores vero, quarum aliae ex editione *Stephani* effigiatae ſunt, aliae vero eaedem ſunt, quae in Bibliis *Lutheri* germanicis e typographia *Lufftii* cernuntur; hoc tamen diſcrimine, ut quae in *Lipſienſi* ad dextram ſculptae ſunt figurae, in *Wittebergenſi* editione ad ſiniſtram adpareant. Sic e. g. Ad Prophetiam Amoſi Vir pontificali ornatu veſtitus manum dextram verſus Amoſum extendit; in *Lipſienſi* vero extendit ſiniſtram. Provocat ad hanc editionem, quae vivo

Digitized by Google

adhuc *Luthero* et mortuo Duce *Georgio* publicata eſt, *Fridericus Erneſtus Kettnerus* in hiſtoria dicti Johannei de ſanctiſſima trinitate, eamque *in incendio mire conſervatam* eſſe adſerit. Multo ſale verbisque otioſis haec carpit *Dav. Clement*, et ne ſal, quale eſt, inſulſum videatur, ex voce *mire* ſibi miraculum fingit [k]).

[II] * Biblia ſacra ad optima quaeque Veteris et Vulgatae Translationis exemplaria ſumma diligentia parique fide caſtigata. Lipſiae 1593. Fol. [l]).

[Ad editionem Francofurtenſem anni 1585. formata, adeoque ad Hentenianas referenda.

[III] * Biblia Latina diligentia et ſtudio ſingulari elaborata et plurimis in locis emendata. Deſ. Eraſmi verſione Novi Teſtamenti juxta priorem appoſita. Lipſiae 1598. Fol. [m]).

[Propius accedit editio ad antiquiorem Lipſienſem *Wolrabi*.

§. XVI.

Biblia Latina Tiguri.

Tiguri. * Biblia Latina. Tiguri 1524. 4. [n]).

[Anxie editionem inter Eruditos quaeſivimus; ſed fruſtra. Auctor noſter recenſet illam e Catalogo. Adriani Pauw. Hagae 1654.

§. XVII.

Biblia Latina Tubingae.

[I] * Biblia ſacra cum diligentia, cura, ſtudio ſingulari elaborata deque ſententiis doctiſſimorum virorum, et inprimis hebraicae linguae peritorum plurimis in locis ultra priores editiones emendata atque correcta. Praemiſſis ubique et Divi Hieronymi Prolegomenis, et inſuper prooemio eximii Theologi Joannis Brentii, in quo cum ſacrarum literarum autoritas preclare aſſeritur, tum breviter ſumma harum explicatur, et conſilium atque finis demonſtratur. Acceſſit Latina interpretatio nominum Hebraeorum, Chald. Graec quae paſſim in his ſcriptis occurrunt, perquam copioſa et accurata. Ad haec index fidelis et locuples rerum ſententiarumque memorabilium in his libris. Tubingae apud Ulrici Morhardi viduam. M. D. LXIV. 4. [o]).

[Editio accurate Lipſienſem *Wolrabi* repraeſentat [p]).

[II] * Biblia Latina. Francofurti et Tubingae 1564. Fol. [q]).

[Eadem editio ac praecedens in forma majori.

§. XVIII.

k) Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 283. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 121. *Kettneri* hiſtoria p. 215. *Clement* Biblioth. hiſt. crit. tom. 4. p. 134. *Widekindi* Verzeichnis von raren Büchern p. 582. Index Biblior Wernigerod. p. 51.

l) *Le Long* p. 282. col. 2. D.

m) *Le Long* p. 283. col. 1. B.

n) *Le Long* p. 279. col. 2. D.

o) *Le Long* p. 281. col. 2. D.

p) *Clement.* biblioth. hiſt. crit. tom. 4. p. 137. not. Index Biblior. Wernigerod. p. 53. Biblioth. Biblica Brunſvic. p. 66.

q) *Le Long* ibid.

§. XVIII.

Biblia Latina Wittebergae.

Biblia ſacra Veteris et novi Teſtamenti ſecundum editionem vulgatam. Anno 1602. 4. Seuberlich. [I]

Ad calcem prioris partis: Wittebergae, excudebat *Laurentius Seuberlich.* Singula, prolegomena, ordo librorum ſacrorum, diſpoſitio textus, et quae ſunt reliqua, ad normam editionum *Roberti Stephani* hanc editionem, quae nil habet, quod illam lectorum oculis commendare poſſit, effigiatam eſſe, ſatis produnt r).

* Biblia Latina reviſa. Wittebergae 1625. 4. s). [II]

[Eadem editio ac praecedens cum novo titulo.

§. XIX.

Pentateuchus.

* Pentateuchus. Liber Joſue. Liber Iudicum. Libri Regum. Novum Teſtamentum. Wittembergae. MDXXIX. Fol. t). Wittebergae. [I]

[Ad calcem libri quarti Regum notatur: „Impreſſum Vittembergae per Nicolaum Schirleitz. Anno MDXXIX.„ cum vitio typographico in nomine typographi, qui *Schirlentz* vocatur. Multa de hoc opere, cui auctor noſter titulum dedit: *Biblia Latina ad Hebraicam veritatem emendata*, inter eruditos diſputata ſunt, quae vel opus ipſum, vel ejus editorem concernunt. Prius ex ipſa operi praemiſſa praefatione dijudicari poterit: „Cum ante ſexennium nulla extarent „emendata Biblia, verſarenturque in manibus ſtudioſorum ſacri codices neuti„quam religioſe tractati a chalcographis, ſaepe rogati ſumus, ut emendationem „eorum ſuſciperemus. Neque vero id diſſimulari poterat, multos locos depra„vatos, quosdam etiam mutilatos eſſe, ad haec ubique membra ſententiarum „ita confuſa eſſe, ut alicubi certa ſentencia nulla colligi poſſet. Atque hic tan„tum accuſamus librariorum incuriam, non quaerimur de interpretibus, quibus „profecto maximam graciam debemus. Nam quod absque illis eſſet, prorſus „deſiderarentur in Eccleſia latina ſacri codices. Itaque cum chalcographi novam „edicionem apud nos adornarent, noluimus eis deeſſe. Inicio autem nihil de„crevimus in translatione mutare, tantum errata librariorum correcturi eramus. „Sed cum ita deformatus eſſet Moſes, ut non poſſet emendari, niſi collatus ad „Ebraicam lectionem, praeſertim cum deeſſent nobis antiqui codices, hic obiter „inter conferendum animadvertimus, interdum etiam interpretem non ſatis ocu„latum fuiſſe. Quare paulatim crevit labor, et cum interpretatio pleriſque locis „mutanda eſſet, noua propemodum translatio nata eſt, ut per omnia reſponderet „latina lectio Ebraicae. Quamquam autem in tanta occupationum varietate, „non potuimus juſtam operam in hanc rem collocare, tamen non dubitamus, „quin magnam lucem attulerimus huic parti, quam nunc edimus. Nova verſio „requi-

r) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 287.

s) *Le Long* p. 283. col. 2. B.

t) *Le Long* p. 283. col. 2. C.

Digitized by Google

„requirit altiſſimum ocium et tempus. Praeterea nusquam verius eſt, quam in „transferendo, illud quod dicunt, Unus vir, Nullus vir, quare maxime hic pro„fuerit multas conferre et communicare operas. Olim erat Imperatorum et „Epiſcoporum opus praeſtare, ut caſtigati libri haberentur in Eccleſia: Hi utinam „ad talem emendacionem deligerent homines pios et eruditos. Nos hoc polli„ceri bona fide poſſum, us (*poſſumus*) Moſen accurate recognitum eſſe, cum an„tea mirabiliter mendoſus fuerit. Illud etiam monendi ſunt lectores, nos quid„quid hoc eſt laboris ſumpſiſſe ad utilitatem diſcentium ſacras literas, non ut haec „noſtra edicio reciperetur in templis, et publice pro veteri legeretur. Si qui „volent uti, in Bibliothecis retineant, ſicut olim apud graecos, cum eſſent mul„tae translationes, tamen una legebatur in templis, reliquae domi aſſervabantur, „ut conſulerentur in locis obſcuris. Ad hunc modum poterit et hic labor domi „uſui eſſe diſcentibus, aut enarrantibus ſcripturas. Nam publice ſatius eſt ve„terem et ubique ſimilem lectionem retinere. Haec praefati ſumus, ut in re „nova et incurſura in reprehenſionem, comodos lectores placaremus, quibus „ut ſpero non improbabitur omnino hic noſter labor. Sycophantae, qui odio „noſtri nominis etiam bene dicta reprehendunt, ita laudem mereri queant, ſi me„liora edant. Vale.„ Integram hic ad Lectorem exſcripſimus incerti nominis editoris praefationem, ut de indole et conditione operis ipſi judicent lectores. Haud circumſpecte editor ſub initio praefationis ad Sexennium provocat, ante quod nulla prodierit emendatior textus Latini editio. Prima enim *Oſiandri* editio jam anno 1522., et ſecunda anno 1523. prodierat. Accedit editio Argentoratenſis anni 1522., quae itidem textum emendatiorem ſiſtit, librosque ſacros ſecundum ordinem Hebraeorum ordinat. Praefationem excipit Praefatio Martini Lutheri in Vetus Teſtamentum. Sequuntur Liber Geneſeos ebraice Breſith fol. I. Incipit Liber Joſua fol. LXXIX. Incipit Liber Iudicum fol. LXXXIX. Incipit Liber Ruth fol. XCIX. col. 2. Quatuor quidem numerantur Regum libri in foliorum rubrica: at Samuelis Libri nativo diſtinguuntur nomine: Liber primus Samuelis fol. C. b. col. 2. in columnae titulo vero tantummodo hoc folio, uti et ſequenti legitur *Liber Regum.* Liber ſecundus Samuelis, fol. CXIV. b. col. 2. Liber tertius Regum, fol. CXXVI. Liber quartus Regum, fol. CXXXIX. col. 1. in medio. Folium ultimum eſt CLI. Altera pars hujus operis, quae tum foliorum numero, tum plagularum ſignatura diſtinguitur, titulum habet: *Novum Teſtamentum* cum praefatione D. *Marti. Luthe. in novum Teſtamentum;* cum appendice: *qui ſint potiſſimi Libri Novi Teſtamenti.* Sequitur Catalogus librorum Novi Teſtamenti, qui Acta Apoſtolorum Evangelio Johannis jungit. In ipſo vero opere ſtatim poſt Johannem legitur Praefatio in Epiſtolam Pauli ad Romanos. Acta vero Apoſtolorum, Epiſtolae ad Hebraeos ſubjiciuntur. Integrum Novum Teſtamentum habet folia CIIII. Textus charactere italico diviſis columnis eſt inſcriptus. Novo Teſtamento rariora accedunt loca parallela. Exemplaria vero hujus unius editionis non ubivis ſibi ſunt conſentanea, ſed diverſitates, quae ipſum opus, cum ſub praelo ſudaret, adhuc correctum fuiſſe, ſatis evincentes deprehenduntur. Nonnulla Exemplaria in ipſa tituli pagina nullam habent anni notam: noſtrum vero in fine paginae exhibet vocem *Wittem-*

bergae

bergae cum linea ſubducta, et ſubjecta anni nota MDXXIX. Diſtinguit *Clement* duo exemplaria, alterum cum nota anni, alterum ſine nota anni: diverſasque lectiones enumerat: quae vero cum noſtro exemplari quod notam anni habet, non conſentiunt.

Exemplar cum nota anni; Geneſ. XLV. fol. XIX. a. col. 1. lin. 25. ſed cor ejus *floccipendebat.* Exemplar ſine nota anni: *vacillabat.* Noſtrum *vacillabat.* Exemplar prius lin. 28., quae miſerat ad *portandam;* poſterius: *portandum;* noſtrum *portandum.* Exemplar prius, lin. 42. *Et ego inde reducam*, poſterius, *te reducam*, ſic et noſtrum. Eadem pagina occurrunt vitia typographica in ſecunda columna lin. 7. *Eilii* Juda, l. *Filii;* lin. 34. *ingreſſe ſunt;* lin. ult. *armenua* l. *armenta.* quae in duobus ejus exemplaribus ſicuti et in noſtro deprehenduntur. Exemplar prius fol. XXIV. b. col. 1. lin. 15. eo q ordeum *eſſet virens;* exemplar poſterius: eo q ordeum *ſpicaſſet;* noſtrum ſimili modo. Exemplar prius. col. 2. lin. 3. vides q perierit; exemplar poſterius: *quot perierit*, ſic et noſtrum. Exemplar prius. lin. 13. ejusdem columnae: ſed ite tantum et ſervite. Exemplar poſterius ut et noſtrum: ſed ite tantum *viri* et ſervite. Exemplar prius. lin. 19: et omne reſiduum eſt grandini: poſterius et noſtrum: omne *quod* reſiduum eſt grandini. Exemplar prius lin. 50. Aegypti *illis* tribus diebus: Poſterius et noſtrum: Aegypti tribus diebus. Exemplar itaque noſtrum, quamvis anni notam oſtendat, cum illo quod ſine nota anni *Clementi* adfuit, reſpondet. Idem et de ſuo exemplari obſervavit Cl. *Goezius*, quod noſtro in omnibus conſentit. Laborat vero noſtrum exemplar vitio aliquo, quod quia foliorum ſignaturae perturbatae ſint, ipſa folia ſint tranſpoſita. Sequuntur enim hoc ordine: fol. CXXXIII. ſignatura Aa. CXXXVII. Aajj. CXXXV. Aa. jjj CXXXVI. Aa jjjj. CXXXIIII, CXXXVIII, CXXXIX. B. b. In ipſo vero folio CXXXVIII. verſo error obſervandus venit, Titulus columnae eſt: *Regum: fol* CXXVII. et nota numeri interiori columnae ſuperimpoſita eſt; cum ſecundum analogiam ſcribendum fuiſſet: *Liber tertius*, et quidem ſine folii numero. Sic et loco: Capitulum XIIII. fol. CXXXIII. b. col. 2. expreſſum eſt: *Capitulum* XII. Quae omnia nimiam incuriam editoris et correctoris ſatis produnt. Quis vero ille vir doctus fuerit, qui opus emendandae Vulgatae in ſeſe receperit, varie diſputatum eſt. Primus qui operis auctor appellatur *Martinus* eſt *Lutherus* noſter, cui plurima eruditorum vota hancce attribuunt verſionem. Sunt in numero illorum ex antiquioribus *Johannes Cochlaeus* [x]), Theologi Wittenbergenſes circa annum 1571. [y]) et ex recentioribus *Joh. Godofr. Zeidlerus* [z]), *Elias Frickius* [a]), *Joh. Melch. Kraftius* [b]) et

x) Comment. de Actis et ſcriptis Mart. Lutheri p. 61.

y) Catecheſis continens explicationem ſimplicem et brevem decalogi p. 72. Chriſtliche Frageſtücke von dem Unterſchiede der zweien Artikeln plag. B. jjj. Grundfeſte der wahren chriſtl. Kirchen p. 173.

z) Praefat. in Tom. Opp. Lutheri Italae 1702 Fol

a) In append. Verſionis [illegible]anicae hiſtoriae Lutheraniſmi Seckendorfianae.

b) In prodromo hiſtoriae primae verſionis germanicae Bibliorum Hamb. 1714. p. 14.

et filius ejus *Car. Frid. Kraſtius* [c]), *J. M. Schamelius* [d]), *Tobias Eckhardus* [e]), *G. G. Zeltnerus* [f]), *J. W. Rumpaeus* [g]) *Joh. Alb. Fabricius* [h]), *J. G. Carpzovius* [i]), *J. G. Palmius* [k]), *J. G. Walchius* [l]), *J. H. Schuſterus* [m]), *Wilhelmus Erneſtus Bartholomaei* aliique plures, qui in eandem cum hiſce abiere partem. Contrarium vero ſtatuunt Theologi Saxoniae inferioris in publica confeſſione [n]), *Petr. Ad. Boyſenius* [o]), *J. G. Walterus* [q]), et *C. A. Heumannus* [p]). Argumenta, quibus ab utraque parte diſputatum eſt, et quidem ex iis, quae graviſſima maximique ponderis videntur, hic una cum iis, quae ab altera parte regeruntur, locum habeant. 1) Catalogus operum *Lutheri* Wittebergae ex officina Lufftiana 1533. emiſſus Verſionem hanc inter opera *Lutheri* recenſet. ℟. Catalogus iſte nec ab ipſo *Luthero* conflatus, nec reviſus, nec approbatus eſt; multa praeterea continet, quae cum vero non ſunt conſentenea; incertae itaque et dubiae eſt fidei. 2) Biblia prodiere cum praefationibus *Lutheri*, quod non fieri potuiſſet, ſi ipſe *Lutherus* Biblia non edidiſſet. ℟. Praefationes *Lutheri* non ſunt eum in finem, ut huic praemitterentur operi, conſcriptae, ſed editionibus germanicis deſtinatae. Si ipſe edidiſſet verſionem latinam, id certe ſibi onus non ſua ſponte impoſuiſſet, ut quae antea ſcripſerat, in latinum de novo converteret ſermonem; novas certe huic operi ſcripſiſſet praefationes. 3) Praefationi in Vetus Teſtamentum additus eſt ſingularis epilogus hujus tenoris. „Poſtremo hoc quoque „reſtat, ut omnes hujus translationis lectores Deo commendem et admoneam „quoque, ut ipſi Deum orent, quo coeptum hoc a nobis opus foeliciter ad finem „perducatur, fateor enim, me iniquum meis viribus pondus ſuſcepiſſe. Nam „cum Ebraea lingua adeo interciderit, ut ne Iudaei quidem ſatis ipſam intelli„gant, video, quam non gloſſis illorum ſit credendum. Si igitur aliquid lucis „acce-

c) Comment. de verſione Bibliorum latina Wittebergae 1529. typis exſcripta Hamb. 1742. 4.

d) In Miſcellaneis Lipſienſibus tom. 4. Obſ. 92. p. 280. et in Specimine Verſionis biblicae a B. Luthero adornatae &c. Lipſ. 1723. 4.

e) In conjecturis de codice graeco N. T. quo uſus eſt Lutherus in conficienda germanica verſione p. 17.

f) Hiſtorie der gedruckten Bibelverſion in der Beſchreibung des Lebens Hans Luffts. Altdorff 1727. p. 34.

g) Comment. crit. ad Libros N. T. p. 422.

h) Centifolium Lutheranum part. 1. c. 58. p. 161.

i) Critic[illegible]cra part. II. c. VII. p. 707. &c.

k) Deſignatio codicum &c. p. 45.

l) Praefat. tom. XIV. Opp. Lutheri §. 13. p. 51.

m) Hiſtoriſchcritiſche Unterſuchung der Meynungen vom auctore der 1529. zu Wittemberg herausgekommenen lateiniſchen Bibel, Jenae 1750. 4.

n) Wiederhohlte chriſtliche Gemeine Confeſſion und Erklärung 1572. plag. 4. pag. 2.

o) Diſſ. crit. de codice graeco N. T. quo uſus eſt Lutherus 1723. 4. p. 10.

p) Erörterung der wichtigen Streitigkeit in der Hiſtorie des Lutherthums von der lateiniſchen Bibel des Jahres 1729. &c. Jenae 1749. 4. et Unumſtöslich feſtſtehender und mit neuen unwiderleglichen Gründen beſtärkter Beweiſs, daſs die zu Wittenberg 1729. herausgekommene lateiniſche Bibel weder von Luthern ſelbſt &c. Jenae 1752. 4.

q) Critiſch theologiſches Bedenken über die zu Wittenberg im Jahr 1529. in folio herausgekommene lateiniſche Bibel, in Actis hiſtorico-eccleſiaſticis vol. 5. p. 517.

„accedere Veteris Teſtamenti libris poteſt, neceſſe eſt, id a Chriſtianis fieri, „qui cognitionem Chriſti habent, ſine qua, linguarum quoque pericia parum eſt „profutura, atque ea quidem cauſa eſt, quod Hieronymus aliique Veteres inter-„pretes, tam ſaepe ſint hallucinati. Quanquam autem meum ſtudium, quod „in hanc translationem poſui, commendare ipſe nec debeam, nec velim, hoc „tamen certo confirmare poſſum, quod innumeris in locis ſententiam clarius „et majore cum fide dependerim, quam Hieronymus. Verum hujus rei judi-„cium penes lectorem ſit. Deus coeptum opus feliciter abſolvat. Amen.„ Sic ipſe *Lutherus* de opere ſuo! ℟. Verum eſt; ſcripſit haec *Lutherus*; hercu-leumque foret et omni exceptione majus argumentum, ſi haec de Bibliis hiſce latinis ſcripſiſſet. Verum, qui ad hunc epilogum provocant Eruditi, haud bene circumſpexerunt. Scripſit eadem *Lutherus* anno 1523. cum Pentateuchum ſeu primam Veteris Teſtamenti partem germanice verſam ederet. Hoc eſt opus illud coeptum, quod Deo et lectoribus commendat. Nec convenit *Luthero*, qui jam plures et fere omnes V. T. libros ex Ebraico ſermone in germanicum idioma transtulerat, demum anno 1529. de lingua ebraica conqueri. Editor vero hunc epilogum ex editione prima germanica huic operi attexuit, ut lecto-res, *Lutherum* ipſum hic loqui, eo facilius credere faceret. 4) *Lutherus* ſcribit ad *Clementem Urſinum* Anno 1527. Fer. 5. poſt Reminiſcere: *Sum in opere Bi-blia corrigendi ad veritatem Ebraicam*, atque hoc modo amico de opere coepto et demum anno 1529. publice edito, rationem reddit. ℟. Loquitur *Lutherus* de Bibliis Germanicis, quae correxit, emendavit, et ad hebraicam veritatem iterum recognovit. 5) Edidit *Lutherus* anno 1525. Deuteronomium latine redditum; eademque ipſa verſio in hoc opere Biblico extat: unde *Lutherum* antiquiorem verſionem huic operi inſeruiſſe ſequitur. ℟. Verſio Deuteronomii antiquior hic quidem iterum exhibetur, ſed non genuina, verum multoties interpolata. Nec exinde *Lutherum* integrum compoſuiſſe opus concludi poteſt; editor enim ſicuti praefationem ex editione anni 1523. deſumſit, ſic et Deuteronomium ex antiquiori editione in ſuas res convertit. 6) Theologi Wittenbergenſes affir-mant locum controverſum Act. III. *oportet Chriſtum coelo capi*, *usque ad tempora reſtitutionis omnium:* verti debere, et addunt: „vel ut reverenda patris D. Lu-„theri verſio latina habet: *oportet chriſtum coelo ſuſcipi*.„ ℟. Theologi Witten-bergenſes uſi ſunt non editione Wittebergenſi anni 1529. ſed editione Novi Te-ſtamenti ex officina Brubachiana, Francofurti, 1554. cui typographus *Lutheri* nomen praefixit. Provocant itaque ad librum, quem *Lutheri*, cujus nomen oſten-debat, eſſe crediderunt. Negant vero Theologi Saxoniae inferioris, Luthe-rum ita locum vertiſſe; et id quidem majori jure; nam in verſione germanica *Lutherus* locum illum accurate et ſecundum textum graecum expreſſit. Haec ſunt palmaria argumenta, quae ſi curatius ponderantur, *Lutherum* hujus operis neque auctorem neque editorem eſſe, manifeſtabunt. Iam vero quis hujus foe-tus verus auctor ſit, ſi *Lutherum* ab hac ſuſpicione liberamus, difficilior adhuc eſt dijudicatu quaeſtio. In *Philippum Melanchthonem* proxime cadit ſuſpicio, cum cujus animi ſenſu mollis ille ac timidus, qui in praefatione regnat, ſcri-bendi ſtylus optime conſentit. Verum num ille praeſente *Luthero* opus illud,

Digitized by Google

quod ex *Lutheri* ſcriptis conſarcinatum eſt, edere auſus ſit, adfirmare haud auſim. Alium itaque nobis indicavit Auctorem *Mich. Lilienthalius* [r]). Invenerat ille in Bibliotheca civica Regiomontana exemplar hujus operis, cui *Johannes Poliander* adſcripſerat: „Auctor Sebaldus Munſterus e Witteberga dono miſit„ ex quo illo verum auctorem detexiſſe ſibi perſvaſerat. Oppoſuit ipſi anonymus cogitationes de hoc opere biblico, quibus illud iterum *Luthero* noſtro vindicat [s]). Utrumque Schediaſma *Lilienthalius* recudi fecit [t]) et quamvis anonymo multa regerat, in fine tamen ingenue fatetur, manum *Poliandri* ſibi fraudi fuiſſe; in exemplari enim, non *Auctor*, ſed *Doctor Sebaldus Munſterus* ſcriptum eſſe. Alium auctorem ſuggerit *Car. Chriſt. Hirſchius* [u]). Recenſet ille Exemplar Bibliothecae Ebnerianae, cui poſſeſſor *Georg Eſchinger* ſequentia adſcripſerat: „Latine ex germanica Mart. Lutheri verſione redditum a M. Bucero. Retinuit autem ſecum „Dominus Lutherus integri triennii ſpatio, cum cognoviſſet, quam perfidioſe „Bucerus Pſalterium D. Joh. Pomerani germanice verſum edidiſſet.„ Uberius haec expoſuit *Hirſchius* in Epiſtola ad *Heumannum* publice data [x]). Omnis vero in eo eſt *Dav. Clement*, ut *Bucerum* ab hac ſuſpicione liberet; et inprimis ad prologum provocat, in quo plures Wittebergae viventes loqui videntur; recenſet quoque *Buceri* labores atque inde, ei huic operi inſudando non vacaſſe: nec quare *Bucerus* opus Wittebergam imprimendum transmiſerit, cum Argentorati typographi ad manus fuiſſent, comprehendere poteſt. Non immoramur hiſce controverſiis; interim ab animo *Buceri* non alienum videtur, ejusmodi fraudes ſibi permittere; nec Wittebergae opus impreſſum eſſe omnimode certum eſt; *Heumannus* certe, Baſileae impreſſum eſſe auguratur: et ſi hoc Wittebergae factum eſſet, ipſe certe typographus *Nicolaus Schirlentz*, ne proprium quidem nomen accurate expreſſiſſet. Reſtat ultimus operis auctor, quem nuper detexit Cl. *Bertramus* in nota Cl. *J. M. Goezii* recenſioni hujus operis addita [y]): Scribit *Melanchthon Joachimo Camerario* Anno 1527. hic cum iter in Hiſpaniam meditaretur: „Rogavit me Chriſtianus Faber, ut ad te ſcriberem, ut vel in Hiſpanica „aula, vel Eſlingae apud judicii Imperatoris praetorem Marchionem a Baden, „peteres ſibi excudenti latina *βιβλία*, ut ſcis, privilegium, ne cui liceret re„cudere intra años aliquot. — Invidiam facere non magnam *τὰ ἅγια βιβλία* „poſſunt, quae exibunt *ἄνευ ἐπιγραφῆς τοῦ διδάσκ* (abſque inſcriptione Doctoris).„ Sed, ut finem hiſce faciamus; id unicuique, qui ſingula accurate penſitabit, totum opus non ita eſſe compoſitum, ut *Luthero* tribui poſſit, facile patebit [z]).

Pen-

r) Nachricht von dem wahren autore der ſehr raren Bibelverſion, welche bisher dem ſel. Luthero iſt zugeſchrieben worden, in Fortgeſetzte Samlung von Alten und Neuen. A. 1736 p 746.

s) Wolgegründete Gedanken von dem lateiniſchen Bibelwerk des in Gott ſeligen D. M. L. ibidem Anno 1737. p. 630.

t) Preuſſiſche Zehenden vol. 1. p. 540.

u) Millenarium III. libror. ab anno 1501. usque ad 1550. typis exſcriptorum p. 36.

x) Briefwechſel der Gelehrten. Hamburg 1751. p 198.

y) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſamlung p. 115.

z) Conf. Beyträge zur Geſchichte merkw. Bücher p. 12. Theſaurus Bibliothecalis vol. 2. p. 237. *Aug. Beieri* arcana ſacra Biblioth. Dresd.

Pentateuchus, Liber Ioſuae, Liber Iudicum, Libri Regum, Novum Teſtamentum Wittembergae MDXXIX. (Halae, apud Johannem Iuſtinum Gebauer 1744.) 4. [II]

Joh. Georgius Walchius, qui nobis locupletiſſimam recentiſſimamque Operum Beati *Lutheri* noſtri dedit editionem, Verſionem Bibliorum, quam ſuperiori deſcripſimus articulo, tom XIV. operum, p. 1376 - 1206. recudi fecit. Uſus eſt ille exemplari, quod a noſtro in locis ſupra citatis abit. In ipſa jam praefatione, ubi noſtrum exemplar mendoſe habet: bona fide *poſſum, ut:* haec iterata legit *bona fide poſſumus eis.* Quamvis itaque verſio ipſa beneficio *Walchii*, qui illam *Luthero* vindicavit, communior reddita ſit; editio originalis tamen Bibliothecarum ornamentum manebit.

* Pentateuchus, Pſalmi et Novum Teſtamentum. Londini 1535. 4. *). [III]

§. XX.

Deuteronomion.

Deuteronomion Moſe cum annotationibus Mart. Luther. Wittembergae 1525. 8. [I] Witteber-gae.

Ad calcem: „Vuittembergae, apud Johannem Lufft. Anno Domini 1525.„ Prima editio, qua *Lutherus* non novam ex Hebraeo confectam verſionem latinam, ſed Vulgatam ad hebraicam veritatem ſiſtit. Inſcripſit opuſculum, foliis 217. conſtans, Reverendo in Chriſto Patri et Domino D. Georgio a Polentis, vere Epiſcopo Sambienſis Ecclefiae, ſuo in Chriſto domino ſuſpiciendo. Epiſtolam nuncupatoriam alius ſequitur titulus: Deuteronomios Moſe ex Ebreo caſtigatus cum annotat. Mart. Lutheri. Wittembergae 1524. Textus latinus occupat folia 63., et reliqua annotationibus dicata ſunt. Editionem hanc primam ignoravit Auctor noſter, Baſileenſem vero ejusdem anni ad Claſſem Bibliorum ex Hebraeo refert [b]).

Deuteronomion Moſe — Wittebergae 1525. 8. [II]

Editio a praecedenti diverſa, ab *Hardtio* indicata, cujus tamen typographum haud nominat [c]).

Deuteronomios Moſe ex Ebraeo caſtigatus cum annotationibus Martini Lutheri (Norimbergae) M D. XXV. 8. [III] Norimber-gae.

Ad calcem: „Norimbergae apud Joannem Petrejum excudebatur. Anno Domini M. D. XXV.„ Addita ſunt inſignia Petreji. Fallitur *Kraftius*, qui primam operis editionem Norimbergenſem appellat [d]).

 * Deu-

Dresd. p. 45.46. *Joh. Vogtii* Catal. libr. rar. p. 120. *Joh. Georg. Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmſten Ueberſetzungen der h. S. p. 234. *Clement* biblioth. hiſt. et crit. tom. 4 p. 114. *Widekindi* Verzeichnis p. 576. *Freytagii* analecta litter. p. 87. Index Biblior. Wernigerod. p. 49. Catal. Biblioth. Bunav. p. 17.

a) *Le Long* p. 283. col. 2. C.

b) Conf. *Knochii* hiſt. crit. Nachr. p. 920. *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 127. *Hardtii* autogr. Lutheri tom. 1. p. 214.

c) loco cit. p. 14.

d) v. *Knochius* l. c. p. 924.

Digitized by Google

[IV] Baſileae. * Deuteronomios Moſe ex Hebraeo caſtigatus cum annotationibus Martini Lutheri. Cum indice. Baſileae An. M. D. XXV. 8. [e]).

[Ad calcem: „Baſileae, in aedibus Andreae Cratandri. Menſe Iulio. „An. 'M. D. XXV.„ Integrum opus abſolvitur paginis 354. Diſtinguitur haec editio a praecedentibus regiſtro, qnod huic editioni acceſſit. Textus ab editione ipſo charactere diſtinguitur; annotationes enim charactero italico, ſive *curſivo* expreſſae ſunt [f]).

[V] Baſileae. Deuteronomios Moſe, ex Hebraeo accuratiſſime reſtitutus, cum Annotationibus Mart. Lutheri. (Baſileae 1525.) 8.

Baſileae in aedibus Adami Petri [g]).

[VI] Deuteronomios Moſe, cum annotatibus M. Lutheri 1525. 8.

Editio occupat folia 228. Regiſtrum vero ſtatim poſt praefationem ſequitur [h]). Sex hiſce editionibus, quae uno eodemque anno prodiere, jungi poteſt, Septima anni 1529. Editor enim Pentateuchi, quem ſupra deſcripſimus, Deuteronomion ex hac prima *Lutheri* editione inſeruit; verum etiamſi omnia, ut *Lutheri* nomine venirent, comparaverit, tamen ab voluntaria operis *Lutheri* immutatione ſeſe non abſtinuit; uti ex utriusque editionis collatione apparet e. g.

Cap. I, 13. A. 1525. Date ex vobis viros ſapientes, intelligentes et notos in tribubus veſtris.
- 13. A. 1529. Date ex vobis viros ſapientes et gnaros, quorum converſatio ſit probata in tribubus veſtris.
- 15. A. 1525. Viros ſapientes et notos.
- 15. A. 1529. Viros ſapientes et gnaros.
- 16. A. 1525. Praecepique Iudicibus veſtris dicens.
- 16. A. 1529. Praecepique eis dicens.
- 36. A. 1525. Quia ſecutus eſt dominum plene.
- 36. A. 1529. Quia ſecutus eſt Dominum perefect, (*perfecte*)
- 40. A. 1525. Per viam verſus mare rubrum.
- 40. A. 1529. Per viam maris rubri.
- 43. A. 1525. Haec locutus ſum.
- 43. A. 1529. Locutus ſum.

Falluntur itaque qui primam *Lutheri* editionem poſteriori anni 1529. accurate inſertam perhibent. Editor enim, quisquis ille ſit, multa immutavit.

[VII] Argentorati. Deuteronomios Moſe. Argentorati 1525. 8.

Unicus nobis hujus editionis, quam ultimo loco reponimus, teſtis eſt *Joh. Georg. Walchius*, qui annotationes in Deuteronomium, quae editionibus Operum

e) *Le Long* p. 299. col. 1. A.

f) *Knochii* hiſt. crit. Nachr. p. 925.

g) Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 17. Ind x Biblior. Wernigerod. p. 94.

h) *Knochius* l. c. p. 926.

Digitized by Google

Operum *Lutheri* antiquioribus, inſertae fuere, etiam in nova editione Halenſi tomo tertio Columna 2016. &c. recudi fecit. Utrum vero editio Argentoratenſis genuina ſit, an ſuppoſititia, non decernimus [i]).

§. XXI.

Pſalteria Latina.

Pſalteria a Viris Proteſtantium ſacris addictis potiſſimum triplicis ſunt generis. Haud raro typographi illam Vulgatam, uti illa in Eccleſia Romana habetur, typis ſuis recuſam dederunt, nihilque in illa ipſa immutarunt. Aliae vero editiones ſiſtunt quidem antiquam verſionem Vulgatam, ſed ad textum Hebraeum revocatam, adeoque emendatam. Accedunt hiſce tertio viri docti qui dum Vulgatae curas ſuas conſecrarunt, plane novam condiderunt Pſalterii verſionem. Hi poſteriores a nobis interpretibus ſacris adnumerantur, quorum peculiarem ſuo loco inſtituimus recenſionem. Diſpoſitio.

§. XXII.

Pſalteria Latina Erfurti.

Pſalterium cum Canticis. **Erfordiae typis Singaei 1609. 12.** [k]). Singaeus. [I]

Pſalterium Cum Canticis. Erfordiae typis Matth. Spangenbergii 1618. 12. [l]). Spangenberg. [II]

§. XXIII.

Pſalteria Latina Francofurti.

Pſalterium Davidis juxta translationem veterem cum canticis eccleſiaſticis. Francofurti ad Oderam per Jo. Eichhorn. 1560. 12. [m]). [I] Eichhorn.

Pſalterium Davidis juxta translationem veterem cum canticis eccleſiaſticis. Francofurti ad Oderam per Jo. Eichhorn. 1658. 12. [n]). [II]

§. XXIV.

Pſalterium Latinum Gryphiswaldiae.

Pſalterium Davidis juxta translationem veterem una cum canticis, hymnis et orationibus Eccleſiaſticis. Gryphiswald. typis et impenſis Auguſtini Ferber. M. DC. VII. 12. Ferber.

Sine ulla praefatione. Pſalmi occupant paginas 274. ſequuntur Cantica ſacra pag. 275. Hymni p. 304. et orationes eccleſiaſticae per totum annum p. 357.

i) Praefat. *Walchii* ad tom. III. Opp. Lutheri §. X

k) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 144.

l) Ibid. n. 146.

m) Catalog. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 134.

n) Ibid. n. 148.

§. XXV.

Pſalteria Latina Helmſtadii.

Lucius. Pſalterium Davidis cum Canticis. Helmſtadii apud Jacobum Lucium 1612. 12. [o]).

§. XXVI.

Pſalteria Latina Lipſiae.

[I] Lotther. Pſalterium Davidis cum hymnis, ex originali emendatum. Lipſiae per Melch. Lotther 1560. 4. [p]).

[II] * Pſalterium emendatum cum brevibus notis. Lipſiae 1581. 8. [q]).

[III] Lamberg. Pſalterium Davidis una cum canticis. Lipſiae apud Abr. Lamberg 1589. 12. [r]).

[IV] Pſalterium juxta translationem veterem, una cum canticis, edente Erhardo Bodenſchatz. Lipſiae apud Abrah. Lamberg 1607. 12. [s]).

§. XXVII.

Pſalteria Latina Londini.

[I] Pſalterium Latinum. Londini 1535. 4. vid. Pentateuchus §. XIX.

[II] Pſalterium Latinum. Londini ap. Rich. Young 1640. 8.

§. XXVIII.

Pſalterium Latinum Lubecae.

Jauchius. Pſalterium Davidis juxta translationem veterem, una cum Canticis, Hymnis et orationibus Eccleſiaſticis. Lubecae typis et ſumptibus Samuelis Jauchii M DC. XV. 12.

Editio plenior eſt ac Gryphica, quam ſupra §. XXIV. indicavimus. Accedunt poſt indices precationes ex *Melanchthonis* locis communibus derivatae [t]).

§. XXIX.

Pſalteria Latina Lugduni. Bat.

Elſevirii. Pſalterium Davidis, ad Exemplar Vaticanum anni 1592. Lugduni apud Joh. et Dan. Elſevirios. Anno 1653. 12.

In titulo aeri inciſo tantummodo Pſalmi indicantur: adeſt vero alter titulus, qui, quae hoc volumine comprehenduntur, diſtinctius enumerat: Pſalterium

o) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 145.

p) Catalogus Biblioth. Baumgart. p. 25. n. 105.

q) *Le Long* p. 284. col. 1. C.

r) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 146.

s) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 143.

t) *J. M. Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 304.

rium Davidis, et Libri Sapientiales, id eſt, Proverbia Eccleſiaſtes, Sapientia, Eccleſiaſticus. Iuxta editionem Vulgatam Sixti V. juſſu editam [u]).

§. XXX.

Pſalteria Latina Magdeburgi.

Pſalterium Davidis, juxta translationem veterem, una cum Canticis, [I]
Hymnis et orationibus eccleſiaſticis. Magdeburgi excudebat Wolffgangus Kirchnerus.
Kirchner 1562. 12.

Accedunt huic editioni: Evangelia et Epiſtolae per omnes totius anni Dominicas et dies Feſtos, cum diſtichis Joannis Stigelii ad ſingula Evangelia Dominicalia adjectis. Magdeburgae ex officina typographica Wolffgangi Kirchneri M. D. LXII. 12. cum figuris ligno inciſis.

Pſalterium Davidis, juxta translationem veterem. Magdeburgi typis [II]
Wolffgangi Kirchneri 1568. 12. [x]).

Pſalterium Davidis. Magdeburgi 1593. 12. [III]

Pſalterium Davidis juxta tralationem veterem cum Canticis, Magde- [IV]
burgi impenſis Ambroſii Kirchneri 1597. 12. [y]).

Pſalterium Davidis juxta tralationem veterem cum Canticis. Ad uſum [V]
S. Metropolitanae Magdeburgenſis Eccleſiae. Magdeburgi apud Andream Bezelius.
Bezelium 1612. Fol. [z]).

§. XXXI.

Pſalteria Latina Norimbergae.

Pſalterium Davidis cum Canticis juxta translationem Veterem, una [I]
cum Canticis, hymnis et orationibus eccleſiaſticis. Norimbergae apud Joh. Petrejus.
Petreium 1538. 12. [a]).

Pſalterium Davidis, juxta translationem veterem, una cum Canticis [II]
hymnis et orationibus eccleſiaſticis. Norimbergae apud Joh. Petreium 1541. 12. [b]).

u) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern Vol. 6. p. 475

x) Index Biblior. Wernigerod. p. 53.

y) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 142

z) Index Biblior. Wernigerod. p. 59.

a) *Panzeri* Geſchichte der nürnb. Bibelausgaben p. 150. Bibliotheca Biblica Brunſwic.

b) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 133. *Hirſchii* millenar. II. p. 70. n. 804.

§. XXXII.

§. XXXII.

Pſalterium Latinum Wittebergae.

* Pſalterium Latinum emendatum cum brevibus notis Wittebergae 1581. Fol. [c]).

[Emendatior textus ſequitur editionem Wittebergenſem anni 1537., quae eſt ipſius *Lutheri*. Lipſienſes hanc editionem eodem anno recuſam dederunt.

§. XXXIII.

Pſalterium Lutheri.

[I] Wittebergae. * Pſalterium Translationis Veteris, Correctum. Wittemberge apud Joh. Lufft 1529. 8. [d]).

[Prima editio Verſionis Vulgatae Pſalterii a *Martino Luthero* correcta. Praefatio editioni praemiſſa eadem eſt, quae in editione verſionis germanicae anni 1531. legitur [e]).

[II] * Pſalterium Translationis Veteris. Cum nova praefatione D. Martini Lutheri. Vitembergae (1537.) 8.

[III] * Pſalterium — 1538.

Eadem editio. Praefatio: Statueram aliquoties Pſalterium denuo Latinum facere quanta poſſem proprietate. Nec omnino deſperaveram de ſcientia ſeu cognitione rerum. Sed deterruit me hactenus imperitia ſermonis, quo ita proprie redderem, ut mihi ipſi aliquantulum ſatisfeciſſe viderer. Nam in totum, ne ipſo quidem Germanico Pſalterio mihi ſatisfeci, in qua tamen lingua ut puto materna et nativa videor mihi haud paulo plus valere, quam in Latina, poſtquam acceſſit nonnulla exercitatio. — Quare omiſſo ſtudio Novi Pſalterii latino reddendi, ſuſcepi interim Vulgatum et uſitatum illud in Eccleſia Latina, quod Gallicum olim vocabant &c. [f]).

[Poſterior editio errori tribuenda eſt. Duae tantummodo proſtant editiones Wittebergenſes, quae *Luthero* adhuc ſuperſtite in Vulgus exiere. Sequuntur in fine alii Pſalmi, ſive cantica ex ſacris litteris, in eccleſiis cantari ſolita, una cum Cantico S. *Ambroſii* et *Auguſtini*, et Symbolo *Athanaſii* Epiſcopi [ff]).

[IV] Lipſiae. * Pſalterium Davidis Prophetae et Regis Hebraeorum, Veteris Translationis, Cum Martini Lutheri praefatione et Lemmatibus ac notis Adam Siberi. Lipſiae M. D. LXXIII. 8. [g]).

[Ad calcem: „Lipſiae Johannes Rhamba excudebat. Anno M. D. LXXIII.„ Diſtinguenda eſt haec editio ab alia, quae *Siberi* nomen oſtendit, ejus-

c) *Le Long* p. 284. col. 1. B.
d) *Le Long* p. 283. col. 2. D.
e) Biblioth. bibl. Brunſw. p. 57. *Palmii* deſignat. cod. p. 46.
f) *Le Long* p. 283. col. 2. D.
ff) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 6. p. 473.
g) *Le Long* p. 284. col. 1. B.

ejusque verſionem Pſalterii metricam offert. Hic primo legitur *Siberi* epiſtola nuncupatoria, metrice ſcripta, et Principibus *Joh. Roberto* et *Sigismundo Auguſto*, Ducibus Megapolitanis inſcripta; deinde Pſalmorum Davidicorum diſtributio, et 6. Diſticha *Melanchthonis*. Textus ipſe eſt ex vulgata, et ſingulis commatibus breviores ſubjiciuntur notulae [h]).

* Pſalterium Davidis. — Lipſiae 1577. 8. [i]). [V] Lipſiae.

[Editio iterata.

§. XXXIV.

Pſalterium Georgii Majoris.

* Pſalterium Davidis juxta veterem translationem repurgatum et ad Hebraicam veritatem recognitum, cum argumentis et ſcholiis breviſſimis, per Georgium Majorem, Marpurgi Lottheri 1547. 12. [k]). [I] Marpurgi.

[Circa hoc Pſalterium quam ſaepiſſime recuſum, fluctuat auctor noſter, dum modo illud ad Verſiones ex Hebraeo, modo ad editiones Vulgatae a proteſtantibus factas refert. Quale illud ſit, accurate definit *Paulus Crellius*, editoris gener, in praefatione editionis anni 1561. — Pſalmos ipſos addidi repurgatos et ad hebraicam veritatem recognitos „per reverendum et clariſſimum virum D. *Doctorem Georgium Majorem* ſocerum meum cariſſimum." Non novam itaque *Major* elaboravit verſionem, ſed vulgatam ad textum hebraicum revocavit.

Pſalterium Davidis juxta veterem translationem — per Georgium Majorem 1549. 12. [l]). [II]

Editio dubia.

* Pſalterium Davidis juxta veterem translationem — per Georgium Majorem. Lipſiae 1556. 12. [m]). [III] Lipſiae.

* Pſalterium Davidis juxta veterem translationem — per Georgium Majorem. Wittebergae 1558. 12. [n]). [IV] Witteber-gae.

Pſalterium Davidis juxta veterem — per Georgium Majorem. Wittebergae 1560. 12. [V]

Pſalterium Davidis juxta — per Georgium Majorem. Wittebergae 1562. 12. [o]). [VI]

* Pſal-

h) *Goetii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 303.
i) *Le Long* ibid.
k) *Le Long* p. 301. col. 1. B.
l) *Lorckii* deſiderata p. 33. n. 364.
m) *Le Long* ibid.
n) Id. Ibid.
o) Index Biblior. Wernigerod. p. 53.

Digitized by Google

[VII] Argentorati. * Pſalterium Davidis — per Georgium Majorem. Argentorati 1566. 12. p).

[VIII] * Pſalterium Davidis — per Georgium Majorem. 1568.

[IX] Witteber-gae. * Pſalterium Davidis — per Georgium Majorem. Wittebergae 1570. 12. q).

[X] Argentorati. Pſalterium Davidis — Georgii Majoris. Argentorati apud Joſuam Rihelium 1575. 12.

Cum praefatione *Jo. Sturmii*, et Canticis ſacris, per eundem ibidem expreſſis r).

[XI] Argentorati. * Pſalterium Davidis — per Georgium Majorem. Argentorati 1584. 8. s).

[XII] Witteber-gae. Pſalterium Davidis — per Georgium Majorem. Wittebergae apud Zachar. Lehman. 1588. 12. t).

[XIII] Argentorati. * Pſalterium Davidis — per Georgium Majorem. Argentorati 1594. 8.

[XIV] Witteber-gae. * Pſalterium Davidis — per Georgium Majorem. Wittebergae 1596. 12.

Addit auctor noſter aut potius *Boernerus*, editionem anni 1574., quae vero ab hoc opere diſtinguenda, et ad Carmina ſacra referenda eſt.

[XV] Witteber-gae. Pſalterium Davidis integrum, in quo Pſalmi octoginta tres illuſtrati ſunt argumentis et enarratione viri Reverendi et clariſſimi D Philippi Melanthonis. Vitebergae Anno M. D. LXI. 8.

Ad calcem: Vitebergae excudebat Johannes Crato. Anno M. D. LXI. Cum praefatione *Pauli Crellii*, ex qua diſcimus, *Melanchthonem* ante aliquot annos ingratiſſimo cuidam diſcipulo et hoſti ſui in ſexaginta Pſalmos commentariolos praeſcripſiſſe, quos hic publici juris facit editor, et praelectiones in aliquot Pſalmos, quos Melanchthon ante decem annos auditoribus ſuis praelegit, addit, integrum vero Pſalterium a *Georgio Majore* repurgatum recudi facit. Pſalmis I — LX. Commentariolus ſtatim ſubjectus eſt. Pſ. LXI — CIX. ſunt ſine Commentario. Pſ. CX — CXXXIV. cum commentario, qui ab illo quem *Melanchthon* 1542. praelegit, *Crucigerus* vero anno 1546. 8. edidit, diverſus eſt. Pſ. CXXII.

p) *Le Long* p. 301. col. 1. B. p. 284. col. 1. B.

q) *Le Long* ibid. Cat. Biblioth. Baumgart. p. 81. n. 136.

r) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 82. n. 138.

s) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 54. n. 322.

t) Index Biblior. Wernigerod. p. 56.

Pſ. CXXII. carmine latino redditus eſt. Reliqui Pſalmi ſine commentario. Accedit denique Lectio Pſalmorum incoepta Argeliae 13. Auguſti. a *Philippo Melanchthone* 1552. in Pſ. LI. XXXI. et XXXIV. [u]).

Pſalterium Georgii Majoris et Victorini Strigelii 1578. [x]). [XVI]

§. XXXV.

Pſalterium Luc. Oſiandri.

* Pſalterium Latinum ad Hebraicam veritatem emendatum et a Luca Oſiandro illuſtratum. Witebergae 1564. 8. [I] Wittebergae.

* Pſalterium Latinum — Witebergae 1579. 4. [y]). [II]

§. XXXVI.

P r o p h e t a e.

Daniel latine ex verſione Vulgata. Lipſiae excudebat Nicolaus Wolrab. 1543. 8. [I] Lipſiae.

Typographus Commentario Philippi *Melanchthonis*, eodem anno Wittebergae per Joſ. Klug in 8. expreſſo, dum illum iterum ſub praelum vocaret, junxit textum latinum [z]).

Jonas latine. Magdeburgi 1606. 8. [II] Magdeb.

§. XXXVII.

N. T. Latinum.

Novi Teſtamenti verſio latina Vulgata, easdem uti Pſalterium, Proteſtantium experta eſt curas. Non defuerunt, qui nudam illam Romanae Eccleſiae verſionem, qualiscunque ſit, recuſam dederunt. Alii vero, ut emendatiorem illam redderent, ſtudioſe allaborarunt. Hinc ipſarum editionum varietas. Diviſio.

N. T. Lat. Amſtelodami.

* Novum Teſtamentum Latinum Vulgatae Verſionis. Amſtelodami 1646. 24. [I] Amſtelodami.

E Catalogo Officinae Elzeviriorum recenſet Auctor editionem in indice chronologico.

* Novum Teſtamentum Latinum Vulgatae Verſionis. Amſtelodami 1670. 24. [II]

* Novum Teſtamentum Latinum Vulgatae Verſionis. Amſtelodami 1677. 24. [a]). [III]

Uu 2 §. XXXVIII.

u) G. Th. *Strobelii* Nachricht von Phil. Mel. Verdienſten um die heilige Schrift p. 35.

x) *Lorckii* deſiderata p. 39. n. 537.

y) *Le Long* p. 284. col. 1. C.

z) Strobelii Nachricht von Phil. Melanchth. Verdienſten &c. p. 62.

a) *Le Long* p. 284. col. 1. E.

§. XXXVIII.

N. T. Latinum Francofurti.

[I] * Novum Teſtamentum Latinum. Francofurti 1578. 8.

Extat in Bibliotheca Guelferbitana [b]).

[II] Novum Teſtamentum Latinum. Francofurti per Lucam Loſam Luneburgenſem ſ. a. [c]).

§. XXXIX.

N. T. Latinum Londini.

* Novum Teſtamentum Latinum, et Pſalmi tachygraphica recentiori, quam vulgus characteres adpellat, opera Joannis Rich. Londini ſ. a.

Extat Pariſiis in Bibliotheca Regia [d]).

§. XL.

N. T. Latinum Lutheri.

[I] Witteber-gae. * Novum Teſtamentum Latinum noviſſime recognitum cum praefatione Martini Lutheri. Wittebergae 1529 Fol. [e]).

[Editionem Novi Teſtamenti in forma magna jam ſupra §. XIX. indicavimus; adhaeret enim N. T. Pentateucho et libris nonnullis hiſtoricis, quorum aut verſio latina, aut potius verſionis Vulgatae emendatae editio, *Luthero* ab aliis tribuitur, ab aliis vero et fortaſſis majori jure aut *Melanchthoni* aut incerto cuidam auctori adſcribitur. Iteratae proſtant editiones minores, quas hic ſubjungimus.

[II] Novum Teſtamentum Wittembergae recognitum. Cum indice. (1529.) 8.

In ornamentis, quae marginem tituli ornant, apparet nota anni 1529.: ſed neque in fronte, neque in fine ullum cernitur aut typographi aut loci aut anni indicium. Interim Novum Teſtamentum hoc cum illo, quod 1529. in forma magna prodiit, quam maxime conſentire, quam certiſſime conſtat. Praemittitur *Martini Lutheri* praefatio Novi Teſtamenti germanice verſi, editionibus annorum 1522. et 1524. praefixa, latine verſa, quae verbis finitur: „ad eundem etiam modum „Epiſtolae Pauli et Petri tribus reliquis Evangeliſtis, quos ſimiliter excellunt, „ſunt praeponendae.„ Excipit praefationem Catalogus librorum Novi Teſtamenti: Quatuor Evangeliſtae et Acta Apoſtolorum: Praefatio Lutheri in Epiſtolam ad Romanos, latine verſa, et quidem diverſa ab illa, quam *Juſtus Jonas* jam 1523: emiſerat; Epiſtolae Pauli, una cum Epiſtola ad Hebraeos; Epiſtolae Jacobi, Petri, Johannis, Judae et Apocalypſis: Index denique Pericoparum Evangelicarum et Epiſtolicarum in dies Dominicos et feſtivos. Quae vero editio

b) *Le Long* index chronol.
c) Index Sotomajoris.
d) *Le Long* p. 284. col. 2. A.
e) *Le Long* p. 284. col. 1. D.

editio tempore ſit prior, illae in forma majori an haec in minori, anceps eſt diſceptatio f).

Novum Teſtamentum Correctum. Wittebergae Nico. Schir. 1536. 8. [III]
Ad calcem: Impreſſum Wittembergae per Nicolaum Schirlentz. 1536. Editio praecedenti in omnibus reſpondet g).

* Teſtamentum novum noviſſime correctum et recognitum. Praeterea [IV]
ſcripturae concordantiis undique in marginibus accurate illuſtratum. Baſileae Baſileae.
Anno M. D. XXXVII. 8

[Ad calcem legitur: Baſileae apud Bartholomaeum Weſthemerum et Nicol. Brylingerum. Anno M. D. XXXVII. 8. Editionem ante aliquot annos deſcripſimus. Textus idem eſt ac in ſuperioribus editionibus: acceſſerunt vero nonnulla, quibus haec ab antiquioribus diſtinguitur, nimirum Elenchus capitum quatuor Evangeliſtarum; vita trium Evangeliſtarum, Marci, Lucae et Johannis ex *Hieronymo*; et ad calcem: De libris utriusque Teſtamenti, partim rejectis, aut non ſine contradictione admiſſis, partim apocryphis. Ex *Athanaſio*, *Eraſmo Roterodamo* interprete. Addit Auctor noſter huic editioni iteratam Londinenſem Anni 1540. 4., quae vero ab hac differt. Londini prodiit *Delonii* verſio Novi Teſtamenti Latina. vid. Cap. III. Sect. II. §. XXVIII.

Novi Teſtamenti editio poſtrema, ex noviſſima recognitione D. D. Martini Lutheri, praefationibus et ſcholiis ejusdem illuſtrata, cum indice Epiſtolarum et Evangeliorum tam dominicalium, quam praecipuorum feſtorum in fine adjecto. Francofurti, ex officina Petri Brubach. 1554. 8. [V] Francofurti.
Adeſt quidem praefatio *Lutheri*, uti in ſuperioribus editionibus; ſed ab initio nonnullae periodi omiſſae ſunt, uti et in poſterioribus Novi Teſtamenti germanici editionibus factum eſt h).

Novi Teſtamenti editio poſtrema — Francofurti ex officina haered. Petri Brubach. 1570. 8. [VI]
Editio ultima. In hiſce editionibus Francofurtanis Lutheri nomen in fronte exhibetur; ſed quo jure hoc fiat, ex iis patet, quae ſupra §. XIX. ab utraque parte diſputata, expoſuimus.

§. XLI.

N. T. Latinum Mutheſii.

* Novi Teſtamenti verſionis Vulgatae correctae ad normam libri con- [I]
cordiae, cum additionibus locorum communium paraphraſticis, et explica- Francofurti.

f) *Meenii* Nachricht von einer ganz unbekant gewordenen Ausgabe der lateiniſchen Verſion des N. T. in Novis Actis Hiſtor. Eccleſ. vol. X p. 1096 - 1125. Hamb. Nachr aus dem Reiche der Gelehrſamkeit 1765. num. 72. p. 572. Samlung von Alten und Neuen theol Sachen. Früh aufgeleſene Früchte. 1741. p. 48. *Goezii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 302. Beyträge zu den Hamb. Nachrichten. 1774. n 50. 51. p. 393.

g) *Goezii* Verzeichnis p. 129.

h) *Joh. Vogtii* catal. libr. rar. p. 668. Samlung von Alten und Neuen Theol. Sachen 1737. p. 640. Acta Hiſtorico-Eccleſiaſt. vol. 5. p 521.

tione locorum controverſorum genuina. Pars prima et ſecunda, continens Evangelia quatuor Matthaei, Marci, Lucae, Johannis et Acta Apoſtolorum &c. Filo Dnn. Hunnii, Mylii, Rungii, Brentii, Chemnitii, tum ſi qua opus fuit, verae doctrinae hoſtium, deducta et agglomerata a Zachario Mutheſii theol. Vinarienſi, ad Electorem Ducesque Saxoniae modernos. Iuſſu et ſumptu Zachariae Palthenii V. I. D. typis aereis primum exſcripta. Anno M. DC. XI. 4. [i]).

[Per errorem typographicum ab Auctore noſtro editor vocatur *Matheſius*; aut ſi mavis nomen *Matheſii*, quam *Mutheſii* ei notius fuit. Confunditur quoque *Mutheſius* verbi divini apud Brembacenſes ſub dioeceſi Vinarienſi, cum alio *Zacharia Mutheſio* Ienenſi, annó 1597. ad ſuperos evocato. Editor N. T. qui jure Iunior dicendus, et fortaſſis *Mutheſii* Ienenſis filius fuit, ſiquidem in Academia Ienenſi patria per quinquennium vixit, in proprios uſus Novum Teſtamentum deſcripſit, variisque e ſcriptis, quae ad manus fuerunt, annotationes ad marginem adjecit. Textum deſumſit ex Bibliis Tubingenſibus, quae verſionem uſitatam et vulgarem ita retinent, ut ſimul emendent, ſi quid in illa minus recte redditum occurrat; quo *Lucae Oſiandri* Senioris Biblia latina innuuntur. Annotationes ex Exegetarum iſtius temporis ſcriptis deſumta ſunt. Secunda pars titulum oſtendit: „Novi Teſtamenti, verſionis Vulgatae, correctae, ad normam „Libri Concordiae, cum additionibus locorum communium paraphraſticis, et „explicatione locorum controverſorum genuina. Pars ſecunda. Continens Epi„ſtolas Pauli XIII. Petri II. Joannis III. Jacobi I. Judae I., et Apocalypſin. Filo „Dnn. Hunnii, Mylii, Rungii, Brentii, Chemnitii: tum ſi qua opus fuit, verae „doctrinae hoſtium, deducta et agglomerata. A Zacharia Mutheſio, Theol. Vi„narienſi. Ad Electorem, Duceſque Saxoniae modernos. Cura et ſumptu Za„chariae Palthenii V. I. D. Francofurt. Typis aereis primum exſcripta. Anno „M. DC. XI.„ Inter rariores quin et rariſſimos refertur hoc Novum Teſtamentum libros, quippe quod non ſumptibus Bibliopolae, ſed privatis *Palthenii* impenſis expreſſum eſt [k]).

[II] * Notae exegeticae et paraphraſticae, in univerſum Jeſu Chriſti Teſtamentum novum, quibus, non ſolum obſcura explanantur, dubia diſcutiuntur, controverſa deciduntur, ſed et Loci Communes e textu eruuntur, ut tam praxi, quam Theoriae plurimum adferant adjumenti. Olim a Zacharia Mutheſio, Theologo Saxonico - Vinarienſi nominatiſſimo, e ſcriptis celeberrimorum Auguſtanae Confeſſionis Theologorum concinnatae, dudumque deſideratae, nunc demum in lucem protractae orbique literario communicatae. Francofurti, apud Petrum Haubold Anno 1656. 4. [l]).

[Eadem editio ac praecedens, cum novo titulo. Pars ſecunda eundem ſervavit titulum et anni notam e ſuperiori editione [m]).

§. XLII.

i) *Le Long* p. 284. col. 1. E.

k) Conf. *Goetii* Verzeichnis ſeiner Bibelſaml. p. 124. *Vogtii* catalog. libr. rar. p. 670. *Aug. Beyeri* Arcan. Biblioth. Dreſdenſ. p. 19. *Joh. Fabricii* hiſtoria biblioth. part. 3. p. 349.

l) *Le Long* ibid.

m) *J. B. Riedereri* Nachrichten zur Kirchen - Gelehrten - und Bücher - Geſchichte vol. 1. p. 286.

§. XLII.

N. T. Latinum Hammondi.

* Novum Teſtamentum Domini Noſtri Jeſu Chriſti ex verſione Vulgata cum paraphraſi et annotationibus Henrici Hammondi. Ex Anglica lingua in latinam transtulit, ſuis animadverſionibus illuſtravit, caſtigavit, auxit Joannes Clericus. Amſtelodami apud Georgium Galletum MDCXCVIII. Fol. n). [I] Amſtelodami.

[*Henricus Hammondus*, Anglus, primo novam e graeco condere verſionem anglicanam, eamque paraphraſi et annotationibus illuſtrare ſtatuerat. Verum ipſe poſtea conſilium mutavit, et verſionem Eccleſiae Anglicanae retinuit. Sic prodiit opus anglice „A Paraphraſe and annotations upon all the Books of tho „New Teſtament, briefly explaining all the difficult Places Thereof. 1653. et „locupletius A. 1659. Paraphraſin vero et annotationes *Joannes Clericus* in linguam latinam transtulit, et in locum Verſionis Anglicanae, Verſionem Latinam Vulgatam ſubſtituit; et cum Auctorem multis in locis refutavit, ſcriptum prodiit in defenſionem *Hammondi:* „The reverend and learned Dr. Hammond and his „paraphraſe and annotations on the new Teſt. vindicated. A. 1699. cui *Clericus* in nova reſpondet editione o).

Novum Teſtamentum — Henrici Hammondi — Joannes Clericus Amſtelodami apud Georgium Galletum. MDCC. Fol. p). [II]

Eadem editio.

Novum Teſtamentum Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex verſione vulgata, cum paraphraſi et annotationibus Henrici Hammondi. Ex Anglica Lingua in Latinam transtulit, ſuisque animadverſionibus illuſtravit, caſtigavit, auxit Joannes Clericus Editio ſecunda multo emendatior, et adjectis ex editione gallica novi Teſtamenti, annotationibus ſelectis aliisque auctior. Francofurti apud Thomam Fritſch. MDCCXIV. Fol. [III] Francofurti.

Editio ſecunda, quae quamvis nomen Francofurti oſtendit, revera Lipſiae exſcripta eſt. Multorum in ſe concitavit hoc opere *Clericus* animos, quapropter defenſionem ſcripſit in Epiſtola decima, Volumine tertio Artis Criticae q).

§. XLIII.

N. T. Latinum Criſpini.

Novum Teſtamentum latine ad graecorum exemplarium fidem, ad veterum et ipſius Eraſmi verſionem, nec non et Tigurinam editionem aliorumque Genevae.

que

n) *Le Long* p. 284. col. 1. E.

o) Acta Eruditor. Lipſ. A. 1699. p. 5. A. 1700. p. 362. Nachrichten von einer hall. Biblioth. vol. 7. p. 128.

p) Index Biblior Wernigerod. p. 61.

q) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 8. p. 203. *Mich. Lilienthalii* exeget. Biblioth. p. 576. *Alethaei* Bericht von den Commentariis part. 3. 98. Acta eruditorum germanica vol. 1. p. 976. vol. 3. p. 495. *Walchii* Biblioth. exeget. p. 611. *Niceronii* Nachrichten von berühmten Gelehrten vol. 22. p. 275.

que latinorum codicum interpretationem recognitum, cum lectionibus diverſis, collectis ex variis graecorum exemplaribus, et ephemeride hiſtorica ſeu calendario: Ex officina Joannis Criſpini 1552. 12. r).

§. XLIV.

Partes N. T. latine.

* Evangelium Marci. Baſileae. Oporini. 1552. 8. s).

§. XLV.

Recenſitis haſtenus editionibus latinis Proteſtantium curis evulgatis, ſubjicimus breviorem latinorum editionem, quae vel textum authenticum, vel verſionum aliquam ad latus ſiſtant recenſionem. Plurimae, quae hic in cenſum veniunt, vel ſupra jam deſcriptae ſunt, vel alio tempore delineandae veniunt: ſilentio tamen, quia Latinae ſunt, nobis non ſunt praetermittendae.

§. XLVI.

Vulgata cum T. H. polygl.

[I] Waltoni. * Biblia Latina Vulgata in Polyglottis Anglicanis. Londini 1657. Fol.
[In edendo opere *Waltonus* non illam Vulgatam, quae in Polyglottis Antwerpienſibus legitur, iterum expoſuit, ſed illam ſecundum *Sixti* V. et *Clementis* VIII. editionis emendatam, et per *Lucam Brugenſem* aliosque a multis errorum millibus repurgatam textui ſacro adjecit t).

[II] Wolderi. * Biblia Latina Vulgata in Polyglottis Wolderi. Hamburgi 1596. Fol.
[Vulgata hic procedit ex recognitione et emendatione *Roberti Stephani*, eamque *Wolderus* ex editione Francofurtana anni 1591. exſcribi curavit u).

[III] Draconitides. * Geneſeos Patriarchae ſex, Latine. Doctor Johannes Draconites. Vittebergae 1563. Fol.
[Quinque tantummodo Geneſeos capita priora hac opella exhibentur.

[IV] * Pſalterium Latine. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae 1563. Fol.
[Primus et ſecundus Pſalmus ſub hoc titulo apparet.

[V] Jeſaias Propheta. Latine. Doctor Johannes Draconites. Lipſiae 1563. Fol.
[Septem priora prophetiae capita.

[VI] * Malachias Propheta Latine. Doctor Johannes Draconites. Lipſiae 1564. Fol.

[VII] * Micheas Propheta Latine. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae 1565. Fol.

[VIII] * Zacharias Propheta Latine. Doctor Johannes Draconites. Vitebergae 1565. Fol.

[Ia

r) *Mattaire* annal. typogr. tom. 3. part. 2. p. 607.
s) *Le Long* p. 284. col. 2. A.
t) v. Part. I. Cap. III. §. VI.
u) Ibid. §. IX.

[In hiſce editionibus Vulgata verſio textui ſacro aliisque verſionibus jungitur.] Edidit quidem ſimili prorſus modo Salomonis Proverbia, et Ioelis Prophetiam, verum illis *Philippi Melanchthonis*, huic vero novam addidit verſionem [x]).

• Biblia ſacra Latine. Eliae Hutteri Germani. Norimbergae 1599. Fol. Hutteri. [IX]
[A libro Geneſeos usque ad librum Ruth.

• Geneſis Latine. Eliae Hutteri Germani. Norimbergae 1601. 8. [X]

• Eſaias Latine. Eliae Hutteri Germani. Norimbergae 1601. 4. [XI]

Malachias Latine. Eliae Hutteri Germani. Norimbergae 1600. 4. [XII]

• Malachias Latine. Eliae Hutteri Germani Norimbergae 1601. 4. [XIII]
[Eadem quidem in utraque editione eſt Vulgata, ſed ipſae editiones numero Verſionum expreſſarum diſtinguuntur.

• Pſalterium Latine. Eliae Hutteri Germani. Norimbergae 1602. 8. [XIV]

• Pſalterium Latine — Amſtelodami 1615. 8. [XV]

Specimen Pſalterii harmonici. Eliae Hutteri. Norimbergae 1602. 8. [y]). [XVI]

Geneſeos tria capita priora Latine, Petri Artopaei. Baſileae 1545. 8. [z]). Diverſorum. [XVII]

Decalogus latine, ſtudio Johan Claſi. Witteb. 1572. 8. [XVII] b.

Decalogus latine — Claſi Witteb. 1587. 8.

Decalogus latine — Claſi Witteb. 1594. 8.

Decalogus latine — Claſi Witteb. 1597. 8.

Decalogus latine, Henrici Ammerbachii, Magdeburgi 1689. 4.
[Vide de hiſce editionibus inter polyglotta [a]).

Decalogus latine Ienae 1692. 12. [b]).

• Ruth. Libellus hiſtoricus, Latine. M. Conradi Neandri. Vitebergae 1592. 8. [c]). [XVIII]

• Threni Hieremiae, Latine ex duplici Verſione S. Hieronymi et Sebaſtiani Munſteri. Baſileae 1552. 8. [XIX]
[Verſio *Hieronymo* adſcripta eſt ipſa Vulgata [d]).

• Jeſaias Propheta, Latine, ex duplici interpretatione Hieronymi et Munſteri. Baſileae per Henrichum Petrum 4. ſ. a. [e]). [XX]

• Obadias Latine. Lud. Mich. Crocii. Bremae 1673. 4. [f]). [XXI]

Jonas

x) Ibid. §. X.
y) Ibid. § XI.
z) Ibid. §. XIV. n. 3.
a) Ibid. §. XV.
b) Ibid. §. XL. n. 10.
c) Ibid. §. XVII.
d) Ibid. §. XVIII. n. 1.
e) Ibid. §. XX.
f) Ibid. §. XXIII. n. 2.

[XXII] Jonas Propheta et Pſ. I. Latine. Petri Artopaei. Baſileae 1543. 8. [g]).

[XXIII] Jonas Propheta et Pſalmi XV. Latine. Petri Artopaei. Baſileae 1545. 8. [h]).

[XXIV] Jonas Latine. Helmſtadii 1580. 8. [i]).

[XXV] * Jonas Latine. Magdeburgi 1607. 8. [k]).

[XXVI] * Pſalterium trilingue. Petri Artopaei. Baſileae 1545. 8. [l]).

Artopaei. [XXVII] * Pſalterium Prophetae Davidis. Petri Artopaei. Baſileae 1548. 8.

[Utraque editio Verſionem habet Vulgatam, cum textu Hebraico et Graeco [m]).

[XXVII] b. Pſalmi XII. lat. Bremae 1614. 8. [n]).

[XXVIII] Pſalmi VII. poenitentiales. Friderici Balduini. Wittebergae 1608. 8.

Balduini. [XXIX] Pſalmi VII. poenitentiales — Wittebergae 1621. 8. [o]).

[XXX] Pſalmus XCI. latine. Wittebergae 1599. 8. [p]).

§. XLVII.

Vulgata c. T. H.

[I] * Pſalterium Hebraeo-Latinum. Baſileae 1569. 8. [q]).

Baſileae. [II] Canticum Canticorum ex Vulgata cum textu hebraeo, et verſionibus Latinis et commentario Caſpari Heuniſchii. Lipſiae 1688. 4. [r]).

Lipſiae.

§. XLVIII.

Vulgata c. T. G. N. T. polygl.

[I] * Novum Teſtamentum Latine, Eliae Hutteri Germani Norimbergae 1599. Fol.

Hutteri. [In opere Dodecaglotto [s]).

[II] * Novum Teſtamentum Latine. Eliae Hutteri Germani Norimbergae 1602. 4.

[In opere tetraglotto [t]).

[III] * Novum Teſtamentum Latine. Eliae Hutteri Germani Amſtelodami 1615. 4. [u]).

* No-

g) Ibid. §. XXIV. n. 2.
h) Ibid. n. 3.
i) Ibid. n. 4.
k) Ibid. n. 5.
l) Ibid. §. XXVII. n. 7.
m) Ibid. n. 8.
n) v. inter Polyglotta Part. I. c. III. §. 30. n. 2.
o) Ibid. §. XXXI. n. 4. 5.
p) Ibid. §. XXIX. n. 1.
q) v. Part. I. Cap. I. Sect. III. §. XXV. n. 3.
r) Ibid. §. XXXV. n. 8.
s) v. Part. I. Cap. III. §. XI. n. 9.
t) Ibid. n. 13.
u) Ibid. n. 14.

* Novum Teſtamentum Latine. Briani Waltoni Londini 1698. Fol. [IV] Waltoni.
[Vulgata ex editione Sixtino-Clementina, in opere polyglotto [x]).

* Novum Teſtamentum Latine. Eilhardi Lubini. Roſtochii 1614. 4. [V] Lubini.

* Novum Teſtamentum Latine. Eilhardi Lubini. Amſtelodami 1614. 4. [VI]

* Novum Teſtamentum Latine. Eilhardi Lubini. Amſtelodami 1617. 4. [VII]

* Novum Teſtamentum Latine. Eilhardi Lubini. Roſtochii 1626. 4. [VIII]
[Una eademque editio Novi Teſtamenti triglotti [y]).

* Quatuor Evangelia Latine. Joannis Claji. Lipſiae 1610. 8. [z]). [IX] Claji.

* Evangelium Matthaei, Latine. Henrici Kellermanni. Moſcuae 1712. [a]). [X] Kellermann.

* Epiſtola Pauli ad Galatas Latine Bremae 1614. 8. [b]). [XI] Bremae.

§. XLIX.

Vulgata c. T. Gr. N. T.

* Novum Teſtamentum Latine. Iac. Stoer. Genevae 1609. 12. [c]). [I] Genevae.

* Novum Teſtamentum Latine. Iac. Stoer. Genevae 1625. 16. [d]). [II]

* Novum Teſtamentum Latine. Pauli Stephani 1617. 12. [e]). [III]

* Novum Teſtamentum Latine. Rechenbergii. Lipſiae 1709. 24. [f]). [IV] Lipſiae.
[Quatuor editiones textui ſacro jungunt Vulgatam.

* Joannis Pricaei Commentarii in N. T. Londini 1660. Fol. [g]). [V] Londini.

* Evangelium Johannis graece et Latine. Baſileae 1547. 8. [h]). [VI] Baſileae.

* Epiſtola Pauli ad Galatas graece et Latine. Bremae 1612. 8. [VII] Bremae.

§. L.

Vulgata cum Textu Gr. et nova Verſ.

Novum Teſtamentum ex Vulgata cum Textu Graeco et nova Verſione Eraſmi Schmidii. Norimbergae 1658. Fol. [k]). [I] Schmidius.

Novum Teſtamentum ex Vulgata et verſione Theodori Bezae cum textu graeco Henrici Stephani 1565. Fol. [l]). [II] Beza.
[Textus Vulgatae in hiſce editionibus eſt Stephanianus, ex editione anni 1556. derivatus.

Xx 2 Novum

x) Ibid. §. XXXIII.
y) Ibid. §. XXXV.
z) Ibid. §. XXXVI. n. 1.
a) Ibid. n. 2.
b) Ibid n. 4.
c) v. Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XV. n. 1.
d) Ibid. n. 2.
e) Ibid. n. 3.
f) Ibid. n. 4.
g) Ibid. §. XLVIII.
h) Ibid. §. XLIX.
i) Ibid. §. LI.
k) Cap. III. Sect. II. §. VI.
l) v. Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XXXVI. n. 1.

[III] Novum Teſtamentum ex Vulgata et verſione Theodori Bezae cum gr. textu. Genevae Henrici Stephani 1582. Fol. [m]).

[IV] Novum Teſtamentum ex Vulgata — Henrici Stephani 1589. Fol. [n]).

[V] Novum Teſtamentum ex Vulgata et Verſione Th. Bezae cum textu graeco Genevae. Haeredes Euſtat. Vignon 1598. Fol. [o]).

[VI] * Novum Teſtamentum Latine. Genevae Iacobi Stoer. 1588. Fol. [p]).

[VII] * Novum Teſtamentum Latine. Cantabrigiae 1642. Fol. [q]).

[VIII] * Novum Teſtamentum Latine. Henrici Stephani 1580. 8. [r]).

[Minores editiones *Bezaeanae* non omnes conjungunt Verſionem Vulgatam cum nova verſione et Textu Graeco.

[IX] * Novum Teſtamentum Latine. Apud Johannem Vignon 1611. 8. [s]).

[X] Eraſmi Rot. * Novum Teſtamentum ex Vulgata et Verſione Eraſmi Roterod. cum textu gr. Baſileae. Frobenii 1542. Fol. [t]).

[XI] * Novum Teſtamentum ex Vulgata — cum textu gr. Lipſiae 1542. 8. [u]).

[XII] Balduino. Novi Teſtamenti libri hiſtorici Latine ex Verſione Vulgata, cum Textu Graeco. Adornante Balduino Walaeo. Lugduni 1653. 4. [x]).

[XIII] * Novi Teſtamenti libri hiſtorici. Adornante Balduino Walaeo. Amſtelodami 1662. 4. [y]).

§. LI.

Vulgata cum verſione graeca.

* Pſalterium ex Vulgata cum graeco Textu. Baſileae Nicolai Brylingeri 1549. 16. [z]).

§. LII.

Vulgata cum Verſ. lat. Proteſtant.

[I] Tigurina. * Biblia ex verſione Vulgata cum Verſione Tigurina. Roberti Stephani 1545. 8. [a]).

[II] Biblia ex verſione Vulgata — Roberti Stephani 1565. 8. [b]).

[III] * Biblia ex verſione Vulgata cum verſione Tigurina. Salmant. 1584. [c]).

* Biblia

m) Ibid. n. 2.
n) Ibid. n. 3.
o) Ibid. n. 4.
p) Ibid. §. XXXVII. n. 1.
q) Ibid. n. 2.
r) Ibid. § XXXVIII. n. 3.
s) Ibid. n. 6.
t) Part. I. Cap. II. Sect. II. §. XX.
u) Ibid. §. XXVI. n. 1.
x) Ibid. §. XLVI. n. 1.
y) Ibid. n. 2.
z) Part. II. Vol. II. n. LXXXVII. n. 3.
a) Cap. III. S. I. §. VIII. n. 1.
b) Ibid. n. 2.
c) Ibid. §. IX. n. 1.

* Biblia ex verſione Vulgata cum verſione Tigurina. Hanoviae 1605. 4. [d]). [IV]

Ruth ex verſione Vulgata cum novą verſione J. Druſii. Franeckerae 1586. 4. [e]). [V] Druſius.

* Pſalterium ex verſione Vulgata cum verſione Tigurina. Pariſiis 1546. 8. [f]). [VI]

Eſaias ex verſione Vulgata cum nova Verſione Huldrichi Zuinglii. Tiguri 1529. Fol. [g]). [VII]

* Novum Teſtamentum ex Vulgata cum nova verſione Theodori Bezae. Roberti Stephani 1556. Fol. [h]). [VIII]

§. LIII.

Vulgata cum Paraphraſ. Eraſmi.

Novum Teſtamentum ex Vulgata cum Paraphraſi Eraſmi Roterod. in N. T. Lugduni Batavorum 1705. F. [i]).

In operibus Eraſmi a *Johanne Clerico* procuratis tom. VII.

§. LIV.

Vulgata cum pluribus Verſionibus.

* Liber Pſalmorum cum translationibus quatuor, et paraphraſibus duabus, e regione ſic poſitis, ut verſus verſui pulchre reſpondeat. Interpretes ſunt, Auctor editionis Vulgatae. D. Hieronymus. Felix Pratenſis. Sebaſt. Munſterus. Paraphraſtae. Auctor Chaldaeus, Joannes Campenſis. D. Auguſtinus: utile eſt varias translationes conferre, unam familiarem retinere: ut ex ipſa Colliſione multarum uberior veritatis Lux emicet. Argent. 1545. 8.

[Recenſet Auctor noſter inter Polyglotta Pſalterium titulo vere ſingulari: „Pſalterium Hebraice, Graece, et Latine ad veterum exemplarium fidem „per Petrum Artopaeum emendatum et explicatum, cum Felicis Pratenſis in„terpretatione et Joannis Campenſis paraphraſi, additis aliquot doctiſſimorum vi„rorum correctionibus. Baſileae typis Henrici Petri 1545. 8. [k]).„ Quibus editionem *Petri Artopaei*, quae eſt polyglotta, et hanc mere latinam, ita confudit, ut titulus nulli conveniat. Inter editiones a Proteſtantibus procuratas recenſet ille hanc editionem Argentoratenſem [l]), ad cujus calcem typographus nominatur: „Argentorati ex officina Knoblochiana per Georgium Machaeropoe„um, menſe Martio anno 1545.„ Quae in hoc opere conjunguntur verſiones Latinae in ipſo rubro indicantur. Vulgata et Verſio Hieronymi ſibi folio primo

d) Ibid. n. 2.
e) Cap. III. S. I. §. LIX. n. 1. 2.
f) Ibid. §. LXX. n. 18.
g) Ibid. LXXXVII. n. 11.
h) Cap. III. Sect. II. §. XIV.
i) Cap. III. Sect. II. §. LVIII. n. 6.
k) *Le Long* p. 43. col. 2. A.
l) Idem p. 284. col. 1. A.

mo e regione collocantur, quibus verſio *Auguſtini Juſtiniani* e Chaldaico contextu ſubjicitur. In folio ſecundo apparent Verſiones *Felicis Pratenſis*, et *Sebaſt. Munſteri*, dum marginem inferiorem paraphraſis *Campenſis* occupat m).

§. LV.

B. Lat. cum Verſione german.

[I] Eberi. * Biblia Latina Vulgatae editionis a Paulo Ebero correcta, ſeu interpolata, quibus adjecta eſt Germanica Lutheri verſio Witebergae 1565. 4. X. Vol.

Paulus Eberus Vulgatam ſic reformavit, ut verſio plane alia, quam novantiquam dicere poſſis, enata inde fuerit n).

[Inſcribitur opus: Biblia germanico Latina. Uff Churfürſtlichen Sechſiſchen Befehl gedruckt zu Vittenberg. Cum gratia et Privilegio. Anno M. DLXV. Ad calcem Novi Teſtamenti notatur: Witebergae excuſa typis Johannis Suuertelii et finita anno Chriſti M. D. LXV. gedruckt zu Witteberg, durch Johann Schwertel und vollendet im jar Chriſti 1565." Princeps Elector *Auguſtus* cum adhuc linguam latinam addiſcere geſtiret, eamque potius e ſacra ſcriptura quam e gentilium ſcriptis ſibi familiarem reddere optaret, Theologis Wittebergenſibus, quorum in numero tunc *Paulus Eberus* et *Georgius Major* erant facile principes, ut Biblia germanico-latina, eum in finem pararent, mandato praecepit; qui, quo opus Principis intentioni reſponderet, latinam vulgatam verſioni germanicae cum textu authentico reſpondenti conformarunt. *Eberus* inprimis de Veteri Teſtamento, *Georgius Major* vero de Novo Teſtamento occupatus fuit, atque hunc in finem Novum Teſtamentum Latinum Wittebergae anno 1529. evulgatum §. XL. in ſubſidium vocavit. Quibus acceſſit *Paulus Crellius*, qui Regiſtrum biblicum, quod ſeorſim prodiit, elaboravit. Integrum opus biblicum in decem volumina diſtinctum eſt; utraque verſio ſibi accurate diſtinctis verſiculis oppoſita eſt. Accedunt praefationes ſingulorum librorum, ut et marginalia ex editione germanica anni 1550. utraque lingua. Singulis libris ſpecialis data eſt tituli pagina, in cujus pagina averſa imago Electoris conſpicitur, qui viginti millia florenorum hiſce Bibliis inprimendis conſecravit o).

[II] * Biblia Latina Vulgata a Paulo Ebero interpolata et recuſa etiam cum verſione germanica Mart. Lutheri, ſtudio Pauli Crellii. Wittebergae 1574. 4. X. Vol. p).

[Inſcribitur uti antiquior editio: Biblia germanicolatina. Uff Churfurſtlich Sechſiſchen Befehl gedruckt zu Witteberg. Cum gratia et privilegio. Anno M. D. LXXIIII, Et ad calcem: „Vitebergae excuſa typis Johannis Cratonis et finita anno Chriſti M. D. LXXIIII. Gedruckt zu Wittenberg durch Johan

m) *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 7. p. 287. Catal. Biblioth. Bunav. tom. 1. p. 17.

n) *Kortholtus* de variis ſ. ſcripturae editionibus cap. 15. §. 21. *Le Long* p. 281. col. 2. D.

o) *Joh. Alb. Fabricii* centifol. Lutheran. p. 163. Index Biblior. Wernigerod. p. 53. *Goezii* Fortſetzung des Verzeichn. ſeiner Bibelſaml. p. 92. *Walchii* biblioth. exeget. p. 74. *Joh Frid. Meyeri* hiſtoria verſionis germ. bibl. Lutheri p. 73.

p) *Le Long* p. 282. col. 1. B.

han Kraft, und vollendet im Jar Chriſti 1574." Conſtat editio uti antiquior non novem, ſed decem voluminibus, eique omni ex parte eſt ſimilis, ut et epiſtola nuncupatoria Principi *Alexandro* inſcripta ex priori editione ſervata ſit. Poſt mortem *Eberi* anno 1569. *Paulus Crellius* ſecundam editionem procuravit, quae in appendice germanice ſcripta ab ipſo priori emaculatior ſalutatur, majori enim cura haec poſterior a mendis typographicis liberata eſt: quo *Hagemannus* inductus *Paulum Crellium* et *Georgium Majorem* editionem ſecundam verſionis latinae, quam *Eberus* e verſione germanica compoſuerit, emendatiorem procuraſſe, ſcribit. Verum nec *Eberus* novam condidit verſionem Latinam, nec *Georgius Major Crellio* in edendo opere adfuit; nec ipſa verſio Latina in editione poſteriori mutata aut emendata eſt q).

* Pſalterium Latino-germanicum Francofurti ad Moenum 1561. 4. r). [III]
[Verſioni Vulgatae ad textum Hebraicum revocatae juncta eſt verſio Germanica Lutheri noſtri. Pſalteria.

* Pſalterium Latino-germanicum Lipſiae 1566. Fol. [IV]
[Recenſet Auctor editionem in Indice chronologico. Extat Exemplar editionis in Bibliotheca publica Francofurti ad oderam.

Pſalterium Davidis. Der Pſalter Davids (Erfordiae) M. D. LXXXIIII. 4. [V]

Ad calcem: "Erffordiae excud. Eſaias Mechlerus, impenſis G. L. D. M. D. LXXXIIII." *Lutheri* praefatio praemittitur latine et germanice in columnis ſibi oppoſitis. Simili modo duplex textus expreſſus eſt s).

Pſalterium Latino-germanicum. Lipſiae 1611. 8. t). [VI]

§. LVI.

Vulgata cum Verſ. Gallica.

* Biblia Latina Vulgata cum verſione Gallica Genevenſium. Genevae Petri Chouet. 1645. 4. [I] Genevae.

* Novum Teſtamentum Latine cum verſione Gallica. Genevae 1591. 8. [II]

§. LVII.

Vulgata cum Verſ. Anglic.

* Novum Teſtamentum Latine ex Vulgata et anglice. Londini 1538. 4. [I] N. Teſtam.

* Novum Teſtamentum Latine ex Vulgata et anglice. Londini Grafton 1539. 8. [II]

* Novum Teſtamentum Latino-anglicum per C. Horle. Londini 1659. 12. [III]

§. LVIII.

q) *Joh. Georg. Hagemanni* Nachrichten von den fürnehmſten Ueberſ. der h. S. p. 236. *Baumgartenii* Nachrichten von merkw. Büchern vol. 5. p. 300.

r) *Le Long* p. 284. col. 1. B.

s) *Goezii* Verzeichn. ſeiner Bibelſ. p. 124.

t) Catal. Biblioth. Baumgart. p. 50. n. 260.

Digitized by Google

§. LVIII.

Vulgata cum Verſ. antiqu. occident.

[I] Pſalterum. * Pſalterium Davidis Latino-Saxonicum vetus a Johanne Spelmanno D. Henr. Fil. editum e vetuſtiſſimo exemplari MS. in Bibliotheca ipſius Henrici, et cum tribus aliis non multo minus vetuſtis collatum. Londini excudebat R. Badger. impenſis Phi. Stephans et Ch. Meredith. 1640. 4.

Textus Saxonicus accurate Latinum Textum exprimit.

[II] Evang. IV. * D. N. Jeſu Chriſti SS. Evangelia ab Ulfila Gothorum in Moeſia Epiſcopo circa annum a nato Chriſto CCCLX. ex Graeco Gothice tranſlata, nunc cum parallelis Verſionibus Saxo-Gothica, Norraena, ſeu Islandica et Vulgata Latina edita. Stockholmiae, typis Nicolai Wankif Regii Typogr. Anno ſalutis M. DC. LXXI. 4.

Verſiones in foliis e regione ita diſponuntur, ut folii primi columna prima textum Gothicum, ſecunda Islandicum, et folii ſecundi prima columna Svethicum et ſecunda Vulgatam Latinam exhibeat.

§. LIX.

Appendices.

[I] Evangelia et Epiſtolae, quae annuatim ſecundum ritum veteris Eccleſiae in templis leguntur. Norimbergae apud Georgium Wachterum M. D. XLII. 12.*)

[II] Evangelia et Epiſtolae per omnes totius anni Dominicas et dies feſtos cum diſtichis Johannis Stigelii ad ſingula Evangelia Dominicalia adjectis. Magdeburgae ex officina typographica Wolfgangi Kirchneri M D. LXII. 12.

Appendicis loco hic adjicimus editiones Pericoparum Evangelicarum et Epiſtolicarum, quarum longe plures ſunt, ex quibus tamen binas nominaſſe ſufficiat.

[III] Precationes biblicae ſanctorum Patrum, illuſtrium virorum et mulierum utriusque Teſtamenti. Argentorati apud Johannem Scottum 1528. 8.

Collegit et typographiae dicavit precationes *Ottho Brunfels* x).

*) Muſeum litterarium Vol. 2. p. 301. x) *Hirſchii* millenar. III. p. 36.

141 1518033

Digitized by Google

Digitized by Google

Cap. II. S. 1 § IX.
Apocalyps Cap ult.

Fol ult. a Column. b.

Et dñs deus ſpirituū ꝓphetarū miſit angelū ſuū: oſtendere ſer uis ſuis q̄ oportet fieri cito. Et ecce venio velocit̄. Beat⁹ q̄ cu= ſtodit verba ꝓphetie libri hui⁹. Et ego iohannes q̄ audiui ⁊ vi= di hec. Et poſtq̄ȝ audiſſem et vi= diſſem cecidi ut adorarē āte pe= des angeli q̄ michi hec oſtende= bat. Et dixit michi. Vide ne fece=

Cap. II. S. 1 § X. N. 1.
Column 1

Et dñs de⁹ ſpirituū ꝓphetarū miſit angelū ſuū: oſtendere ſeruis ſuis que o= portet fieri cito Et ecce venio velociter. Beat⁹ q̄ cuſtodit verba prophetie libri

Column 2

huius. Et ego iohannes q̄ audiui et vidi hec. Et poſtq̄ȝ audiſſem ⁊ vidiſſē cecidi ut adorarē ante pedes angeli qui michi hec oſtendebat. Et dixit mi= chi. Vide ne feceris.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Cap II. S. I § XI.

cito amen. Veni domine ihesu. Gracia
domini nostri ihesu cristi cum omnibus
vobis amen.

Cap. II. S. I § XIII.

istorum. Sua. Venio cito amē. Veni dñe ihesu
Gra dñi nostri ihesu cristi cū omnibus vobis
Amen

Cap II. S. I. § XIV.

Venio cito amen. Veni dñe ihesu. Gratia do
mini nr̄i ihesu cristi cū omnibis vobis amē.

Cap. II S. I. § XV

Venio cito amē. Veni dñe ihesu. Gracia domī
nostri ihesu cristi cū omnibꝫ vobis amen.

Cap. II. S. I. § XVIII.

ihesu xpisti cum omnibus vobis amen

Finit apocalipsis,

ad pag. 69

su. Gratia dñi nr̄i ihesu cristi cū omni-
bꝫ. vobis amē.

Cap. II. S I. § XX.

et organo. Laudate eū in cymbal beneſonā
libꝰ laudate eū in cȳbal iubilatōis: omis ſpi
ritus laudet dominum Alleluia .:.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Google

Digitized by Google

206 Biblia [illegible] quae ad Stephani [illegible] reperiuntur : [illegible]
et Scoti[illegible]

Digitized by Google

151.
G.
41.

Digitized by Google